

**CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)**

**ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1995

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear
within the text. Whenever possible, these have
been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.

Additional comments:/ Texte en latin. Comprend du texte en français. Cette copie a des annotations
Commentaires supplémentaires: manuscrites.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:



**Law Library
York University
Toronto**

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

**Law Library
York University
Toronto**

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.


Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une ampreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une ampreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc.

1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax




George Robertall.

October 1903.

COMPENDIUM

JURIS CANONICI



COMPENDIUM
JURIS CANONICI

AD USUM CLERI CANADENSIS

DE REBUS, JUDICIIS

ET

PÖENIS

AUCTORE

Jos.-N. GIGNAC

SACRE THEOLOGIE ET JURIS CANONICI DOCTORE ET PROFESSORE
IN UNIVERSITATE LAVALLENSI



QUEBECI

J.-P. GARNEAU, Bibliopola
via vulgo *De la Fabrique*, No 6

EX TYPOGRAPHIA S.-A. DEMERS

1903

IMPRIMATUR

† L.-N., ARCHIEP. QUEBECEN.

Quebeci, die 25 Feb., 1903.

Cum ex Seminarii Quebecensis prescripto recognitum fuerit opus
cui titulus est *Compendium Juris Canonici ad usum cleri Canadensis,*
auctore Jos.-N. Gignac, Sacror Theologie et Juris Canonici doctore
et professore in Universitate Lavallensi, nihil obstat quin typis
mandetur.

O.-E. MATHIEU, Pte,

S. S. Q.

Quebeci, die 25 Feb., 1903.

Euregistré conformément à l'acte du Parlement du Canada, en
l'année mil neuf cent trois, par l'abbé JOSEPH-N. GIGNAC, ptre, au
ministère de l'Agriculture.

W1724

PISTOLA
EXCELLENTISSIMI DELEGATI APOSTOLICI
AD AUCTOREM

Monsieur l'abbé,

Ottawa, Canada, 16 avril 1901.

J'ai reçu avec grand plaisir le volume de droit canon que vous avez eu la bonté de m'envoyer.

Cet ouvrage répond à un besoin pressant du pays et je suis sûr qu'il sera accueilli partout avec joie. La clarté de l'exposition, l'ordre excellent des matières, une étude spéciale du droit local, et même la beauté de l'impression, le recommandent à tout le clergé canadien et en particulier aux élèves des séminaires.

Je vous félicite donc de tout cœur et je vous engage à publier le plus tôt possible les deux autres parties de votre travail, pour l'honneur de l'Eglise canadienne et de cette Université Laval, à laquelle vous appartenez.

Je vous bénis et je vous prie de croire aux sentiments d'estime sincère avec lesquels je suis,

Monsieur l'abbé,

Votre tout dévoué en N.-S.

† D. FALCONIO, Arch. de Larisse,

Délégué Apostolique.

EPISTOLA
REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI OTTAWIENSIS
AD AUCTOREM

Arch evêché d'Ottawa, 6 mai 1901.

M. l'abbé Jos.-N. GIGNAC, S. T. D.,

Professeur à l'Université Laval, Québec.

Monsieur l'abbé,

J'ai reçu, il y a quelques jours, l'exemplaire de votre excellent *Compendium Juris Canonici*, que vous avez eu la bonté de m'adresser; je vous prie d'agréer mes meilleurs remerciements.

Cet ouvrage a une grande valeur et répond à un besoin vivement senti en ce pays. Il sera bientôt, sans doute, adopté comme manuel dans nos grands séminaires. Dès le mois de septembre prochain, il sera entre les mains des séminaristes d'Ottawa. Je veux aussi le recommander à tous mes prêtres.

Je vous réitère mes sincères remerciements, et je me souscris,

Monsieur l'abbé,

Votre reconnaissant serviteur,

† J.-THOMAS, Archev. d'Ottawa.

EPISTOLA

REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI MARIANOPOLITANI

AD AUCTOREM

A M. l'abbé Jos.-N. GIGNAC, D. D. C.,

Professeur à l'Université Laval de Québec.

Monsieur l'abbé,


J'ai reçu le premier volume de votre *Compendium juris canonici* et je tiens à vous offrir immédiatement mes chaleureuses félicitations et mes vifs remerciements.

Votre ouvrage vient bien à son heure. Nous avions besoin d'un manuel de droit canonique adapté aux lois et coutumes spéciales de ce pays. Aussi votre livre a sa place marquée sur la table de travail de tous nos prêtres.

Et puis, vous contribuerez à donner un nouvel essor à l'étude du droit ecclésiastique, qui peut-être a été trop négligé jusqu'ici parmi nous. Il est bien important pour le prêtre de connaître à fond les lois de l'Eglise et de se bien pénétrer de l'esprit qui les a inspirées. C'est le moyen de respecter les droits de chacun et de prévenir ainsi beaucoup de difficultés. On ne peut impunément oublier, dans le gouvernement des choses religieuses, ces lois qui ont été promulguées sous le souffle de l'Esprit-Saint et dont l'expérience des siècles a confirmé la sagesse.....

.....
Recevez, Monsieur l'abbé, l'assurance de ma gratitude et croyez à mon bien affectueux dévouement en Notre-Seigneur.

† PAUL, Arch. de Montréal.



MONITUM AD LECTOREM

Opus quod incepimus, Deo favente, consummare potuimus, et præsenti volumine in lucem edito, absolvimus nostrum compedium juris canonici, quod clero hujus regionis dedicamus. Disseruimus de rebus, de judiciis et pœnis ecclesiasticis ; de sacramentis minime tractatur, eo quod hæc materia sufficienter exponitur apud moralistas ; brevis fit sermo de modo procedendi in causis civilibus, eo quod, ob lugendum Ecclesiae statum, judex ecclesiasticus fere ubique impeditur quominus suam jurisdictionem explicet ; uberior vero fit dissertatio de modis peculiaribus procedendi, præsertim in causis matrimonialibus : animarum curam habentibus interest ut potiores juris dispositiones perspectas habeant in hujusmodi rebus.

Quoad methodum quam ssecuti sumus, volentes claritati consulere, recessimus ab ordine quem indicat textus, et materiam distribuimus in titulos, capita et numeros.

Velit Deus, et ejus Immaculata Parens, hoc opus nostrum ad Ecclesiae hujus regionis incrementum et cleri utilitatem referre.

Seminarii Quebecensis, die 15 Feb. 1903.

DE REBUS ECCLESIASTICIS

Res ecclesiastice dicuntur omnia quæ gerentur, praeter personas et judicia, referuntur ad ordinem supernaturalem. Res illæ sunt *spirituales* vel *temporales*: *spirituales*, quæ directe referuntur ad gloriam Dei in ordine spirituali et ad animarum sanctificationem, nempe ad bona supernaturalia quibus concipitur, sustentatur et dilatatur vita interior Ecclesie; *temporales*, quæ referuntur ad sustentationem corporalem ministrorum Ecclesie et pauperum, aut cultui divino et educationi christiana inserviunt.

Inter res spirituales adnumerantur gratia et dona Spiritus Sancti, de quibus non fit sermo in jure canonico, sacramenta, sacramentalia, indulgentiae, precess, festorum celebratio, quæ gratiam conferunt aut ad illam disponunt. De rebus spiritualibus non erit disserendum in hoc brevi compendio, nos remittentes alumnos ad opera theologiae dogmaticæ et moralis.

Inter res temporales computantur ecclesiæ, coemeteria, scholæ, beneficia, etc., de quibus sermonem sumus habituri. Præmissa dissertatione de jure Ecclesie ad res temporales, totam materiam evolvemus in sequentibus titulis:

- I. De rebus Ecclesie temporalibus in genere;
 - II. De ecclesiis et oratoriis;
 - III. De altaribus et supellectili ecclesiarum;
 - IV. De coemeteriis;
 - V. De scholis, semiuariis et universitatibus;
 - VI. De beneficiis ecclesiasticis;
 - VII. De fundationibus.
-

TITULUS I

DE REBUS ECCLESIAE TEMPORALIBUS IN GENERE

726. **Ecclesia habet jus acquirendi et possidendi bona temporalia.** Ex jure publico, probatur Ecclesiam esse societatem perfectam, a qualibet alia societate independentem, et omnibus mediis instructam unde summi finem consequatur. Atqui ad cultum Dei et salutem animarum, aedificanda sunt templa et altaria, comparanda ornamenta et vasa sacra ad divinum cultum spectantia; alendi sunt episcopi, presbyteri et ministri qui Ecclesiae inserviunt; clerici in litteris et bonis moribus sunt instituendi, etc., que omnia sine magnis sumptibus fieri non possunt. Unde Ecclesia ex sua constitutione et divini Fundatoris voluntate, *independentiter a societate civili*, habet jus possideundi bona sive mobilia, sive immobilia. ⁽¹⁾

1^o Hinc in Syllabo damnatae sunt propositiones 26^a et 27^a:
“Ecclesia non habet nativum ac legitimum jus acquirendi ac possidendi.”

“Sacri ministri Ecclesiae, Romanusque Pontifex ab omnibus temporalium cura ac dominio sunt omnino excludendi.”

2^o Hinc sequitur legem *amortizationis*, qua generatim statuitur ne res immobiles *in manus mortuas*, nempe in ecclesiis seu alia loca pia, *sine consensu potestatis civilis*, transferantur, non modo *iniquam* esse et Ecclesie *injuriosam* sed *de se invalidam* esse ob defectum jurisdictionis. Nam jus quo pollet Ecclesia acquirendi et possideundi congruam dotem est divinum et minui nequit auctoritate inferiori. Cf. Cavagnis, Institutiones Juris Publici, lib. II, cap. 2, num. 368 et seq.; Bargilliat, vol. II, num. 1345.

⁽¹⁾ Probatur etiam ex modo auctandi Ecclesiae. Nam Ecc. nigrum errare in ea spectantia ad fidem, mores et disciplinam. Atque semper Ecc. vidicauit sibi *jus acquirendi et possidendi bona temporalia*. Ex o...

**727. In hac regione lex non adversatur Juri nativo
quo pollet Ecclesia acquirendi et possidendi.**

1^o *In provincia superiori*, ex statuto 8, Victoria, cap. 82, episcopi Torontinus et Regiopolitanensis eriguntur in *corporationes individuales* quæ bona inimobilia acquirere et possidere valent sine restrictione. Episcopi, *qua corporationes civiles*, possident omnia bona ecclesiastica diœcesis, puta ecclesias, oratoria, cœmeteria, etc.; item possunt alienare, habito consensu coadjutoris et antiquioris vicarii generalis. Si absit vel decumbat coadjutor aut vicarius generalis, requiritur consensus duorum clericorum ab episcopo electoruin.

Præsentes dispositiones debent afficer quamcumque aliar iœcesim in futurum erigendam in provincia superiori.

2^o *In provincia Quebecensi*, ex statuto 12, Victoria, cap. 136, archiepiscopus Quebecensis erigitur in collegium civile cui titulus est: "Corporation archiépiscopale catholique romaine de Québec"; episcopus Marianopolitanus,—"Corporation épiscopale catholique romaine de Montréal"; episcopus Ottawiensis, — "Corporation épiscopale catholique romaine de Bytown."

In paragrapho 7 statuti, legitur:

"Et qu'il soit statué que quand on jugera à propos d'ériger aucun nouveau diocèse catholique romain dans le Bas-Canada, l'archevêque ou l'évêque de tel nouveau diocèse, et ses successeurs, aura les mêmes pouvoirs...que ceux qui sont conférés...par le présent acte aux dits archevêque de Québec et évêques de Montréal et de Bytown respectivement."

Ex statuto 32, Victoria, cap. 73, declaratur intentio statuti 12, Victoria, cap. 136, relate ad novas diœceses S. Hyacinthi, S. Germani de Rimouski et Trium Fluminum, et additur:

"Qu'il soit statué que quand on jugera à propos d'ériger canoniquement aucun diocèse catholique romain dans le Bas-Canada, l'archevêque ou l'évêque de tel nouveau diocèse et

ses successeurs seront et constitueront chacun *par le fait de telle érection canonique et de sa nomination comme évêque*, une corporation distincte et séparée dans leurs diocèses respectifs, de fait et de nom, sous le nom de "La corporation archiépiscopale (ou épiscopale, suivant le cas), catholique roumaine de..." (mentionnant le nom du diocèse), et auront les mêmes droits, pouvoirs et priviléges...que ceux qui sont conférés aux dits archevêque de Québec et évêques de Montréal et de Bytown respectivement."

728. Parochiae in provincia Quebecensi habent jus acquirendi et possidendi sed non illimitatum quoad immobilia bona, ut constat ex articulo 3450, Statuts refondus de la Province de Québec :

"Les terrains acquisne peuvent, dans l'enceinte des murs des cités de Québec et Montréal, excéder l'étendue d'un arpent en superficie, dont aucune partie ne peut être employée comme cimetière, excepté pour les ecclésiastiques et les religieux de l'un et de l'autre sexe, ou pour les caveaux particuliers pour les donateurs du terrain, et au delà des murs, dans les limites de ces cités, une étendue de huit arpents en superficie, ni excéder, dans les autres lieux, l'étendue et la mesure de deux cents acres anglais en superficie pour l'usage de chaque paroisse, mission, congrégation ou société religieuse."

Attamen ex articulo 3443, additur :

"Tous les terrains, de quelque étendue qu'ils soient, qui étaient en la possession de quelque paroisse, mission, congrégation ou société de chrétiens, de quelque dénomination qu'elle fût, en vertu d'un titre translatif de propriété quelconque le 19 mars 1839, continuent d'être considérés comme amortis pour toujours au profit de telle paroisse, mission, congrégation ou société de chrétiens, et restent sa propriété incommutable, en vertu de la présente section, si le titre translatif de propriété le comporte et est valide."

729. Non prohibetur lege civili quominus aliqua instituta pia aequirant et possideant bona sive mobilia, sive immobilia ; illa collegia obtinent suas litteras incorporationis civilis, quibus determinatur quanti valeant acquirere. Hæc restrictio juris possidendi adversatur Ecclesiæ, cuius est judicare quanti in ligeat ut suum finem supernaturalem obtineat.

730. Quærunt auctores apud quem remanent dominium bonorum ecclesiasticorum.

1º Dominium est facultas disponendi de re tanquam sue, quatenus juris ratio patitur. Dicitur *a) de re*, id est, de substantia rei, vel de aliquo ejusdem emoluimento, vel de utroque ; dicitur *b) tanquam sui*, id est, pro libitu et in proprium commodum, ceteris exclusis ; dicitur *c) quatenus juris ratio patitur* ; hæc enim facultas disponendi coaretari potest vel a lege : sie, v. g. minor, etsi snorum bonorum sit dominus, non potest tamen ea alienare ; vel a privati voluntate : v. g. si quis fundum legat alteri sub conditione ut legatarins illo non fruatur nisi *l* annum.

2º Dominium communiter distinguitur in *altum* et *humile*. Dominium *altum* seu *publicum* definiri potest : facultas quæ supremæ auctoritati competit disponendi de bonis privatorum, v. g. de agro tuo ad iam construendam, sic exigente bono publico. Est dominium *improprie dictum*, quia Res publica non habet ius disponendi, pro libitu, de bonis subditorum, sed ratione tantum publicæ necessitatis vel gravissimæ utilitatis, cive indemni facto.

Dominium *humile* est dominium privatorum, quod est *plenum* seu *perfectum*, vel *semiplenum* vel *imperfectum* ; dominium *perfectum* confert rei proprietatem, commodum ex usu, et jus percipiendi fructus ; dominium *imperfectum* est illud quod uno ex prefatis juribus caret. Mare, Institutiones Morales, vol. I, num. 841.

Dominium directum est illud quo habetur rei proprietas absque ejus usufructu.

3º Quidam dicunt dominium directum bonorum ecclesiasticorum esse apud Deum, quia pluribus in locis bona ecclesiastica dicuntur *res Dei, bona Deo consecrata*; alii tenent illud dominium esse apud Summum Pontificem, ob supremam potestatem administrandi bona ecclesiastica que ipsi a sacris canonibus tribuitur.

“ Communis sententia, quam tenet Schinalzgrueber, De Peculio clericorum, lib. III, tit. XXV, est quod dominium particulare bonorum ecclesiasticorum sit penes ecclesias, sive collegia et capitula clericorum; aut ubi talia non sunt, penes communitatem fidelium ad ecclesiam spectantium, si ecclesia sit secularis; si vero regularis, penes ipsa monasteria, seu conventus et communitates religiosorum, si illa sint dominii capacia.”

a) Ecclesia Romana multas olim possessiones habuit quae ipsi datæ fuerant ex diversis regionibus, ut constitueretur patrimonium S. Petri, atque in bonum Ecclesie universalis iusserirent. Jamvero dominium proprie dictum lorum bonorum est apud Ecclesiam universalem, cuius princeps et summus administrator est Romanus Pontifex.

b) Dioecesis, sedes episcopalnis, ecclesia cathedralis, capitulo, seminaria, ecclesiæ parochiales, monasteria et alii conventus regularium, confraternitates et alia instituta ecclesiastica vel religiosa, quando *rite instituta fuerunt* servatis legibus canonicis, sunt etiam capacia dominii; hinc bonum temporale quoquinque titulo acquisierint, res ipsis propria est et sub illorum dominio constituta. Maupied, lib. IX, De laicis, pag. 471.

Dicitur *quando rite instituta fuerunt*, quia in societate religiosa, non secus ac in societate civili, nulla communitas subsistit cum jure acquirendi ac possidendi, nisi constituta et

approbata fuerit auctoritate superioris competentis. Quamdiu deest canonica constitutio, dari potest persona moralis civilis, vel persona individua, capax dominii; sed bonum temporale ab illa acquisitum non reputatur bonum ecclesiasticum, nec habet privilegia bonis ecclesiasticis iure canonico annexa. Icard, vol. II, num. 575.

731. Suumus Pontifex, licet dominium proprie dictum in bona ecclesiastica non habeat, in ea jus supremæ dispensationis, seu altum dominium, habet, vi cuius potest ca transferre, alienare, vel etiam laicis cedere, quando id necessarium judicat ratione circumstantiarum.

Hoc eruitur 1º ex praesumpta fidelium voluntate; nam fideles, dum aliquid dant ecclesiis, monasteriis, collegiis, non dant Summo Pontifici, sed præsumuntur consentire ut si urgens necessitas postulaverit, S. Pontifex valeat de his bonis statuere; alias acceptari non posset donatio, nec sufficienter consideretur gravi necessitatibus Ecclesiæ.

2º De facto, Summi Pontifices hoc jure usi sunt, licet cum summo moderamine: transtulerunt bona ab uno in iusto regulari, quod jure vel facto extinctum fuerat, ad aliud, v. g. quando suppressa est religio Templariorum; suppresserunt ad mentem Concilii Tridentini nonnulla beneficia simplicia ad providendum creationi seminariorum et parochiarum; remiserunt bona ecclesiastica injuste occupata et invalide alienata a laicis ut pax Ecclesiæ restituatur.

732. Administratio bonorum ecclesiasticorum est apud prelatos et rectores ecclesiarum. Revera in omni re, id quod est primum et præcipuum, est dominium plenum vel utile; administratio sua natura consequitur, juxta regulam juris: " Accessorium sequitur naturam principalis;" atqui in rebus ecclesiasticis dominium directum, vel saltem utile, ad personas ecclesiasticas pertinet, consequenter congruit ut ipsarum cura et administratio ad easdem personas pertineant.

1º Romanus Pontifex, ut supremus administrator bonorum Ecclesiae, potest sibi beneficia reservare et ea ubique conferre; potest statuere regulas quibus stare debent administratores secundarii ut valeant alienare bona Ecclesiae. In vol. I, num. 395, exposuimus regulas ab episcopis servandas in administrandis bonis ecclesiarum.

2º Episcopus in sua diœcesi est administrator omnium bonorum, *servatis tamen legibus juris communis*; hinc habet intentionem in jure fundatam conferendi omnia beneficia suæ diœsesis; ejus approbationi subditur administratio bonorum paroehiarum et aliorum institutorum religiosorum.

Diximus: *servatis legibus juris communis*, quia a) episcopus tenetur observare solemnitates juris in alienationibus; b) quia debet tueri jura ecclesiarum. Hinc episcopus non potest disponere de oblationibus unius parochiae ut aliis parochiis seu communitatibus cedant. Standum est enim intentioni cognitae aut legitime presumpta donatorum, qui de suis bonis cedunt prout sibi visum fuerit; atqui intentio fidelium est ut quæ sua parochiae largiuntur, in illius usum impendantur, inserviant expensis cultus publici, sustentationi ministrorum et sublevaminis pauperum. Praeterea titulares cuiusvis ecclesiae debent habere suum beneficium sine diminutione, ut fert inscriptio tituli XIII, libri III Deeretaliū: "Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur." Proinde ut episcopus sibi reservet partem proventuum ex locatione sedium omnium ecclesiarum vel ex funeralibus unde provideatur aliis parochiis, consultius est ut exquirat indulsum Summi Pontificis, qui potest derogare juri communi.

Quando oblationes fidelium minime sufficiunt honestæ sustentationi ministrorum, episcopus providere potest ex fructibus qui cedunt in favorem Ecclesiae paroehialis. Ex Conc. Trid., sess. XXI, cap. 4, De Ref., in omnibus ecclesiis parochialibus in quibus populus ita numerosus est ut unus

rector non possit sufficere, episcopus potest cogere rectores ut tot sibi adjungant adjutores quot sufficient ad sacramenta exhibenda et cultum divinum celebrandum. Atqui si episcopus adjungat paroehio vicarios, consequens est ut illorum sustentationi consulat, cum nemo militet suis stipendiis, cum dignus sit operarius mercede sua. Unde si oblationes non sufficient, remanet ut ministris competens assignetur portio, arbitrio episcopi, ex fruetibus ad ecclesiam quomodocumque pertinentibus, quemadmodum idem concilium statuit pro nova paroehia quae ex prioris dismembratione formatur. Præterea ex cap. 13 sess. XXIV, "in paroehialibus ecclesiis quarum fructus adeo exigui sunt ut debitum nequeant oneribus satisfacere, curabit episcopus ut per assignationem primiarum vel decimarum, aut per parochianorum symbola ac collectas, aut *qua commodiori ratione ei videbitur*, tantum redigatur quod pro rectoris, aut paroehiae necessitate decenter sufficiat."

3º Titularis ecclesiæ, cui bona fuerint attributa, est horum bonorum administrator, sed sub auctoritate episcopi.

Cum titularis sit de jure principalis bonorum ecclesiæ suæ administrator, tenetur administrare sive per se, sive per fabricam eum ipso. Administratio complectitur actus necessarios ad conservationem bonorum, curam providendi ex redditibus eorumdem bonorum necessitatibus cultus publici. Quapropter parochi et rectores ecclesiarum tenentur :

a) Inventarium facere rerum, bonorum et reddituum ad ecclesiam pertinentium, sive immobilium, sive mobilium, atque hujusmodi inventarii unum exemplum episcopo tradere, in archivio episcopali asservandum, alterum propria manu subscriptum inter ecclesiæ libros seu scripturas retinere. Const. *Cum primum* Pii V, Ap. 1666.

b) Providere ut cuncta sarta tectaque serventur, adeo ut in melius proficiant potiusquam detrimentum patiantur.

c) Impendere redditus in usus ad quos fundatione vel statuto destinantur. Parochus nullatenus distrahere potest aliove transferre hujusmodi bona aut res ad ecclesiam pertinentes, sine obtenta ab Ordinario licentia; quam ille non aliter concedere debet, quam si alias res meliores parochus reipsa substituat; nisi forte justa aliqua necessitas secus suadeat, quod episcopi prudentiae statuendum relinquatur. Leurenus, Forum beneficiale, part. I, quest. 446, apud Mau-pied, lib. VI, cap. 15.

733. Jure non prohibetur assumti laicos in administratione bonorum ecclesie. Laici quicumque, etiam principes et reges, *per se* nullum jus habent sese immiscendi in regimine et administratione bonorum ecclesiasticorum, ut probat Faguanus in capite *Ecclesie in Sancte Maria*, De constitutionibus, num. 15; ex concessione tamen Sedis Apostolice, per concordata aut aliam viam, laicis in fabricis ecclesiarum competit aliquod jus administrationis in eisdem ecclesiis.

Attentis variis dispositionibus juris circa administratores laicos, haec sunt retinenda juxta leges canonicas:

1º Matricularii seu administratores laici fabricarum eligi debent secundum synodales constitutives, si adsint, aut juxta locorum legitimam consuetudinem, vel per ipsum parochum, aut de ejusdem consensu per parochianos, vel per ipsos matricularios.

2º Possunt semper revocari ab episcopo.

3º De rebus ecclesie, praeter scitum parochi, quidquam disponere nequeunt; praeterea nec ipsi, nec parochus de redditibus et rebus ecclesie quidquam disponere possunt, nec proinde instauraciones ecclesie facere, nec ejusdem dispositiones interiores, nec altaria, etc., immutare absque episcopi approbatione.

4º Singulis annis, matricularii, sicut et parochus, episcopo rationem suæ administrationis reddere tenentur. Cf. Manpied, *Jus Canonicum*, lib. VI, cap. 15.

734. Quæri potest quid sint æditui seu matriculari, attentis legibus canoniceis. Graves olim ortæ sunt turbæ in Statibus Foederatis eo quod æditni (trustees) sibi vindicabant jus patronatus in ecclesiis, quasi ipsorum essent; immo quandoque reclamarunt jus institutionis canonice ad ecclesias seu missiones, ita ut pastores seu missionarios sibi eligere vellent, etiam invito episcopo, eosque retinere in pastorali munere contra episcopi voluntatem. Ut finis controversiis impuneretur, Pius VII, constitutione *Non sine magno*, die 3 Apr. 1823, et Leo XIII, constitutione *Quo longius*, die 16 Aug. 1828, plures regulas statuerunt quæ præbent normam æditnos eligendi et eorum acta moderandi. Sunt vero hujusmodi:

1º "Ut ne ille æditorum numero adsciscatur, de quo, sub ipsam electionem, vel paulo ante, constiterit eum societati civis secreta nomen dedisse, vel sacramenta paschalia non suæ pissee.

2º Probe intelligent æditui nefas sibi omnino esse, vel minimam bonorum Ecclesiæ partem in suos usus quovis titulo vel prætextu traducere, aut in extraneos, nisi de venia episcopi, ac servatis constitutionibus apostolicis de rerum ecclesiasticarum alienatione.

3º Ordinariis sumptibus exceptis, ne liceat ædituis pecuniae summam ultra trecentos scutatos nummos in ullum peculiare opus erogare, nisi episcopus de scripto assentiatur.

4º Norint æditui penes episcopum esse arbitrium nominandi et creandi parochum ecclesiæ, eumque in officio detinendi, vel contra. Ipsius quoque episcopi unice est certam nummorum summam pastoribus animarum attribuere pro

eorundem sustentatione; neque licet aedituis stipendia ejusmodi retinere, vel imminuere, vel augere.

5º *Pastoris est designare organistam, cantores, sacristam, custodem seu apparitorem, ludimagistrum (si qua schola in parochia exstat) et hujus generis homines alias, qui altari vel templo inserviant.*

6º *Caveant aeditui ne, parocho inconsulto, quidquam tanquam legem aut normam parochianis praescriuant. Si qua porro discrepantia inter pastorem et aedituos de rebus gerendis exoriatur, nec dissensionem componere ipsi per se valeant, controversiam dirimet episcopus, cuius judicio et sententiae parebunt omnes.*"

735. Aeditui seu matriculari, jure proprio, non sunt administratores bonorum parochialium, nam bona parochialis, quamvis pertineant ad parochiam, juxta opinionem quam exposuimus, administratores habent rectores ecclesiarum, episcopos et Summum Pontificem. Matricularii sunt quidem adjutores quos rectores ecclesiarum, ex benigna Ecclesiæ concessione, sibi adjunxerunt in gerendis rebus suæ ecclesiæ.

1º *Primis ecclesiæ sæculis, episcopi, per se vel per archidiaconos, administrabant bona ecclesiastica, laicis omnino exclusis, ut constat ex verbis S. Gregorii Magni aliquem episcopum Sardiniae increpantis eo quod laicos a*d* administranda bona Ecclesiæ admisisset: "De cetero vero cavendum a Fraternitate Vestra est, ne sæcularibus viris atque non sub regula vestra degentibus res ecclesiasticae committantur, sed probatis de vestro officio clericis."* Pagnuelo, Liberté religieuse au Canada, pag. 272 et seq.

2º *Superioribus sæculis, faventibus conciliis particularibus, laici in administranda fabrica ecclesiæ fuerunt admissi.* "Cum enim apud populum, ait Bouix, De Parocho, p. 601, facile

spargi possent suspicione, ne forte parochus ea quæ reficiendæ fabricæ et augendæ sacrae supellectili addicenda sunt, in proprios usus convertat, aliove modo ecclesiæ parochialis bona dilapidet, nihil aptum magis ad arcendam hujusmodi odiositatein quam deputari nonnullos civitatis præcipuos cives, qui simul cum parocho de his omnibus deliberent atque decernant. Atque insuper, dum ad solvendum adigendi sunt ii, qui ex aliquo titulo ecclesiæ parochialis debitores sunt, nemo non videt quam expediat id, non a parocho ipso immediate fieri, sed a deputato illo laicorum virorum cœtu."

Hinc Concilium Trid., sess. XXII, cap 9, De Ref., admisit laicos in administratione bonorum Ecclesiæ, modo reddant rationem administrationis Ordinario.

Hinc ad Ecclesiam pertinet determinare normam eligendi matricularios et eorum acta moderare. Cf. Code des curés, M^{sr} Desautels, pag. 130 et seq.

736. Quid possint matricularii, attentis legibus civilibus, determinatur statutis et consuetudine. In primo volumine, num. 724, exposuimus quid valeant matricularii; de ceteris confer auctores qui de jure parochiali disseruerunt, præsertim Beaudry, "Code des curés, marguilliers et paroissiens;" Mignault, "Le droit paroissial."

737. Bona ad Ecclesiam pertinentia gaudent inviolabilitate et immunitate. Sunt inviolabilia quateus eorum invasio est sacrilegum latrocinium, ut eruitur ex capite *Nulli liceat*, 3, causa 12, quæst. 2, ubi Bonifacius Papa ait: "Nulli liceat ignorare omne quod Domino consecratur, sive homo, sive animal, sive ager, quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum Domino erit, et ad jus pertinebit sacerdotum. Quapropter inexcusabilis erit omnis qui a Domino et Ecclesia, cui competit, aufert, vastat, invadit, vel eripit, et usque ad emendationem Ecclesiæque satisfactionem, ut sacrilegus judicetur, et si emendare noluerit, excommunicetur."

Hodie datur excommunicatio latae sententiæ speciali modo Summo Pontifici reservata contra "Usurpantes aut sequestrantes jurisdictionem, bona, redditus ad personas ecclesiasticas ratione suarum ecclesiarum aut beneficiorum pertinentia." Const. *Apostolice Sedis*, tit. I, num. 11. Multo latius patet excommunicatio lata a Conc. Trid., sess. XXII, cap. 11, De Ref., et a Pio IX, in citata constitutione confirmata.

Bona ecclesiastica gaudent immunitate, quatenus eximuntur a jurisdictione civili et ab oneribus in societate civili communibus. De immunitate reali egimus in primo volume, tit. III, num. 168 et 169.

TITULUS II

DE ECCLESIIS ET ORATORIIS

Nomen Ecclesiae *proprie* significat societatem seu conven-tum fidelium ; *sensu materiali*, ecclesia designat sacras aedes in quibus Christiani conventus habent.

738. **Ab aetate Apostolorum, Christiani certa loca habuerunt ut res sacras et divinas agerent.** Hæc loca auctores christiani modo vocant *oratoria*, id est, loca in quibus preces Deo funduntur ; modo *dominica*, id est, domus Dei ; modo *basilicas*, quo nomine appellabantur illæ regiæ aedes ad audiendas causas constitutæ quas imperatores Christianis donarunt ; modo *tempла*, quo nomine Christiani serius uti cœperunt, ne viderentur cum paganis convenire.

739. **Ecclesiæ admittunt inter se aliquam hierarchiam.**

1º Gradus precedentiae, procedendo a minoribus ad majores ecclesias, generatim sunt ut sequitur : primo loco veniunt ecclesiæ confraternitatum et archiconfraternitatum ; secundo loco, ecclesiæ regularium ; tertio loco, ecclesiæ parochiales ; quarto loco, ecclesiæ cathedrales, metropolitanæ, primatales et patriarchales ; tandem digniores ecclesiæ vocantur basilicæ, quæ possunt esse majores vel minores.

2º Romæ quatuor sunt basilicæ majores, scilicet Liberiana seu Sanctæ Mariæ Majoris, Sancti Pauli in via Ostiensis, Vaticana seu Sancti Petri, Lateranensis seu SS. Salvatoris et Sancti Joannis.

3º Tum Romæ, tum extra Urbem, plures sunt ecclesiæ quas titulo basilicæ minoris Summi Pontifices coheresta-runt. Ecclesia cathedralis Quebecensis et ecclesia Sanctæ

Annæ de Beaupré, prior quæ est caput et mater tot ecclesiærum cathedralium Americæ septentrionalis, posterior quæ habet sanctuarium ad quod confluunt ex undique peregrinantes, titulo basilicæ minoris honestantur.

740. Ecclesiæ differunt ab oratoriis. Ecclesiæ designant ædes sacras in quibus fideles publicos et solemnes cœtus agere solent, et quæ ex primario suo fine publicis ecclesiasticis officiis inserviunt; hoc nomine decorantur templo omnia cathedralia, parochialia, collegiata et conventualia. Oratoria sunt quædam sacella quæ non populi, sed alicujus familie vel collegii communitatii destinantur. De ecclesiis et oratoriis agendum erit in sequentibus capitibus.

CAPUT I

DE ECCLESIIS

741. Nemo ecclesiam aedificet antequam episcopus civitatis veniat et ibidem crucem figat, publice atrium designet. Cap. 9, dist. I, De Consecratione, in Decreto.

1^o Unde episcopi est designare situm futuræ ecclesiæ. Huic dispositioni canonice consonat articulus 3371, *Statuts refondus de la province de Québec*.

2^o Episcopus vero expeditam licentiam aedicandi novam ecclesiæ non debet concedere, nisi positis duabus conditionibus: a) ut ecclesia habeat sufficientem dotem, sive ex fundationibus, sive ex oblationibus fidelium, ut cultus divinus peragatur et ministrorum sustentationi provideatur; b) ut nova ecclesia prejudicium non afferat aliis ecclesiis in eodem loco jain antea erectis. Cf. num. 630, vol. I.

742. Onus ædificandi et reparandi ecclesiam parochialem, juxta consuetudinem quæ in hac regione vim legis obtinet, incumbit populo. Si ecclesia sit parochialis, populus seu fideles qui sacramenta percipiunt, tenentur ad reparaciones perficiendas, et eos episcopus opportunis remediis, appellatione remota, ad id præstare compellere potest. Si vero nullus sit qui collapsam ecclesiam possit reparare, ea destrui potest, et ejus jura, fundi, etc., ad matricem ecclesiam, vel si filialis non sit ad vicinorem ecclesiam, ab episcopo transferuntur; in loco destructæ ecclesiæ crux collocabitur ut significetur ibi quondam ecclesiam fuisse, et locus non convertatur in usus profanos. Concilium Trid., sess. XXI, cap. 7, De Reformatione.

743. Jus civile hujus provincie Quebecensis favet episcopis, quatenus, servatis servandis, possunt invocare brachium civile ut fideles parochiae vel missionis ecclesias et ædes adjaceutes sive erigant, sive reparant.

Hæ sunt potiores juris dispositiones servandæ ut episcopus habeat beneficium legis civilis, quæ legi possunt in opere *Statuts refondus de la province de Québec*:

1^o Requiritur supplex libellus majoris partis patrum familiæ (francs-tenanciers) parochiae vel missionis :

Articulus 3371.—“ Quand, dans quelque paroisse ou mission, il est question de construire : 1^o une église paroissiale ; 2^o une chapelle paroissiale ; 3^o une succursale ; 4^o une sacristie et autres dépendances de l'église, chapelle ou succursale ; 5^o un presbytère et ses dépendances ; 6^o d'établir un cimetière ou de changer ou réparer ces édifices ou ce cimetière ; sur la requête d'une majorité des habitants francs-tenanciers du territoire y désigné, intéressés dans l'affaire soumise à l'évêque catholique du lieu, ou en cas d'absence de l'évêque ou de vacance du siège épiscopal, à l'administrateur du diocèse, les autorités ecclésiastiques et les personnes qu'elles

délèguent et autorisent à cette fin, statuent définitivement sur l'emplacement et la construction de l'église, de la chapelle paroissiale ou succursale, de la sacristie, du presbytère ou du cimetière et sur leurs dimensions principales ou sur leurs changements ou réparations."

2^e Habito illo supplici libello, episcopus clericum deputat ad parochiam vel missionem ut allegationes supplicis libelli verificet :

3372. "Avant de procéder sur cette requête, l'autorité ecclésiastique doit donner un avis suffisant de dix jours aux intéressés, du jour et du lieu où l'évêque ou son délégué se transportera sur les lieux pour les fins de la requête"

3^e Habito decreto episcopi quo ædificatio vel reparatio permittitur, fidèles parochiae vel missionis mittunt supplicem libellum ad officiales civiles ut facultatem habeant eligendi syndicos. Illi officiales a societate civili assumuntur in civili erectione parochiae et in taxis imponendis pro ecclesiarum ædificatione et reparatione. Eorum deputatio et munus describuntur in *Statuts refondus de la province de Québec*, art. 3360 et seq.

3396. "Lorsqu'il a été rendu, par l'autorité ecclésiastique, un mandement ou décret pour le placement, la construction, le changement ou déplacement, ou la réparation d'une église ou chapelle paroissiale ou succursale, d'une sacristie, d'un presbytère ou cimetière, ainsi qu'il est dit ci-dessus, la majorité des habitants francs-tenanciers, intéressés dans cette construction ou réparation, peut s'adresser par requête aux commissaires pour demander la convocation d'une assemblée des habitants de la paroisse ou de la mission, à l'effet de procéder à l'élection de trois syndics ou plus, pour mettre le décret à exécution.

Les commissaires peuvent permettre, par ordonnance, la réunion de cette assemblée et l'élection demandée."

4º Syndici electi debent adire officiales civiles ut obtineant confirmationem suæ electionis et determinent quanti quisque in parochia vel missione debeat solvere pro ædificatione vel reparatione ecclesiae vel ædis parochialis :

3400. " Avant d'entrer dans l'exécution des devoirs de leur charge, les syndics ou la majorité des syndics ainsi élus, doivent présenter une requête aux commissaires pour demander la confirmation de leur élection, et conclure à ce qu'il leur soit permis de cotiser les propriétaires de terres et autres immeubles situés dans la paroisse ou la mission pour laquelle ils ont été élus, t de prélever le montant de la somme pour laquelle chaque personne sera cotisée et répartie, pour sa part de contribution, tant pour effectuer les constructions et réparations dont il sera question que pour subvenir aux frais qu'elles occasionneront, et qui seront jugés nécessaires par les commissaires.

Après avoir fait publier l'acte d'élection dans la paroisse ou la mission et donné publiquement aux habitants intéressés avis du jour où ils prendront l'acte d'élection et la requête des syndics en considération, afin que les opposants, s'il s'en trouve, soient entendus, les commissaires peuvent entendre, examiner et juger les allégations et conclusions de la requête et accorder ou rejeter les conclusions en tout ou en partie."

5º His et aliis formalitatibus servatis quæ continentur in *Statuts refondus de la province de Québec*, ab articulo 3371 ad articulum 3434, fideles parochiae conveniri possunt coram tribunalibus civilibus ut pro quantitate bonorum suorum immobilium concurrant ad erectionem vel reparationem ecclesiae parochialis et aliarum ædium adjacentium.

744. **Hæ dispositiones juris civilis non limitant jurisdictionem Ordinatariorum**, qui, in casibus in quibus non possunt ad eas recurrere, valent obligare fideles parochiae vel missionis ad ecclesias vel ad alias ædes adjacentes

excitandas vel reficiendas. Mandata Ordinariorum, hac in re, obligant fideles in conscientia, etsi corum executio non possit urgeri coram tribunalibus civilibus. Cf decretum XVI, IV Concilii Quebecensis, vol. I, num. 556.

745. Aedes ad divinum cultum destinatae duplci modo sanctificari possunt, scilicet consecratione vel benedictione. Jamvero cœcliae et oratoria publica debent saltem benedici antequam cultui divino deputentur, ex epite *Consecrationem*, 1, dist. 1, De Consecratione, quod est Feli-
cis IV: "Consecrationem ecclesiarum et missarum eelebra-
tiones non alibi quam in sacratis Domino loeis absque magna
necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt nota vete-
ris et novi Testamenti præcepta."

**746. Consecratio est solemnis ecclesie deputatio
ad cultum divinum, interveiente debita materia et
forma, a legitimo ministro facta.**

1º Mos conserandi ecclesias est antiquissimus, ut refert Gratianus, dissertation I, de consecratione. Olim omnes ecclœ-
sie consecrabantur, sed, aucto earum numero, inducta est
loco consecrationis benedictio, qua parietes templi interni et
externi abluuntur aqua lustrali.

2º Minister consecrationis est episcopus loci in cuius diœcesi creta est ecclesia; quod confirmatur Concilio Tri-
dentino, sess. VI, cap. 5, De Ref., quo prohibetur ne episco-
pus, cuiusvis privilegii praetextu, pontificalia in alterius diœcesi
exerceat, nisi de Orlinari loci expressa licentia. Regulares
exempti subjiciuntur huic disciplinae; sed si ter Ordinarium
invitaverint et Ordinarius requisitus ultra quatuor menses
absque justa causa distulerit consecrationem peragere, regu-
lares possunt invitare quemcumque alium episcopum, ex
constitutione Leonis X, *Dum intra*, 19 Dec. 1516.

Minister extraordinaris consecrationis potest esse sacerdos,
modo habeat speciale mandatum Sanctæ Sedis; in hoe casu,
sacerdos debet uti oleo ab episcopo benedicto.

3º Ecclesia consecrari potest qualibet die etiam non festiva. Episcopus, clerus, populusque ad consecrationem se disponunt precibus atque jejunio, quod omnes servare tenentur, nisi data sit dispensatio; celebrantur insuper coram reliquis sanctorum primae vesperae dedicationis.

4º In consecrandis ecclesiis, episcopus tenetur servare omnes ritus qui describuntur in Pontificali Romano; substantialis ritus consecrationis consistit in liniendis sacro chrismate 12 crucibus iusculptis vel depictis in parietibus cum prolatione verborum: "Sanctificetur et consecretur hoc templum in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti." Ex responsione S. Cong. Rituum, 19 Maii 1896, ecclesia in cuius consecratione omissa fuit consecratio altaris habenda est uti valide sed illicite consecrata, nisi habeatur apostolica dispensatio, quamvis aliqua, vel omnia altaria iam consecrata reperiantur; ideoque servandus omnino est ordo rituum Pontificalis Romani, ut integritas consecrationis perficiatur. Apud Sebastianelli, De clericis, tit. VIII, num. 175.

747. Benedictio ecclesiae est oratio qua minister ad id rite deputatus aëdem ad cultum divinum dedicat.

1º Minister benedictionis est episcopus, qui potest delegare simplicem sacerdotem.

2º Ecclesiae et oratoria quæ uon consecrantur benedici debent; ritus describuntur in Rituali Romano quos episcopus, vel sacerdos ad hoc specialiter deputatus, servare tenetur.

3º Oratoria semipublica quæ existunt in aëdibus episcopaliis, seminariis, hospitalibus, domibusque reguliūm, et oratoria domestica non debent dedicari benedictione solemnī quæ in Ritu ali Romano, sed ea tantum formula quæ pro domo nova in eodem Ritu habetur. Decretum S. Cong. R. caum, 5 Junii 1899.

748. Quemadmodum homini baptizato nomen impunitur, ita ecclesiae consecratæ et benedicte titulus datur quo in futurum nuncupetur.

1º Rituale Romanum præscribit ut in benedictione primarii lapidis ædificiæ, episcopus, vel sacerdos, nominet sanctum vel sanctam, in cuius honorem et nomine fundabitur nova ecclesia.

2º Titulus scemel constitutus non debet deinceps mutari, nisi fiat nova ecclesiæ dedicatio; "stante eadem ecclesia integra cum eadem dedicatione, inane videtur ac prope sacrilegum, abdicato priori titulo, novum alium inducere." Azevedo, apud Icard, vol. II, num. 555; Nouvelle Revue Théologique, vol. 34, pag. 604.

3º In quibusvis ecclesiis et publicis oratoriis, vel consecratis vcl saltem solemniter benedictis, festum titularis quotannis est recolendum sub ritu duplici primæ classis cum octava; oratoria semipublica et privata, quæ solemniter non benedicuntur, non habent titularem. Ex codem decreto S. Cong. Rituum.

740. **Titulus non debet confundi cum patrono.**

1º Patronus est sanctus vel angelus eius protectioni committitur ecclesia ut pro i... intercedat apud Deum; titulus est mysterium, sanctus vel aliquid ad sanctos pertinens, v. g. conceptio immaculata B. M. V., a quo appellatur ecclesia. Aliquando sanctus qui fuit electus titulus ecclesiæ assumitur ut patronus ejusdem ecclesiæ, tunc habemus *patronum titularem*.

2º Patronus loci a clero et populo hujus loci eligendus est; cum pro loco intelligi possit vel regnum, vel provincia, vel diœcesis, vel civitas, vel pagus, hinc datur patronus regni, provinciæ, etc. Datur ctiam patronus totius Ecclesiæ catholice, uti prin ipes Apostolorum, et recentius S. Josephi, Deiparæ Sponsus.

3º Tria pro legitima patroli electione requiruntur: a) ut electio a populo fiat de consensu Ordinarii; b) ut patronus eligendus in sanctorum album sit relatus; c) ut a S. Cong. Rituum approbetur electio.

4º In hac regione, ecclesiae consecratae vel solemniter benedictae habent titulares sed non patronos; quidam sunt patroni hujus regionis qui fuerunt obtenti non per viam electionis, ad tenorem decreti Urbani VIII, sed per viam indultorum. S. Joseph, occasione voti publici emissi anno 1624, electus est patronus regionis, cui voto indulxit S. Sedes, anno 1859; S. Anna, B. M. V. Mater, vi indulti 7 Maii 1876, fuit data uti patrona provinciae ecclesiasticae Quebecensis, que tunc temporis continebat tres provincias Quebecensem, Marianopolitanam et Ottawiensem; tandem a die 23 Junii 1881, SS. Nomen B. Mariae Virginis est festum patronale pro diocesibus Marianopolitana et Campivallensi. Cf. Revue de Valleyfield, vol. XI, num. 4, 7, 8.

750. Ecclesia semel consecrata non potest denuo consecrari, ut probat Gratianus, De Consecratione: "Sicut infans a qualicunque sacerdote in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti semel baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus iterum conserandus est". Hoc tamen valet nisi ecclesia exsecretur.

1º Ecclesia exsecreatur quando destruitur ex toto aut ex majori parte, vel parietes ejus comburnuntur aut devastantur; ecclesia exsecrata amisit suam sanctitatem, ideoque non licet in ea celebriare.

2º Si repuetur ecclesia destrincta ex toto vel ex parte, aut devastata, oportet ut conseretur vel saltem benedicatur, cum sit nova ecclesia. S. Congregatio Rituum, 8 Jun. 1896, declaravit ecclesiam e cuius parietibus ablatum fuit ex toto vel ex parte opus tectorium (revêtement) non indigere nova consecratione.

751. Pollutio ecclesiae differt ab ejus exseccatione.

1º Exseccatio est amissio sanctitatis; pollutio est contaminatio ecclesiae. Ecclesia polluitur, seu contaminatur, quando in ea perpetratur delictum quod directe ejus sanctitatem

offendit. Delicta quibus ex jure canonico polluitur ecclesia sunt: homicidium, iujuriosa et graviter culpabilis effusio sanguinis humani, peccatum externum consummatum contra castitatem, et sepultura hominis infidelis aut excommunicati.

2º Primus casus quo polluitur ecclesia est quando in ea committitur voluntarium et iujeriosum homicidium, sive respectu sui, sive respectu alterius, quamvis sanguis non effundatur; Cap. *Si motum*, 19, De consecratione. Non polluitur ecclesia, si quis eius occidatur; item si quis injuste aggressus alterum occidit, servato moderamine inculpatae tutelae; nec si quis percussus extra ecclesiam ad eam confugiat ut moriatur: in his casibus homicidium non est iujeriosum in ecclesia. E contra violatur ecclesia, si quis extra eam existens occidat hominem in ea stante, et si vulneratus alibi succumbat. Ferraris, *Bibliotheca canonica*, ad verbum *Ecclesia*, art. 4.

3º Secundus casus quo polluitur ecclesia est quando in ea sanguis humanus in quantitate notabili per voluntariam, iujeriosam et graviter peccaminosam actionem effunditur; cap. *Ecclesiis, Proposisti, Si Ecclesia*, De consecratione. Ecclesia polluitur sive proprius, sive alienus sanguis effundatur, sed requiritur ut in notabili quantitate et per actionem graviter peccaminosam effundatur. Non polluitur ecclesia si quis extra eam, v. g. in platea, percutiatur et ad ecclesiam confugiat in qua sanguinem effundit; polluitur vero si graviter in ea percussus extra illam sanguinem effundit.

4º Tertius casus est effusio seminis humani graviter illicita intra ecclesiam, modo peccatum sit publicum notorietate facti, vel juris. Juxta sententiam communem, ecclesia non polluitur per sauguinis effusionem aut peccatum consummatum contra castitatem nisi crimen sit publicum.

5º Quartus casus quo polluitur ecclesia est quando in ea sepelitur aliquis excommunicatus vitandus, scilicet publice

denuntiatus, aut aliquis infidelis. Hinc polluitur ecclesia per sepulturam infidelis etiam iuventutis, probabiliter per sepulturam iuventutis non baptizati, nisi defunctus in utero matris cum matre sepeliatur. Non violatur ecclesia per sepulturam haereticorum non denuntiati, nec aliorum quibus sepultura ecclesiastica denegatur, ut sunt usurarii et similes, nam in penitentiis non est facienda extensio nisi in jure habeatur.

6º Quamvis per se ecclesia non polluantur per hoc quod pro stabulo fuit, atque animalia et homines spurcitas exercerunt, tamen S. Congregatio Rituum, 27 Feb. 1847, censuit ecclesiam que militibus stationibus per biduum inservivit ad cautelam esse reconciliandam. Lehmkühl, Theol. Moralis, vol. II, n. 222.

752. Tres sunt effectus ecclesie violentiis seu pollutionis: 1º Ecclesia polluta non potest consecrari antequam reconcilietur et pollutionis causa amoveatur; 2º in ecclesia polluta vel in coemeterio contiguo non potest ullus defunctus sepeliri autem quam reconcilietur; 3º in ecclesia polluta non possunt nec divina officia, nec missae celebrari. Qui celebrat in ecclesia polluta graviter peccat, sed non contrahit irregulitatem.

753. Ecclesia polluta debet quamprimum reconciliari, ne diu suspendatur cultus divinus. Si ecclesia fuerit consecrata, non potest ab alio quam ab episcopo diocesano vel ab alio episcopo delegato reconciliari; non potest episcopus diocesanus ad hoc delegare simplicem sacerdotem absque indulto apostolico. Si ecclesia polluta non fuerit consecrata sed benedicta, reconciliari potest per quemcumque simplicem sacerdotem per solam aspersionem aquae benedictæ; cap. *Si Ecclesia*, 10, De consecratione ecclesiae.

754. Ecclesia sive consecrata, sive benedicta gaudet privilegio immunitatis ab actibus profanis, et jure asyli. Cf. vol. I, tit. III, De juribus communibus, num. 167.

Relate ad hanc immunitatem localem, notatum dignum est illud decretum S. Congregationis Rituum 14 Julii 1887, quo non licet admittere in ecclesia, occasione exsequiarum aut quorumdam festorum quibus laicæ sodalitatem intersunt, nisi vexilla religiosa, id est pro quibus habetur formula benedictionis in Rituali Romano.

CAPUT II

DE ORATORIIS

755. Oratorium est sanctum quod ad utilitatem alienus communis vel familiæ erigitur.

Oratorium est vel *publicum*, vel *semipublicum*, vel *privatum*.

1º *Oratorium publicum* est illud quod, auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum dedicatum sive benedictione, sive consecratione, habet januam in via et liberum ingressum et egressum.

2º *Oratorium privatum* est illud quod in privatis & libis in eommodum alienus personæ vel familie erigitur.

3º *Oratorium semipublicum* est illud quod auctoritate Ordinarii erigitur in eommodum alienus communis. Hujus generis sunt oratoria quæ pertinent ad seminaria et collegia ecclesiastica, ad pia instituta et societates votorum simplicium, aliasque communitates sub regula vel statutis ab Ordinario approbatis, ad nosocomia, orphanotrophia, neenon ad arees et careeres. Talia sunt oratoria quæ in aedibus Cardinalium et Episcoporum eriguntur. Omnes qui in his oratoriis saerificio missæ intersunt, preecepto satisfaciunt. Cf. decretum S. Congregationis Rituum, 23 Jan. 1899.

756. Auctoritas competens qua erigitur oratorium sive publicum, sive semipublicum, est auctoritas episcopi, ut fert communis sententia.

1^o Atvero episcopus in erigendo oratorio publico debet cavere *a)* ut erectio fiat in argumentum cultus divini, non autem quæstus causa; caput *Si quis*, De consecratione; *b)* ut oratorium sufficienter dotetur; cap. *Nemo Ecclesiam*, loco citato; *c)* ut erectio non vergat in detrimentum alterius ecclesiae, præsertim parochialis; cap. *Quicumque*, 44, causa 16, quæstio I, in Decreto. Hinc si ab episcopo permittatur aedificatio ecclesiae in detrimentum parochialis, potest parochus sese opponere et a licentia concessa appellare; tit. XXXII, lib. X, De novi operis nunciatione.

2^o Oratoria semipublica in piis communitatibus, in nosocomiis, orphanotrophiis, etc., auctoritate episcopi eriguntur, modo *nullum ibi adsit aliud oratorium*. Hanc doctrinam tenuit S. Congregatio Rituum, in causa *Nivernensi* 8 Martii 1879, et eam confirmavit alio decreto, die 23 Jan. 1899 edito. Quæsitus fuerat: "Potestne episcopus alia oratoria præter capellam seu principale oratorium erigere in piis communitatibus, sive ob numerum sacerdotum ibi degentium ut ab omnibus missa dici possit, sive in gratiam infirmorum qui nequennt adire capellam seu oratorium principale?—Respondit S. R. C.: Si expiarum communitatum conditione necessaria sit erectio alterius oratorii, pro ejus erectione facultas erit a Sancta Sede obtainenda."

757. Amplissima fuit olim libertas oratoria privata erigendi sive regularibus, sive episcopis concessa.

1^o Regulares ex ordine Prædicatorum et Minorum, vi capituli, *In his que*, 30, De privilegiis, tit. XXXIII, lib. V, et alii ordines, sive directe, sive per viam communicationis, non tantum in suis domibus, sed in aliis privatis ædibus, quamcumque ex causa, celebrare poterant.

2º Episcopi habebant potestatem concedendi iudicium oratori privati sive clericis, sive laicis. Plures et gravis irrepererunt abusus ex tanta facilitate, et res eo devenerunt missæ sacrificium celebraretur in loco non decenti, vel in domibus privatis in præjudicium jurium parochialium.

3º Concilium Tridentinum, sess. XXII, De observandis et evitandis in celebratione missæ, mandavit "ne Ordinarii patientur privatis in domibus atque omnino extra ecclesiam... sanctum hoc sacrificium a *secularibus* aut *regularibus* qui *buscumque* peragi." His verbis Conc. Tridentini, facultas concedendi indultum oratori privati fuit a quocumque adempta et soli Pontifici Romano reservata, ut declaravit Benedictus XIV, in constitutione *Mugno cum animi*, 2 Jun. 1751. Attamen *silygentes alsint cause*, potest episcopus, *per modum actus tantum*, facultatem concedere ut celebretur in oratoriis privatis, ut declaravit S. Cong. Concilii, 20 Dec. 1856.

758. **Inter facultates quæ episcopis hujus regionis conceduntur in formula I, num. 23.** datur facultas "celebrandi sub dio et sub terra, in loco tamen decenti", quam subdilegare possunt suis sacerdotibus. Hinc missionarii loca missionum perlustrantes possunt, habita subdelegatione, in quocumque loco decenti sacrificium offerre; non requiritur ut locus celebrationis sit pulcher et eleganter ornatus, sed ut ab eo removeantur objecta minus decentia. Paupertas enim non excludit munditatem.

In prædicta facultate, ex responsione S. Cong. de Prop. Fide, 20 Jan. 1667, non comprehenditur facultas celebrandi in navi super oceanum, lacum et flumen; ad hoc requiritur specialissimum indultum, quod episcopi habere supponuntur ex quorum diœcesi naves solvere solent. Hujusmodi indultum obtinuit Ill^{mus} et Revd^{mus} Archiepiscopus Marianopolitanus suis sacerdotibus communicabile. Conditiones quæ adjiciuntur sunt ut aquæ maris, lacus vel fluminis sint tranquillæ,

(1) V. G., in itinere, quando est utilis, potest ipse episcopus celebrare in domo privata.

et, quantum fieri potest, alius sacerdos vel diaconus, si motus concitetur, calicem firmum teneat. Cf. decretum S. Cong. de Prop. Fide, 1 Martii 1902.

759. Quando Sancta Sedes indultum oratorii privati concedit, solet sequentes conditiones adjicere :
 1^o ut oratorium ab episcopo vel ab ejus delegato visitetur, inspiciendi causa num decens et apte compositum sit; 2^o ut una tantum missa in die celebretur, nec diebus solemnibus festorum unquam celebretur, nisi aliter concessum fuerit; 3^o ut dum fit sacrum, praesens sit indultarius, id est, is cuius nomen reperitur in fronte indulti; nam privilegium est personale adeo ut nequidem consanguinei et affines possint audire missam in oratorio privato, nisi illo presente; 4^o ut serventur jura parochialia, id est, nulli actus fiant qui proprio jure ad ecclesiam parochiale attinent, v. g. collatio baptismi, benedictio nuptiarum, communio paschalis. Praeter communionem paschalem, sacramentum eucharistiae dispensari non debet in oratoriis privatis, nisi de licentia episcopi; idem dicatur de sacramento penitentiae, eo vel magis quod vetitum sit confessiones audire in privatis domibus. Cf. Icard, Prael. Jur. Sti Sulpicii, vol. II, num. 550; Haine, Theologia Moralis, vol. III, page 151.

760. In oratoriis etiam publicis, SS. Sacramentum servari non potest absque indulto apostolico. Nam regula generalis est quod "sacrosancta eucharistia in ecclesiis quae parochiales nou sunt, retineri nou potest absque præsidio apostolici indulti, vel immemorialis consuetudinis quae hujusmodi indulti præsumptiouem inducit." Bened. XIV, const. *Quamvis justo*, 30 Apr. 1749.

1^o De jure, SS. Sacramentum potest asservari, a) in ecclesiis parochialibus; b) in cathedrali ecclesia, quae prima parochia diœcesis reputatur; c) in ecclesiis regularium, sive quia eorum ecclesiæ reputantur parochiales, sive quia tacite hoc

privilegium habent a Sede Apostolica, cuius auctoritate domus regularium eriguntur. Moniales prohibentur asservare sacramentum eucharistiae intra claustra; Trid., sess. XXV, cap. 10.

2º Quod dictum est de regularibus intelligendum est de ordinibus propriis dictis qui habent vota solemnia, non autem de congregationibus religiosis que habent vota simplicia. In oratoriis congregationum et piorum institutorum, quemadmodum in aliis oratoriis, non potest asservari eucharistiae sacramentum absque indulto apostolico. Hinc in causa Nivernensi relata, fuit quæsitus :

"Potestne episcopus *jure proprio* concedere facultatem asservandi SS. Sacramentum *a)* in ecclesiis seu capellis publicis quæ tamen titulo parochiali non gaudent, etsi utilitatis parochiæ inserviant; *b)* in capellis piarum communitatum publicis, id est, quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quæ habitantibus omnibus aperiuntur; *c)* in capellis seu oratoriis interioribus piarum communitatum, quando non habent capellam seu oratorium publicum in sensu exposito, ut evenit, ex gr. in seminariis? Respoudit S. R. C.: Implorandum est indulsum a Sancta Sede quoad omnia postulata."

761. **Quoad oratoria privata, haec notentur.**

1º SSimum Eucharistiae sacramentum non debet asservari, nisi habeatur indulsum apostolicum;

2º Hujusmodi oratoria benedicuntur benedictione quæ legitur in Rituali Romano pro domo nova;

3º Oratoria privata non subjacent visitationi episcopi, nisi ut videat aut in erectione serventur leges canonice;

4º Super oratorium quocumque, etiam privatum, nequeunt esse camerae vel loca ad habitandum, dormiendum, deambu-

landum, aut ad alium usum profanum. Subtus tamen ipsa possunt adesse horrea et cellæ vinariae;

5º Potest privilegiatus, si nolit amplius uti privilegio, convertere oratorium in usus profanos; etenim oratorium privatum non est locus sacer, nec immutabiliter dieatur divino cultui, ideoque nec gaudet ecclesiastica immunitate, ut decrevit S. Congregatio Immunitatum, 9 Dec. 1631. Si autem privilegiatus velit iterum tale oratorium profanatum remittere ad usum celebrandi sacrum, indigebit nova approbatione Ordinarii. Ferraris, ad verbum *Oratorium*, n. 19 et 20.

TITULUS III

DE ALTARIBUS ET SACRA SUPELECTILI ECCLESIARUM

CAPUT I

DE ALTARIBUS

Altare (alta ara) in genere est sedes aut locus in quo sacrificium offertur; altare autem christianum est mensa super quam conficitur eucharisticæ sacramentum et offertur sacerdotum missæ sacrificium.

762. **Altare est fixum vel portatile.** *Sensu canonico*, altare fixum est illud quod immobiliter sua basi consistit; *portatile*, quod potest de loco in locum moveri. Diximus *sensu canonico*, quia, ex praxi S. Congregationis Rituum, altare fixum dicitur etiam de lapide qui adhaeret altari ligneo; hinc altare lignicum quod regulariter non dimovetur, quavis possit transferri, dicitur, *sensu liturgico*, altare fixum cui conferri potest indulgentia altaris privilegiati. Beringer, *Les Indulgences*, vol. I, p. 448, et decretum S. Conguis Rituum, 18 Julii 1892.

1º Utrumque altare debet esse lapideum, ut prescribunt antiqui canones; cap. *Altaria*, 31, dist. I, De consecratione. In altari fixo, una est tabula lapidea quæ basi solidæ adhaeret; in altari portatili, est simplex lapis consecratus qui absque nexu inseritur mensæ altaris ex ligno aliave materia confectæ. Admitti nequeunt altaria portatilia quæ ex duabus partibus ita constant ut pars superior sit lapis, pars vero inferior lignum, et inter lapidem et lignum, in quodam concavo

spatiolo, sint reliquiae sanctorum. S. Cong. Rituum, 31 Aug. 1867.

2º Altaria tum fixa, tum portatilia figuram quadratam aut oblongam induere consueverunt, cum crucibus in medio et in quatuor angulis, in quibus unctiones sancti olei et sacri chrismatis ad consecrationem altarium præscriptæ peraguntur.

3º Majoris aut minoris molis esse solent altaria, præsertim prout fixa aut portatilia considerantur.

Ex rubrica Missalis, ea exigitur ara lapidea "quæ tam ampla sit, ut hostiam et majorem partem calicis capiat."

763. Consecratio altaris fit a solo episcopo, nisi Summus Pontifex concederit presbytero facultatem eam peragendi. Forma et ritus hujus consecrationis describuntur in Pontificali.

1º Illud præ ceteris est notandum nullum altare consecrari quin includantur sacræ reliquiæ in eo, ut sacerdos ascendens ad altare Deum precetur *per merita sanctorum quorum reliquiæ hic sunt.* Oratoria olim ædificabantur supra tumulos martyrum; hunc morem Ecclesia retinere statuit, quoad poterat, reponendo reliquias sanctorum sub altari, quia summopere judicavit expedire ut sacrosanctum missæ sacrificium offeratur Deo super reliquias servorum Dei, qui omuem suam virtutem ex illo habuerunt.

2º Loculus in quo sacræ reliquiæ reponuntur, signatur sigillo episcopi, ut certius constet de consecratione altaris et de reliquiarum authenticitate.

764. Altare, sicut ecclesia, pollui vel exsecrari potest.

Altare fixum ita refertur ad ecclesiam in qua constitutum est, ut si quacumque ex causa ecclesia polluatur, ipsum etiam pollutum eo ipso censeatur. Alia est ratio altaris portatilis, quod suam consecrationem habet distinctam a consecratione loci ubi reponitur.

Altare exsecratur 1º quando est enormiter læsum vel fractum.

a) Juxta sententiam communiorem, altare *enormiter* frangitur, quando ita diminuitur ut pars quæ remanet calicem et hostiam cum patena commode nequeat continere.

b) Juxta alios, tanta esse debet fractura ut in communi aestimatione id quod superest non retineat formam et rationem tabulae altaris.

c) Alii tandem enormem esse dicunt fracturam, si tabula fuerit vel in duas, vel in plures notabiles partes divisa, ac proinde contumaciam, integratem et substantialem unitatem amittat; casus verificatur si in altari sive fixo, sive portatili, fractura aliqua fiat in illis partibus in quibus peculiares unctiones fuerunt adhibitae, candelæ accensæ, thus crematum; vel si pars fracta contineat unam ex lateralibus crucibus ab episcopo in altaris consecratione specialiter benedictis. Ceterum, uti declaravit S. Congregatio Rituum, 3 Martii 1821, non sufficit levis fractura in uno vel altero cornu.

2º Altare tam fixum quam portatile suam amittit consecrationem, si ab eo auferantur sacre reliquiae, aut amoveatur vel enormiter frangatur reliquiarum repositorium, aut ejus operculum, id est, parvulus ille lapis qui casdem occludit reliquias in ipsarum sepulcro vel repositorio.

Non vero sufficit sigilli fractio, si, habita ratione circumstantiarum, nullum est dubium probabile de peracta consecratione atque de identitate reliquiarum.

3º Altare fixum consecrationem suam amittit, si a basi seu structura inferiori lapis seu mensa superior consecrata amoveatur. Ad quod necessarium non est ut tabula seu mensa ex uno ad aliun locum translata fuerit, sed sufficit quod a structura inferiori sejuncta fuerit, ut declaravit S. Rituum Cong., 23 Feb. 1884; Piat, Præl. Juris Regularis, vol. II, pag. 358.

CAPUT II

DE SACRA SUPELLECTILI ECCLESIARUM

Saera supellex ecclesiarum dicuntur omnia quæ ad cultum publicum inserviunt: vasa nempe saera, crucis, linteamina altaris, vestes sacerdotales, baptisterium, sacrae imagines, campanæ quarum sonitū advoeantur fideles ad preees. Principia generalia juris circa supellecitem ecclesiarum diceamus; plenior vero hujus materiae expositio ad liturgiam remittitur.

765. Calices debent esse ex auro vel argento, aut saltem habere cuppam argenteam intus inauratam simul cum patena itidem inaurata.

1º Consecrari debent ab episcopo, qui harum benedictionum munus, quatenus unctione sacri chrismatis perficiuntur, nulli presbytero committere potest.

2º Calices et patene exsecrantur quando immutantur, vel franguntur, adeo ut inservire amplius non possint sacro sacrificio: pinta, si perforentur, vel si euppa calicis a pede eui fixa est, per fractionem divellatur, vel tandem si pars interior calicis aut euppa aurationem amittat.

3º Quando calix fractus est, aut internam perdidit inanrationem, non potest in saeris mysteriis conficiendis adhiberi; enim enim formam sacram amiserit, tradi potest artifici ut reficiatur, aut fundatur. Si antem formam necessariam non amiserit, sed opportunum videatur illum ex majori decentia expoliri et intus inaurari, adenndus est episcopus, qui per modum dispensationis permittit calicem artificeibus tradi: laici enim nequeunt vasa sacra tangere. Si pes tantum calicis expoliendus et inaurandus sit, opus non est dispensatione ut possit sejungi a euppa siue fractura. Icard, Praelectiones, num. 560.

766. Ciborium et pyxis destinata ad conservacionem et expositionem sanctæ eucharistie non conse-

erautur unctione chrismatis, sed simplici benedictione quae tamen reservatur episcopo.

767. Crux erigitur in omnibus ecclesiis, aut saltem reponitur tabula in qua representatur Imago Iesu Christi crucifixi.

Cum rubricae requirant ut crux collocetur super altare et inter candelabra, dum offertur sacrum sacrificium, scriptores quoque rurunt ntrum erux debeat constitui in altari, etianisi imago Christi e cruce pendentis in majori tabula depicta aut ecclata appareat. "Gavantus id quidem probat, ait Benedictus XIV; alii vero id minime neees-arium putant, dummodo tamen erexitus in majori tabula, vel pictus, vel caelatus, primum locum obtineat praeceteris omnibus qui in eadem tabula exprimuntur. Huic sententiae sese conformavit Congregatio Rituorum, qui constat ex responsione quam promulgavit, anno 1663. (Litterae encyclicae *Accipimus*, anno 1746).

768. Vestium sacerdotallium, quae ad sanctum sacramentum adhibenda sunt, materiam, formam et colorem certae regule definiunt.

1º Per varia S. C. Rituum deereta, vetitum est quomodo saera ornamenta ex *gossypio* (coton) vel *lana* contexta adhibentur; iuno ex *holoserico* opere tantum illa conice preservabuntur. Cf. deereta 28 Julii 1881, 23 Junii 1892.

Quoniam vero non omnes ecclesia, ob redditum defectum, hujusmodi paramenta serica sibi comparare valeant, quantum est a S. Cong. Rituum utrum, attenta ecclesiarum paupertate, liecat pro ornamentis saeris preparandis adhibere illud panni genus quod *videtur* ex filo serico contextum, sed contegitur in goßsypio, lana, vel in lino. Et S. Congregatio, attenta ecclesiarum paupertate, id panni genus pro saeris ornamentis *tolerari posse* declaravit, die 2 Mart. 1882.

2º Nec probantur paramenta diversi coloris, quae indifferenter inserviant pro colore albo, rubro, viridi, violaceo, qua-

tenus habent intextos flores diversi coloris, adeo ut vix dignoscatur quis sit color prædominans. Tolerantur tamen paramenta ex auro contexta, quae adhibeantur pro albo, viridi ac rubro, non tamen pro violaceo. S. R. C., 5 Dec. 1868.

3º Per episcopum bene licenda sunt omnia sacra paramenta tum altaris, tñm ministrorum; nullus sacerdos absque speciali facultate potest hæc benedieere. Inter facultates episcopis hujus regionis concessas per formulam I, datur sub num. 13 potestas "delegandi simplicibus sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta et alia utensilia ad sacrificium missæ necessaria, ubi non intervenit sacra unctione." Cf. Bargilliat, vol. II, num. 1312.

769. Imagines Christi, B. M. Virginis et aliorum sanctorum possunt in ecclesiis retineri. Cone. Tiid., sess. XXV, De invocatione, veneratione et reliquiis sanctorum et sacris imaginibus.

1º Rarior fuit usus imaginum in primæva aetate, probabilius ob eam rationem quod illæ imagines aliquam forte offensionem afferre potuissent Ethnici, qui religionem christianam amplectebantur; eo tamen tempore, pingebantur sancti Veteris Testamenti, representabatur Christus sub figura Boni Pastoris, uti videre est Romæ in catacumbis.

2º Imagines quomodo cumque impressæ Domini Nostri Jesu Christi, Beatae Mariae Virginis, angelorum atque sanctorum, vel aliorum servorum Dei ab Ecclesiæ sensu et decretis difforines omnino vetantur. Novæ vero, sive preces habeant annexas, sive absque illis edantur, sine ecclesiastice potestatis licentia non publicentur. Const. *Officiorum et munerum Leonis XIII*, tit. I, num. 15.

3º Decretis Ecclesiæ prohibetur quonius Christus, B. Maria Virgo, Angeli, Apostoli, Evangelistæ represententur cum habitu peculiari alienjus ordinis religiosi. Clemens VIII, constitutione *Sacrosancta*.

(Episcopi)

4^o Benedictus XIV, constitutione *Sollicitudini*, 1 Oct. 1745, accurate exponit quibus sub speciebus SS. Trinitatem vel unamquamque personam liceat representare.

5^o Quoad imagines servorum Dei, prohibentur imagines cum laureolis aut radiis de illis qui neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sunt a Sede Apostolica. Const. *Sanctissimus Urbani VIII*.

6^o Imo beatorum nondum canonizatorum imagines in ecclesiis et oratoriis quibuscumque, inconsulta Sede Apostolica, nullo paeto exponi debent. Et ubi indulatum fuerit per Sedem Apostolicam eorum imagines, pietasque tabulas in ecclesiis poni et coli posse, in pariete tantum non autem super altare collocandi facultas tributa censetur. Decretum Alexandri VII, 20 Sept. 1659.

7^o Insuper imago beatificati pingenda est non cum diademate cirea caput, sed cum ratiis tantum. Ferraris, v. *Imagines*, num. 46. Cf. Commentarium D. Piat apud La Nouvelle Revue Théologique, vol. 31, pag. 12.

770. Ecclesia habet jus habendi campanas ut fidèles ad ecclesiam convocentur, ut probat Cavagnis, Inst. Juris Publici, part. II, num. 268.

1^o Campane benedicendie sunt antequam suo loco repontantur, quae quidem benedictio reservatur episcopo eadem lege qua ceterae benedictiones quae sacro chrisinante perficiuntur. Ex speciali facultate S. Sedis, episcopi possunt delegare "benedictionem campanarum, quandocumque eam ipsi absque gravi incommodo perficere nequeunt, sacerdotibus sibi bene visis, servato ritu Pontificalis Romani, atque adhibitis oleis et aqua ab episcopo benedictis; neenon etiam sine aqua ab episcopo benedicta, si gravis causa concurrat." Cf. vol. I, num. 31, art. 5.

2^o Campane benedictae non debent inservire usibus profanis. S. Cong. Rituum dubiis olim propositis responsum

dedit, die 16 Julii 1594: "Non videntur posse benedici solcini ritu campanæ que solum deserviunt profanis usibus; nam, ut ex ipsa benedictione que habetur in Pontificali, colligi potest quod campanæ benedicuntur *in usum tantum ecclesiasticum*, ut cetera vasa sacra, et ideo innnguntur variisque ceremoniis consecrantur ad eum modum quo consecrantur altaria."

Nihil tamen obstare videtur quominus primi pastores sinant campanas pulsari in casu imminentis periculi, puta incendii aut inundationis, vel etiam occasione adventus principis, in signum honoris; siquidem adest in hujusmodi adjunctis ratio aliqua virtutis, que ad finem supernaturalem quodam modo refertur. Si praeter memoratos causas, magistratus temporales expostulent facultatem utendi campanis in aliquos usus civiles, parochi officium erit confugere ad episcopum ut quid sibi agendum seu tolerandum sciat. Icard, Praed. ad usum S. Sulpieii, voi. II, num. 561.

TITULUS IV DE CEMETERIIS

771. **Circa originem cemeterii haec sunt notanda:**

1^o Natura docet corpus hominis, qui ceteris animalibus dignitate præstat, non esse projiciendum ut a volucribus ferisque dilanietur, vel in cibum assumatur. Hinc apud Gentes, sepulturam dare cadaveri inter officia ipsi humanitati præstanta fuit adscriptum; et solis hominibus celestissimis sepulcrum fuit denegatum, quorum corpora inspulta ad ignominiam projiciebantur.

*Cemeterium
naturæ est ex hu-
manitate et
ex ratione uni-
tatis publicæ.*

2^o In re tanti momenti, religio christiana non potuit deesse; sacram habuit cultum defunctorum, sed debuit arcere a funeribus quidquid falsi aut superstitionis irrepserat ope ethnorum. Summum ejus negotium fuit funebres ritus intra regulam rationis et revelationis revocare et recte Dei notioni et sane hominum naturæ accommodo lare.

Honores qui cineribus sanctorum impenduntur duplice dignitate uituntur, scilicet futura corporis resurrectione et æterna uniuersae beatitudine, cuius corpus particeps erit post ultima momenta. Hinc est cur Ecclesia habuerit sua *cemeteria*, seu *dormitoria*, quia Christiani in monumento non quiescere quam dormire dicuntur usquedum in resurrectione universalis corpora evigilent et ad feliciorem vitam e prolixiore somno suscitentur. Vecchiotti, *Dc rebus sacris*.

3^o Jure veteri Romanorum, cautum erat ne cadevera in urbibus sepelirentur, ut demonstrat fragmentum legis 12 tabularum: "Hominem mortuum in Urbe ne sepelito, ueve urito." Tribus primis saeculis, Christiani, sicut ceteri, sepeliebantur extra civitates vel in monumentis juxta viam publicam, vel in catacumbis et in campis subterraneis; hinc

historia testatur S. Petrum humatum esse in Vaticano, juxta viam triumphalem ; S. Paulum, in via Ostiensi ; S. Xistum, in cœmeterio Callixti, in via Appia ; et ita de ceteris.

4º A saeculo quarto, reliquiae martyrum fuerunt ad basilicas translatae ; ex hac causa fideles obtarunt sepeliri in ecclesiis, primo ut validius juvarentur patrocinio martyrum ad quorum reliquias prope jacebant, secundo quia sibi persnadebant se juvari posse precibus fidelium eo convenientium. " Ideo, aiebat Sanctus Maximus Taurinensis, a majoribus provisum est ut sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, ut dum illos Christus illuminat, a nobis tenebrarum caligo defugiat. Cum sanctis martyribus quiescentes evadimus inferni tenebras eorum propriis meritis, attamen consciit sanctitate." (Sermo 55).

Primitus, ex quodam privilegio, imperatoribus, episcopis, presbyteris, viris religiosis, sacrisque virginibus necnon aliis dignitate conspicuis humatio in ecclesiis fuit permissa ; successu autem temporis, ex benevolia tolerantia, omnibus indiscriminatim fidelibus. Quod si ecclesia non sufficeret, prope ecclesiam, auctoritate episcopi, erigerentur cœmeteria pro fidelibus sepeliendis.

Verum Ecclesia, ut eruitur ex pluribus statutis conciliorum, maxime exoptat ut restituatur usus sepeliendi in cœmteriis ; hinc Rituale Romanum, jussu Pauli V editum, sic decernit : " Ubi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in cœmterio retineatur, et ubi fieri potest restituatur." Cf. Vecchiotti, Iustitutiones canonicae.

772. **Ecclesia sibi vindicat jus erigendi cœmeteria** separata a sepulturis tum communibus, tum aliarum confessionum religiosarum, et judicandi quinam debeant admitti in iis cœmteriis et quinam sint excludendi.

1º Hoc est veluti consectarium juris erigendi templa ; re vera Ecclesia habet jus pro sua communione habendi templa

quæ exclusive pro suo cultu inserviant, et a quibus possit quoscumque velit excludere; *a pari* ipsi tribuendum est jus habendi cœmeteria in quibus admittat quos dignos sepultura ecclesiastica judicaverit. Præterea sepultura est extensio communicationis fidelium; atqui juxta verba Innocentii III, De sepulturis, cap. 12: "Quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis." Per summam proinde injuriam contra catholicos et contra omnes alias sectas religiosas quæ exigunt cœmeteria *confessionalia*, Status civiles et municipia construunt cœmeteria sic dicta *civilia*, vel *municipalia*, in quibus cadavera omnium indiscriminatim sepeliuntur, sive quanicumque, sive nullam religionem fuerint professi. De Angelis, lib. III, tit. XXVIII, num. 1.

2º In provincia Quebecensi, cœmeterium pro catholicis erigitur ab episcopo diœcesis, ad tenorem articuli 3371, *Statuts refondus de la Province de Québec*. Cf. num. 743. Assensus episcopi ita requiritur ut, eo non habito, cœmeterium neque erigi, neque augeri, neque reparari possit. Mignault, Droit paroissial, pag. 528.

773. Cœmeterium aliud est commune, aliud electivum, aliud familiare. Quilibet fidelis est sepeliendus in propria parochiali ecclesia vel in ejus cœmeterio, ut defunctus cum ea ecclesia communicet cui vivus adhæserat.

Serius Regularibus indultum est ut in suis ecclesiis et cœmeteriis tum suos, tum fideles qui in eis sepulturam elegissent, tumularent; fidelibus ipsis data est facultas sepulcrorum familiaria seu gentilitia exstruendi: unde jure quo nunc utimur, sepultura est triplex, scilicet *communis*, *electiva* et *familiaris* seu *gentilitia*. Cf. vol. I, num. 546.

1º Unusquisque sepeliri debet in loco sui domicilii, nisi alibi sepulturam elegerit, vel extra parochiam deceperit non possit in locum sui domicilii deferri; cap. 3, tit. XII, De sepulturis, lib. III, in 6º.

a) Episcopus, canonici ecclesiae cathedralis, et in genere clerici titulo perpetuo et cum onere residentiae aliquibus ecclesiis adscripti, tumulandi sunt in ecclesiis proprietorum beneficiorum.

b) Monachi, sanctimoniales, et in genere quicumque iutra claustra vivunt sub alicujus praelati obedientia, in propriis ecclesiis debent tumulari. Idem dicendum non est de confratribus sodalitatis laicorum, quia, seclusa electione, minime sepeliri debent in ecclesia confraternitatis, etiamsi ex concessione episcopi jure sepulcri eadem ecclesia gaudeat. Sebastianelli, De clericis, num. 262.

2º Aliquis potest sepeliri extra parochialem ecclesiam, modo locus sit religiosus et sepulturam ibi elegerit.

a) Omnes possunt extra parochialem ecclesiam eligere sibi sepulturam, nisi *natura* vel *lege* prohibantur. *Natura* prohibentur amentes, furiosi, et in genere omnes ratione non compotes; *lege* prohibentur iinpuberes, cum non habeant evolutum libertatis exercitium; regulares, cum habeant nec velle nec nolle.

b) Ut novum sepulcrum exstruatur in ecclesiis sacerdotalibus, praeter consensum ecclesiae rectoris, postulatur licentia Ordinarii in scriptis obtainenda; in ecclesiis regularium, requiritur licentia saltem provincialis; in ecclesiis monialium, praeter expressum consensum monialium, requiritur licentia S. Congregationis Episcoporum et Regularium. Vecchiotti, loco citato.

3º Sepultura propria seu familiaris est illa quam quis pro se et suis descendenteribus constituit. Sepulcrum familiare exstrui potest in ipso cœmeterio communi, cuius pars reser-vatur ad alicujus familie sepulturam; sed regulariter sepulcrum familiare erigitur extra cœmeterium commune, in prædiis alicujus. Locus debet benedici antequam sepulturae fidelium inserviat.

774. His dispositionibus canonicis circa locum sepulturæ concordant decreta civilia in hac provincia Quebecensi iata.

1º Sepultura catholici debet fieri in parochia ubi decedit, nisi hic fidelis alibi voluntate propria vel aliena elegerit sepulturam. Cf. Beaudry, Code des curés, pag. 258, num. 228.

2º Quando coemeterium commune est sufficienter extensum, fabrica ecclesiæ potest concedere fidelibus jus exstruendi sepulcra et monumenta, vel jus sepulturae familiaris in aliqua parte coemeterii, quæ pars ad usum datur sub certis conditionibus. Beaudry, loco citato.

3º Plures sunt juris dispositiones relate ad locum cœmterii, ad sepulturam in ecclesia, ad sculturam illorum qui ex morbo contagioso decesserunt; quæ dispositiones continetur in *Statuts refondus de la province de Québec*, ab articulo 3458 ad articulum 3485. Quosdam referimur:

3472. "Dans toute nouvelle paroisse, le site du cimetière doit être choisi, autant que possible, en dehors des limites probables de la ville ou du village, sur un terrain élevé, incliné du côté opposé à celui où les maisons se trouvent situées, de manière à ce que les eaux potables ne soient pas contaminées par le drainage de ce terrain.

Cette règle s'applique également aux paroisses déjà établies, où doit se faire un déplacement de cimetière."

3476. "Il est loisible à l'autorité ecclésiastique supérieure ou diocésaine, lorsqu'elle le croit convenable pour la décence ou la santé publique, de défendre, sous peine de l'amende imposée par l'article 3470, les inhumations dans les cimetières ou les églises placés sous son contrôle."

Relate ad has legis civilis dispositiones circa inhumationem et exhumationem, notandum est quod auctoritas civilis jus habet curandi ut ea serventur quæ hygiensem et publicam securitatem respiciunt, v. g. ne *citius* sepeliantur qui forsitan adhuc vivunt, vel *serius*, cum corpora corrumpuntur, præsertim in

morbis contagiosis. Ecclesia leges de cetero justas a civili auctoritate de hac re latas observare debet, salva sua independentia. Cavagnis, *Institutiones Juris Publici*, lib. II, num. 280.

Unde clerici debent has præscriptiones servare, quas episcopi acceperunt uti latas ad bonum societatis.

775. *Actio funeris, sicut deductio ad cœmeterium, est cœrenonia essentialiter religiosa*, quæ debet fieri ad præscriptum Ritualis Romani, illis adhibitis pompis quæ deceut hanc mestam functionem.

1º Non prohibetur quominus in sepultura ratio habeatur dignitatis et officii quo defunctus fungebatur; sed quod pertinet ad sectas damnatas a funeribus est omnino eliminandum. Hinc prohibetur ne deferantur vexilla, ad tenorem decreti S. Officii, 24 Nov. 1897: "Quatenus agatur de vexillis quæ præseferunt emblemata manifeste impia vel perversa, si ea extollatur in pompa funebri, clerus inde recedat; si in ecclesiam per vim introducantur, tunc si missa nondum inchoata fuerit, clerus recedat; si inchoata, post cam absolutam auctoritas ecclesiastica soleminem protestationem emitat de violata templi et sacrarum functionum sanctitate. Quatenus agatur de vexillis ita dictis nationalibus, nullum emblemata de se vetitum præseferentibus, in funebri pompa tolerari posse, dummodo feretrum sequantur; in ecclesia vero non esse toleranda, nisi secus turbæ aut pericula timeantur."

2º Prohibetur ne laudatio publica defuncti a laicis fiat in cœmeterio sinc licentia auctoritatis ecclesiasticeæ.

3º Cum sepultura ecclesiastica sit jus spirituale fidelibus competens, nihil exigendum est per se pro ipsa sepultura; sed si quis cum solemnitate vel in loco nobiliori debeat sepeliri, non prohibetur quominus aliquid exigatur juxta laudabiles consuetudines ab Ordinario approbatas. Hinc a) omnes doctores conveniunt esse materiam emptionis venditionis

loem profanum pro aedifieanda sepultura; b) praxis communissima docet posse quoque pretium intervenire pro cedenda capella in ecclesia ad sepulturam; c) etiam in eometerioris benedictis seu saeratis, pro loeo honorabiliori, ex eadem ratione potest peti et dari pretium, eum non vendatur loeus, sed pro honore et praeminentia non debita detur pecunia; d) ubi est consuetudo, pariter admittitur ut pro loeo communi in eometorio solvatur taxa, quae dicuntur taxa sepulture; haec taxa est compensatio pro eometorii construacione, reparacione et custodia; e) pro pauperibus sepultura debet esse omnino gratuita. Id quod prohibetur est quod non detur licentia seplendi nisi summa pecuniae fuerit soluta. De Angelis, lib. III, tit. XXVIII, num. 5.

776. **Crematio repugnat menti Ecclesie.**

1º Ab aëvo apostolieo, Ecclesia maximum vultum habuit erga corpora fidelium defunctorum, quæ, templo Dei, sanguine Christi redempta et saeramentis saepius refecta, requiescent in exspectatione resurrectionis mortuorum et ultimi judieii.

a) Hinc Bonifacius VIII, extravagante *Detestandæ feritatis*, inter eommunes, interdixit sub pena excommunicacionis majoris et privationis sepulture ecclesiasticae ne corpora fidelium exenterentur, membratim eoncidantur, aut etiam comburantur.

b) Attamen talis exenteratio, aut membrorum eoncilio, non prohibetur quando in nosocomiis fit pro scientiae medieæ progressu; item si antopsis eadaveris fiat ad despieendum an erimen homieidii sit admissum, presertim ope venaci; item si eonecilio in membrorum fiat ut debitus honor memoriae defuneti exhibeat, v. g. si princeps statuat ut suum cor alibi, sua membra alibi sepellantur.

2º Ex eodem capite, prohibetur usus cremationis qui ultimo sæculo iterum invaluit. Revera populus Dei nunquam

admisit cremationem, sed adhibuit cadaverum sepulturam; hæc consuetudo fuit retenta sub religione christiana. Ecclesia christiana, quæ in sinu imperii romani adolevit, plures ejus consuetudines mutuata est, sed cremationem corporum tunc temporis in imperio romano vigentem respuit, ut fideles humo traderentur ad exemplum Christi, cujus sacrum corpus fuit depositum in sepulcro. Ad morem tumulandi corpora, Ecclesia composuit suam liturgiam et cultum mortuorum, quæ liturgia immutanda esset, si, derelicto ritu sepulturæ, prævaleret ritus cremationis. De Angelis, loco citato.

Hinc ad dubia : a) "An licitum sit nomen dare societatibus quibus propositum est promovere usum comburendi hominum cadavera ? b) An licitum sit mandare ut sua aliorumve corpora comburantur ?"—S. Congregatio Inquisitionis, 19 Maii 1886, respondit: "Ad 1^{um} Negative ; et si agatur de societatibus massonicae sectæ filialibus incurri pœnas contra hanc latas. Ad 2^{um} Negative. Factaque de his SS^{mo} D. N. Leoni XIII relatione, Sanctitas Sua resolutiones Eminentissimorum Patrum approbavit et confirmavit, et cum locorum Ordinariis communicandas mandavit, ut opportune instruendos curent Christi fideles *circu detestabilem abusum corpora cremandi*, atque ab eo gregem sibi concreditum totis viribus deterreant." Cf. plura alia decreta circa cremationem apud Haine, Theologia Moralis, vol. III, pag. 423.

777. Sepultura ecclesiastica est jus spirituale competens omnibus qui sunt communionis Ecclesie et pie decedunt. Hinc ad habendam sepulturam ecclesiasticam duo requiruntur : a) ut quis partem habeat communionis Ecclesie, nam quibus non communicavimus vivis, nec communicare debemus defunctis ; b) ut pie moriatur secundum judicium Ecclesie.

1^o Ex primo capite, a sepultura ecclesiastica excluduntur : a) pagani, judæi et in genere omnes qui baptismatis sacra-

mentum non receperunt. Can. 28, Dist. I, De Consecratione;
 b) haeretici, apostatae et schismatici, corumque fautores, credentes, receptores et defensores, si tales fuerint communiter habitu, etiamsi post mortem tantum eorum haeresis fuerit detecta. Rituale Romanum; c) excommunicati sive vitandi, sive non vitandi, nisi mali effectus ex denegata sepultura prævideantur quoad excommunicatos toleratos; d) interdicti. Quoad excommunicatos et interdictos, certum est ipsos sepi- liendos esse in loco sacro, si ante obitum a sacerdote absoluti fuerint, vel si non suscepto absolutionis beneficio absque eorum culpa, decesserint cum manifestis signis poenitentiae, qua in hypothesi, antequam corpora tumulentur debent absolvi in forma publica.

2º Ex altero capite, indigni sunt sepultura ecclesiastica:
 a) usurarii manifesti, nisi restituerint perceptas usuras;
 b) raptore et incendiarii, ex cap 2 et 7 tit. XVII lib. V;
 c) maledici et blasphemii, ex cap. 2 tit. XXVI lib. V; d) injusti detentores decimaru, cx cap. 19 tit. 30 lib. III; e) regulares morientes cum peculio; f) publici peccatores decedentes absque resipiscentiae signis vel in ipso actu peccati; g) non satisfacientes notorie præcepto communionis paschalis per plures annos; h) suicidæ, si ex desperatione vel iracundia mortem sibi intulerint; quando mortem sibi intulerunt ex insanìa, eis concedatur sepultura ecclesiastica, juxta verba Ritualis Romani recogniti a Benedicto XIV. In casu quo, omnibus rite perpensis, adhuc dubium existat an quis ex insanìa vel ex desperatione mortem sibi intulerit, tumulandus est in loco sacro, "vitatis tamen pompis et solemnitatibus exsequiarum," uti declaravit S. Congregatio Inquisitionis, 16 Maii 1866; i) decedentes in duello, etiam extra locum conflictus ex vulnere accepto in duello. Hanc poenam latam a Concilio Tridentino in duellant, asperiorem reddidit Benedictus XIV, in sua constitutione *Detestabilem*, qua decernit

*funeris
reparantur
ab hoc ab ha-
resia etc.
unquam
licit.*

*Descriptio
excusina.*

*ab episcopo
solvendum.*

pœnam privationis sepulturæ ecclesiastice a duellantibus incurri ante omnem sententiam judicis, sive duellum publice, sive privatim indictum fuerit, et sive in actu conflictus, vel alibi ex vulnere accepto in conflictu decesserint pœnitentes, vel absque pœnitentiæ signi sublata episcopis et Ordinariis locorum super hac pœna interpretandi et dispensandi facultate. Sebastianelli, *De Clericis*, tit. XI, num. 263.

3º Privatio sepulturæ ecclesiastice est pœna gravissima quæ non debet ultra personas expressas extendi. In dubio, res deferenda est ad tribunal Ordinarii, cuius est, omnibus casus adjunctis perpensis, sepulturam concedere vel denegare. Cf. *Discipline du diocèse de Québec*, ad verbum *Sépulture*, in nota.

778. In provincia Quebecensi, legislatio civilis tutetur jus episcopi judicandi quinam sepulturam ecclesiasticam mereantur, et determinandi in quanam parte cœmeterii sint tumulandi, ut appareat ex articulo 3460, *Statuts refondus de la province* ⁷ Québec :

“ Il appartient à l'autorité ecclésiastique catholique romaine seule de désigner dans le cimetière la place où chaque personne de cette croyance doit être inhumée ; et si cette personne ne peut être inhumée, d'après les règles et lois canoniques, selon le jugement de l'Ordinaire, dans la terre consacrée par les prières liturgiques de cette religion, elle reçoit la sépulture civile dans un terrain réservé à cet effet et attenant au cimetière.”

779. Violatio predictarum dispositionum secum fert plures pœnas.

1º Ex constitutione *Apostolice Sedis*, incurruunt excommunicationem maiorem nemini reservatam “ mandantes seu cogentes tradi sepulturæ ecclesiastice hæreticos notorios, aut nominatim excommunicatos vel interdictos.” In hac autem censura, nomine hæreticorum veniunt apostatae et schismatici pariter notorii.

2º Ex eadem constitutione, interdictum ab ingressu ecclesiae ipso jure incurront "admittentes nominati excommunicatos ad ecclesiasticam sepulturam."

3º Ulterius per tumulationem infidelis, exceptis cathecumenis, et per sepulturam nominati excommunicati, censetur violata ecclesia vel pollutum cœmeterium, quando casus est publicus et notorius, et juxta liturgie formam fieri debet reconciliatio. Eorum corpora debent exhumari et alio transferri, dummodo ab aliorum corporibus discerni possint, et procul ab ecclesiastica sepultura jactari. Sebastianelli, De Clericis, num. 264.

780. Nemo christianus in communione fidelium defunctus extra ecclesiam aut cœmeterium rite benedictum sepeliri debet. Si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur ut, quatenus fieri potest, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur; interim semper crux capiti illius apponi debet ad significandum illum in Christo quievisse. Rituale Romanum, De Exsequiis.

781. Cœmeterium fit locus sacer consecratione vel benedictione. Consecratio fit ab episcopo, vel a sacerdote delegato a Summo Pontifice, juxta ritus descriptos in Pontificali Romano; benedictio fit ab episcopo, vel a sacerdote ab episcopo delegato, juxta ritus descriptos in Rituali. Pars quedam cœmeterii non dedicatur pro sepultura illorum quibus ecclesiastica sepultura deneganda est.

Sepulcrum quod foditur in cœmeterio benedicto non est benedicendum, quia totus locus ad sepulturam fuit benedictus; si vero sepulcrum ex lapidibus exstruatur, benedicendum est ratione novae materiae non benedictæ. Item sepulcrum benedicendum est si quis sepeliatur in ecclesia, quia ecclesia non est benedicta ad usum sepulcrorum.

782. Cœmeterium est appendix ecclesiae: unde criminibus quibus polluitur ecclesia, polluitur et ipsum cœme-

terium ; et polluta ecclesia, polluitur cœmeterium, modo sit contiguum. Cœmeterio polluto, non polluitur ecclesia, quia cœmeterium est accessorium ecclesiae, non autem ecclesia cœmeterii.

Quocumque modo polluatur cœmeterium, indiget speciali reconciliatione, quæ potest fieri ab episcopo vel a sacerdote. Si cœmeterium fuerit consecratum, reconciliatio debet fieri ab episcopo, vel a sacerdote delegato a Summo Pontifice, juxta ritus descriptos in Pontificali Romano ; si cœmeterium fuerit benedictum, reconciliatio debet fieri ab episcopo, vel a sacerdote ab ipso delegato, juxta ritus descriptos in Rituali Romano.

783. Cœmeterium pollet privilegio immunitatis et jure asyli; cf. vol. I, num. 167. Jus civile non recognoscit jus asyli ecclesiis et cœmeteriais competens, sed in ceteris confert cœmeteriais immunitatem a quibusdam actibus profanis :

“ La paroisse est tenue de fournir un cimetière pour y enterrer les fidèles morts dans la religion catholique, de l'enclore solidement et d'en entretenir et réparer la clôture.”

“ Il est défendu d'y tenir des assemblées profanes, des foires et des marchés, ainsi que les séances des tribunaux.” Beaudry, Code des curés, pag. 252.

Ad hanc materiam referuntur articuli 3487, 3488, *Statuts refondus de la province de Québec*: Matricularii debent vigilare ne turbetur ordo in ecclesia aut locis adjacentibus. Quicumque, sive in ecclesia, sive in locis adjacentibus, ordinem turbat, expelli debet ; quod si renuat, puniatur mulcta aut incarceratione.

TITULUS V

DE SCHOLIS, SEMINARIIS ET UNIVERSITATIBUS

Ecclesia catholica propagandæ educationis christianaæ non solum omnimodam a Christo cousecta est libertatem, sed gravissimum preceptum, ut apparet ex verbis Christi apud Matth., cap. XVIII, v. 18, 20: "Euntes docete omnes gentes"...et alibi: "Quod in aure auditis prædictate super tecta." Quapropter concilium Lugdunoense, decreto XXV, num. 1, docet quod "religiose juventutis educatio ad Ecclesiam, utpote Christianorum matrem et magistrum, ex ipsa Dei constitutione spectat, et omnis sexus, omnis aetas in his Christi verbis: *Docete omnes gentes...* ita includitur, ut, non nisi conculeatis et pastorum et familiarum sacratissimis juribus, asseri queat docendi ea opinia quæ ad disciplinam christianam conferunt et ideo omnium doctrinarum magisteriis invigilandi, potestatem Ecclesie competere ex mera constitutione humana."

Dixerendum erit de scholis primariis, de seminariis clericorum et de universitatibus, in quibus clericis et laicis traduntur sacra doctrina, scientiae humanæ et artes liberales.

CAPUT I

DE SCHOLIS PRIMARIIS

784. Puerorum institutio jure naturali ad parentes devolvitur.

1º Ratio assignata a S. Thoma, 2. 2., q. 10., a. 12., est, quia "filius naturaliter est *aliquid patris*. Et primo quidem a *more philosophi*

parentibus non distinguitur secundum corpus, quamdiu in matris utero continetur. Postmodum vero, postquam ab utero egreditur, antequam usum liberi arbitrii habeat, continetur sub parentum cura, sicut sub quodam spirituali utero. Quamdiu enim usum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationali. Unde sicut bos et equus est alius, ut natura eo eum voluerit, secundum ius civile, sicut proprio instrumento; ita de jure naturali est quod filius, antequam habeat usum rationis, sit sub cura patris. Unde contra justitiam naturalem esset, si puer, antequam habeat usum rationis, a cura parentum subtrahatur, vel de eo aliquid ordinetur, invitis parentibus."

Præterea, ut aiunt philosophi, qui esse dedit alicui, is debet esse datum perficere; sed parentes dedemur esse filiis; ergo debent ipsis esse datum perficere, quod fit educando. Ergo parentes habent ius et officium educandi pueros. Ferretti, Inst. Philosophiae Moralis, vol. III, thesis CXXIII.

2º Haec potestas eo major est in parentibus quo major est in filiis necessitas educationis; hinc patris potestas, crecente aetate, decrescit quo magis filiorum ratio et vires evoluuntur; et recte tria in aetate filiorum spatia temporum distinguuntur.

a) Primum tempus est quando filii sunt *impuberes*, nempe incapaces sibi prospiciendi de alimentis, et bonum a malo sufficienter discernendi; hoc primo tempore, patris potestas maxima est, et non solum ad externas sed etiam ad internas actiones filiorum dirigendas sese extendit.

b) Secundum tempus est quando sunt *minores*, quo tempore, etsi actiones suas regere valeant, non tamen possunt ea quae ad vitam sunt necessaria sibi comparare, nec res suas recte administrare; hoc tempore, minor est patris potestas et ad externas filiorum actiones potius sese extendit.

c) Tertium tempus est quando sunt *majores* et apti ad se regendum, tum quoad internas, tum quoad externas actiones;

tunc autem educatio censetur completa, et filii a directiva patris potestate *emancipantur*. Ferretti, loco citato.

3º Hinc videtur quantum distent a veritate illi novatores qui profitentur quod "societas domestica, seu familia, totam sue existentiae rationem a jure tantum civili mutantur, proindeque ex lege tantum civili dimanant ac pendent jura omnia parentum in filios, et imprimis ius institutionis et educationis curandæ." Revera societas civilis non est ratio cur existat familia, sed familia est ratio cur existat societas civilis: unde priora sunt iura familie, et societas civilis supponens familiam jam existente, habet iura quae necessario limitantur juribus familie. Cathrein, *Philosophia Moralis*, lib. II, cap. III, art. 4; Ferretti, loco citato.

785. Institutio puerorum debet esse religiosa, quia puer est eus ratione et libero arbitrio praeditum. Oportet ut pueri intellectus illuminetur et voluntas ad bonum dirigatur. Puer jam elevatus ad ordinem supernaturem fit membrum Ecclesiae per susceptionem sacramenti baptismi: unde eo modo instituendus est, quo ad finem suum ultimum perveniat.

Parentes, ex conditione sua, quoad institutionem suorum infantium, sunt Ecclesiae cooperatores nati ut perducant pueros ad finem supernaturem. Hinc, licet dici possint hac in re Ecclesiae vicarii sive ministri, simul tamen in catechizandis pueris suis, propria et nativa sua utuntur auctoritate, sub hac tamen lege ut semper Ecclesiae obediant. "Unusquisque paterfamilias, ait S. Augustinus, Tractatus 51, in Joannem, n. 13, hoc nomine agnoscat paternum affectum sue familie se debere. Pro Christo et pro vita æterna nos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat; impendat benevolentiam, exerceat disciplinam: ita in domo sua ecclesiasticum et quodammodo episcopale implebit officium, ministrans Christo ut in æternum sit cum Ipso." Cf. litteras encyclicas

Leonis XIII, *Officio sanctissimo*, ad episcopos Bavariæ, 22 Dec. 1887, *Sapientiae Christianæ*, 10 Jan. 1890.

786. Parentes sive per se, sive per alios, possunt proprios filios instituere. Imo in pluribus expedit, præsertim in litteris et artibus, ut institutio puerorum aliis committatur. Sæpe ipsi patres non satis sunt periti, sæpius autem curis domesticis distrahuntur: hinc scholæ insufficientiam ant parentum incapacitatem supplent.

Quidam divites huic provident, adjunctis sibi magistris, qui omnino singulariter eorum instruunt filios; hanc institutionem, si appellare velimus scholam, domesticam tamen dicemus, distinctam a privata quam plu^ma in communi erigunt.

Ad succurrendum communi necessitatibus, scholæ institutæ sunt, seu loca in quibus pueri plures in communi instituuntur; haec scholæ publica auctoritate erectæ vocantur *elementares* seu *primarie*.

787. Non adversatur juri nativo parentum quod Status, ut communi iusuficientie suppleat, hujusmodi scholas communes instituat, nam, ut docet Ferretti, loco citato, "publicas aperire scholas quæ sint reapse puri fontes veri honestique, providere doctos probatosque magistros quorum institutioni parentes suos filios tuto committant (nulla tamen in parentes violentia adhibita, qua cogantur ad eas recurrere scholas, iis uti magistris), determinare certum doctrinæ gradum ad publica munera exercenda, haec aliaque id genus bene multa nor. sunt directa usurpatio aut lesio patriæ illius potestatis, sed sunt adjumentum aut incitamentum ad illam facilius ac melius exercendam." Cf. etiam Taparelli, Saggio, dissert. VII, cap. 3, num. 7; Cagnis, Inst. Jur. Pub., part. spec., lib. II, cap. De scholis. Atvero cavendum est ne Status jus dirigendi educationem juventutis sibi vindicet, cum hujus sit tantum eam fovere et promovere.

788. **In scholis primariis institutio puerorum debet esse religiosa.**

Etiam paganis opportunum visum est pueros in bonis operibus esse instituendos et instructionem mentis a voluntatis educatione non esse separandam. Moderni novatores, paganis pejores, rejecerunt religionem a scholis; quidam admittunt educationem mere naturalem, qua pueri imbuerentur principiis legis naturalis; quidam moderati exigunt educationem christianam sed indeterminatam, adeo ut tradantur tantum dogmata cuilibet confessioni christiana communia.

1º Sed e contra in pueroruin institutione non potest separari educatio ab instructione. Scopus scholæ primarie non est tantum mentem in civilibus instruere, sed etiam personam edicare, seu voluntatem in bono instruere. Ratio cur hæc unio instructionis et educationis sit necessaria in scholis primariis est: a) experientia quæ ostendit instructionem traditam separatim ab educatione, parum aut nihil proficere in puerorum recta institutione, id est, ipsam rectam educationem impossibilem aut difficiliorem reddere. Educatio est præstantior ipsa instructione; educatio considerat hominem ut moralitatis capacem, hinc necessaria est absolute, instruc-
tio, quatenus ab educatione distinguitur, est per se inifferens.

b) Ratio intrinseca hujns inseparabilitatis in easu consistit in ipsa unitate personæ humanæ, in qua harmonice evolvi debent facultates; et quoniam pars essentialis est pars moralis, hinc in prima evolutione quæ omnibus necessaria est, primum locum tenere debet. Si autem in schola pueri tan-
tum audiant quæ ad mentis in civilibns institutionem referuntur, cum magni ea faciant quæ in scholis accipiunt, facile putabunt hominibus nobilitatem in iis consistere, et facile cetera spernent. Cavagnis, Inst. Jur. Publ., De Scholis.

2º Hac in re audiantur Romani Pontifices:

a) "Interest enim quam maximie eas artes quibus ætas

puerilis ad humanitatem informari solet, cum institutione religiosa esse conjunctas. Alteras sejungere ab altera, idem est ac reipsa velle ut animi pueriles in officiis erga Deum in neutram partem moveantur : quae disciplina fallax, et praesertim in primis puerorum aetatibus perniciosissima, quod revera viam atheismi munit, religionis obsepit." Encycl. *Nobilissima Gallorum gens*, Leonis XIII, 8 Feb. 1884.

b) Ex damnatione hujus propositionis : "Catholicis viris probari potest ea juventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab Ecclesiæ potestate sejuncta, queque rerum dumtaxat naturalium ae terrenæ socialis vita fines tantummodo, vel saltem primario, spectet." Syllabus, 48.

c) "Certe quidem; ubi in quibuscumque locis regionibusque pernitosissimum hujusmodi vel susciperetur, vel ad exitum perduceretur consilium expellendi a scholis Ecclesiæ auctoritatem, juventus misere exponeretur damno circa fidem : tunc Ecclesia nou solum deberet instantissimo studio omnia conati, nullisque curis parcere ut eadem juventus necessariam christianam institutiouem et educationem habeat, verum etiam cogeretur omnes fideles monere eisque declarare ejusmodi scholas, Ecclesiæ catholicæ adversas, haud posse in conscientia frequentari." Epist. Pii IX ad archiep. Friburg. 14 Julii 1864.

789. **Non sufficit illa educatio religiosa qua tradantur principia generalia religionis** ab omnibus cuiuscunque cultus admissa. Hujusmodi educatio viam aperit ad indifferentismum, quo pueri indifferentes sese habebunt erga varios cultus. Oportet ut educatio religiosa sit *catholica* : nam apud catholicos sola religio catholica valet pueroru voluntates informare, eosque bonis moribus imbuere.

Hinc magister, cui committuntur pueri educandi, spiritu catholicico sit imbutus ut eodem spiritu educationem informare valeat ; inter materias addiscendas recenseatur instructio religiosa, seu catechismus.

Hæc principia evolvit Leo XIII in Encyclica *Affari vos*, ad Episcopos canadenses, 8 Dec. 1897.

" Non mera institutione litteraria, non solivaga jejunaque cognitione virtutis posse fieri, ut aliiunni catholici tales e schola aliquando prodeant, quales patria desiderat atque expectat. Tradeuda eis graviora quedam et majora sunt, quo possint et christiani boni et cives frugi probique evadere: videlicet informentur ad ipsa illa principia necesse est, quae in illorum conscientia mentis alte insederint, e quibus parere et quæ sequi debeant, quia ex fide ac religione sponte efflorescent..... Atqui catholico homini una atque unica vera est religio catholica: propterea nec morum is potest, nec religionis doctrinam ullam accipere vel agnoscere, nisi ex intima sapientia catholica petitam ac depromptum. Ergo iustitia ratioque postulat, ut non modo cognitionem litterarum alumnis schola suppeditet, verum etiam eam, quam diximus, scientiam morum cum præceptionibus de religione nostra apte conjunctam, sine qua nedium non fructuosa, sed perniciosa plane omnis futura est institutio. Ex quo illa necessario consequuntur: magistris opus esse catholici; libros ad perlegendum, ad ediscendum non alios, quam quos episcopi proba verint, assumendos; liberam esse potestateim oportere constituendi regendique omnem disciplinam, ut cum professione catholici nominis, cuinque officiis quæ inde proficiuntur, tota ratio docendi discendique apprime congruat atque consentiat."

Hinc ad tenorem hujus epistolæ encycliche, pueri debent frequentare scholam catholicam; jauvero schola dicitur catholica, 1º quando magister est catholicus; 2º quando libri quibus utuntur pueri ab episcopis fuerunt approbati; 3º quando in puerorum institutione nihil reperitur, quod fidei aut officiis christiani nominis aduersetur.

790. **Hinc Ecclesia scholas quas appellant mixtas vel neutras aperte damnavit.** Encycl. Nobilissima.

1º Schola *mixta* ea est in qua pueri fidelium simul cum acatholicorum filiis admittuntur et edocentur ; schola dicitur *neutra* quæ indifferenter sese habet ad religionem, et in qua magister tradit institutionem naturalem quin puerorum sensus religiosos offendat, ut aiunt.

2º Quam periculosæ sint seholæ hujusmodi hoc luculenter constat, quamvis extra scholæ tempus pucri necessariam institutionem christianam reeipiant ; revera non concipitur quomodo magister, etiam in tradendis cognitionibus merc naturalibus, valeat indifferenter sc habere ad religionem. In praxi, hujusmodi schola est hæretica et pueris catholicis viam aperit apostasie : si schola sit reapse neutra, dicit ad indifferentismum.

3º Unde hujusmodi scholas pueri catholici adire non debent, et parentes qui liberos suos acatholicas scholas adire permittunt, absoluvi non possunt, si semel moniti eamdem teneant agendi rationem. I Conc. Quæb., decretum 18.

791. Aliquando parentes catholici prolem suam catholicam scholis neutris committere possunt.

1º Ut res sit lieita, oportet : a) ut adsit causa sufficiens ; b) ut Ordinarius an et qualis causa adsit judicet ; c) ut removatur a pueris omne periculum perversionis ; d) ut extra scholæ tempus, sive scholæ sive domi, pueri accipient institutionem christianam. Instructio S. C. de P. F., apud III concilium plenarium BaltimoreNSE, tit. VI.

2º Cum illi casus sint omnino exceptionales, concilium BaltimoreNSE mandat :

a) Ut prope unamquamque ecclesiam ubi nondum existit, schola parochialis intra duos annos a promulgatione concilii erigatur et in perpetuum sustentetur, nisi episcopus ob graviores difficultates dilationem concedendam esse judicet ;

b) Ut omnes parentes catholici prolem suam ad scholas parochiales mittant, nisi vel domi vel in aliis scholis catholicis christianaæ filiorum suorum educationi sufficienter et

evidenter consulant, aut, ob causam sufficientem ab episcopo approbatam, et cum opportunitis canticibus remediisque, eos ad alias scholas mittere ipsis liceat.

792. Ecclesia sibi vindicat jurisdictionem in scholis. Ecclesia, utpote societas perfecta et independens in exercitio muneric a Christo sibi commissi omnes homines instruendi, educandi et dirigendi in religione christiana, est plane sui juris et in eo a nemine impediri potest.

Hinc 1^o supremum ius inspectionis omnium scholarum, etiam earum quae a gubernio erectae sunt, supposito quod ibi infantes baptizati educentur, per se pertinet ad Ecclesiam.

2^o Vi hujus juris, Ecclesia potest visitare scholas et exigere ut pericula pueris imminentia, v. g. ex parte malorum magistrorum aut pravorum librorum, removeantur. Quod valet non tantum de scholis elementariis, sed de omnibus, universitatibus non exceptis.

3^o Nemo potest docere religionem catholicam, nisi qui habeat ab Ecclesia mandatum; quod si Ecclesia ab aliquo mandatum subtrahat, ille non potest absque lesionе juris ecclesiastici in suo munere permanere aut a gubernio in eodem conservari.

4^o Cum Ecclesia habeat officium et jus ad religiosam educationem, habet etiam jus ad omnia que ad hoc munus rite exercendum requiruntur. Potest igitur, si hoc ei alicubi ad religiosam educationem necessarium videatur, parentibus principere ut infantes ad certum tempus in aliquam scholam mittant. Quamvis enim litteraria instructio per se non spectet ad finem Ecclesiae, potest tamen hac instructione uti tanquam medio ad religiosam educationem, si hoc necessarium sit. Jus enim naturale parentum juri supernaturali Ecclesiae subordinatur. In hoc igitur casu, auctoritas civilis potest, nomine et auctoritate Ecclesiae, parentes cogere ut infantes per aliquod tempus in scholam ab Ecclesia saltem tacite approbatam mittant.

5º Auctoritas civilis non potest, sine injuria contra Ecclesiam, infantes cogere ut determinatas scholas adeant, si Ecclesia easdem scholas religioni et bonis moribus nocivas declarat. Cf. Cathrein, Philosophia Moralis, part. II, num. 591-592.

793. In provincia Quebecensi, gubernium provinciale quotannis certam pecuniae summae impendit ad finem scholarum elementariorum. Rebus scholaribus praest Officialis civilis qui dicitur *Surintendant de l'Instruction publique*, qui ipse subest *Consilio publicæ Instructionis*. Ipsu Consilium dupli parti constat; prior curam habet scholarum catholicarum; posterior, scholarum protestantium.

“ 37º Le département de l'instruction publique fait partie du service civil de la province.”

“ 38º Le département de l'instruction publique se compose :

1º Du surintendant de l'instruction publique, nommé par le lieutenant-gouverneur en conseil durant bon plaisir.

2º De deux secrétaires qui, en leur qualité de sous-chefs, sont chargés du contrôle général du département, sous la direction du surintendant, et exercent les autres pouvoirs et devoirs qui leur sont assignés par le lieutenant-gouverneur en conseil.

3º De tous les autres fonctionnaires nécessaires pour le fonctionnement des lois concernant l'instruction publique.”

“ 39º Le surintendant de l'instruction publique a la direction du département de l'instruction publique. Il est de droit membre du conseil de l'instruction publique et de chacun de ses comités, mais il n'a droit de vote que dans le comité de la croyance religieuse à laquelle il appartient : il est aussi membre du conseil des arts et manufactures et visiteur des écoles des arts et manufactures.”

“ 40º Le surintendant est revêtu de tous les pouvoirs, attributions et droits, et il est soumis à tous les devoirs et

obligations conférés et imposés par les divers articles de la présente loi.

Dans l'exercice de ses attributions, il doit se conformer aux instructions qui lui sont données par le conseil de l'instruction publique ou les comités catholique romain et protestant, selon le cas."

" 46^e Le conseil de l'instruction publique est composé de membres catholiques romains et de membres protestants.

Dans l'accomplissement de leurs devoirs, les membres sont sujets aux ordres et aux instructions légitimes que leur adresse le lieutenant-gouverneur en conseil.

Le conseil est divisé en deux comités, l'un composé des membres catholiques romains et l'autre des membres protestants."

" 47^e Le comité catholique romain est composé : Des évêques ordinaires ou administrateurs des diocèses et des vicariats apostoliques catholiques romains situés, en tout ou en partie, dans la province, lesquels en font parti *ex officio* :

D'un nombre égal de laïcs catholiques romains, lesquels sont nommés par le lieutenant-gouverneur en conseil durant bon plaisir.

Le comité protestant est composé :

D'un nombre de membres protestants égal à celui des membres laïcs catholiques romains, qui sont aussi nommés, durant bon plaisir, par le lieutenant-gouverneur en conseil.

Le comité protestant peut s'adjointre six personnes, et l'association provinciale des instituteurs protestants peut, à son assemblée annuelle, élire un de ses membres pour être aussi membre adjoint de ce comité pendant l'année qui suit.

Ces membres adjoints ne font pas partie du conseil de l'instruction publique, mais ils ont, dans le comité protestant, les mêmes pouvoirs que les membres de ce comité."

" 48^e Les questions scolaires dans lesquelles les intérêts des catholiques romains et des protestants se trouvent collec-

tivement concernés sont de la compétence du conseil de l'instruction publique et sont déciées par lui."

" 49^e Les questions scolaires dans lesquelles les intérêts des catholiques romains ou des protestants sont exclusivement concernés sont déciées par celui des deux comités qui représente la croyance religieuse que professe la partie y concernée."

" 50^e Le surintendant de l'instruction publique est le président du conseil."

" 53^e Chacun des deux comités du conseil de l'instruction publique a ses sessions distinctes. Il nomme son président et son secrétaire."

" 54^e Il est du devoir de chacun des deux comités de faire des règlements, sujets à l'approbation du lieutenant-gouverneur en conseil, pour déterminer ce qui constitue une école élémentaire, une école modèle et une école académique."

" 55^e Les comités catholique romain ou protestant, selon le cas, suivant que les dispositions qui les concernent l'exigent, peuvent avec l'approbation du lieutenant-gouverneur en conseil faire des règlements :

1^e Pour l'organisation, l'administration et la discipline des écoles publiques ;

2^e Pour diviser la province en districts d'inspection et établir la délimitation de ces districts ;

3^e Pour la régie des écoles normales ;

4^e Pour la régie des bureaux d'examineurs ;

5^e Pour l'examen des aspirants à la charge d'inspecteurs d'écoles ;

6^e Pour déterminer les jours de congé qui doivent être donnés dans les écoles."

" 56^e Chacun des deux comités doit approuver les livres de classe, cartes, globes, modèles ou objets quelconques utiles à l'enseignement pour l'usage des écoles de sa croyance reli-

gieuse, et, quand il le juge à propos, il peut retirer l'approbation qu'il a donnée."

" 57^o Chacun des deux comités peut révoquer le brevet de capacité de tout instituteur ou institutrice de sa croyance religieuse convaincu de mauvaise conduite, d'immoralité, d'ivrognerie ou d'infraction grave dans l'exécution de ses devoirs, en procédant de la manière suivante, etc."

" 68^o S'il ne peut assister aux séances du conseil ou du comité dont il fait partie, tout évêque, vicaire apostolique ou administrateur d'un diocèse catholique romain peut s'y faire représenter par un délégué qui jouit de tous les droits et exerce tous les pouvoirs de celui qui l'a nommé; et tout autre membre peut se faire représenter aux mêmes fins et avec les mêmes résultats par un de ses collègues qui, dans ce cas, peut voter à sa place."

" 69^o Le conseil de l'instruction publique et l'un et l'autre des comités peuvent faire et ordonner des enquêtes sur toutes les questions concernant l'éducation qui tombent sous leur contrôle respectif." Loi sur l'instruction publique, Statuts de la province de Québec, 62 Victoria, chapitre 28, 1899.

794. In locis provinciæ in quibus catholici et haereticæ simili commiscentur, cavetur ut minoritas, sive catholica, sive haeretica, habeat scholam sui cultus.

" 123^o Dans toute municipalité scolaire, un nombre quelconque de propriétaires, occupants, locataires ou contribuables professant une croyance religieuse différente de celle de la majorité des contribuables de la municipalité, peuvent signifier par écrit au président des commissaires d'écoles un avis par lequel ils lui font part de leur intention de se soustraire au contrôle de la commission scolaire, afin de former une corporation séparée, sous l'administration de syndics d'écoles."

" 129^o Les dissidents ne sont assujettis à aucune cotisation ou taxe scolaire qui peut être imposée par les commissaires d'écoles, sauf la cotisation de l'année alors courante, ou celles

imposées pour la construction de maisons d'écoles données à l'entreprise, ou le paiement de dettes précédemment encourues, pourvu toutefois que ces cotisations soient imposées dans les six mois qui suivent la date de la signification de la dissidence."

" 131^o Dans toute municipalité, les dissidents qui en cette qualité forment une corporation scolaire peuvent, sur leur demande et avec l'approbation du surintendant de l'instruction publique, s'unir à une municipalité scolaire voisine de leur croyance religieuse, soit par une union pure et simple, soit seulement dans le but d'y envoyer leurs enfants à l'école."

" 132^o Un nombre quelconque de propriétaires, occupants, locataires ou contribuables d'un canton ou d'une paroisse, divisé en deux ou plusieurs municipalités scolaires, professant une religion autre que celle de la majorité de ce canton ou de cette paroisse, peuvent devenir dissidents et maintenir une ou plusieurs écoles dissidentes situées dans ce canton ou cette paroisse en en donnant avis, par écrit, au président des commissaires d'écoles de leurs municipalités respectives, suivant le mode prescrit par les articles 124 et suivant de cette loi.

Au mois de juillet qui suit la date où l'avis plus haut mentionné a été donné, ces dissidents doivent élire trois syndics d'écoles.

Ces syndics doivent entretenir une école placée sous leur contrôle immédiat, ou donner une subvention à une école de leur croyance religieuse située dans ce canton ou cette paroisse."

" 138^o Chaque fois que, dans un arrondissement, les enfants des dissidents ne sont pas assez nombreux pour établir une école, ceux-ci peuvent en fréquenter une de leur croyance religieuse située dans un autre arrondissement de leur municipalité."

" 139^o Tout contribuable professant une religion autre que celle de la majorité des habitants d'une municipalité peut

devenir dissident, et tout dissident peut, de la même manière, déclarer son intention de cesser de l'être, en donnant un avis à cet effet, simultanément, aux présidents des commissaires et des syndics d'écoles ou à leur secrétaire et au surintendant de l'instruction publique, avant le premier mai, et en tenant compte, dans l'un et l'autre cas, des restrictions spéciales à l'article 129 de cette loi."

Hinc videtur quantum legislatio civilis hujus provinciae minoritati acatholicae faveat: eur in aliis provinciis minoritati catholicae sic liberaliter non provideretur!

795. Eadem lex providet ut erigantur scholas speciales unde instituantur ludimagistri.

"451^o Le lieutenant-gouverneur en conseil peut adopter toutes les mesures nécessaires pour l'établissement et le maintien d'écoles normales instituées pour former à l'art de l'enseignement des instituteurs pour les écoles publiques de la province."

"455^o Les professeurs, les directeurs et les principaux des écoles normales sont nommés ou destitués par le lieutenant-gouverneur en conseil, sur la recommandation du comité du conseil de l'instruction publique, catholique romain ou protestant, selon que ces nominations ou destitutions se rapportent aux écoles normales catholiques romaines ou protestantes."

Hucusque regimen scholarum normalium, pro catholicis, sacerdotibus virtutibus et doctrina conspicuis commissum est, ut ludimagistri spiritu catholico imbuti juventutem praeceptis erudiret exemplisque aedificaret.

796. Parochi possunt visitare scholas sue parochie.

"72^o Toute école publique dans les villes ou les campagnes peut être visitée par les personnes ci-après désignées, aussi souvent qu'elles le jugent nécessaire; mais ces personnes ne peuvent visiter que les écoles de leur croyance religieuse."

"74^o Les prêtres catholiques romains et les ministres protestants peuvent visiter les écoles de toute municipalité scolaire ou partie de municipalité scolaire où ils exercent leur ministère."

"75^o Les visiteurs d'écoles ont le droit d'avoir communication des règlements et autres documents relatifs à chaque école et d'obtenir les renseignements qui peuvent la concerner."

CAPUT II

DE SEMINARIIS

797. Ecclesia semper curavit ut erigerentur scholæ pro institutione suorum clericorum.

1^o Media aetate, in monasteriis, praeter scholas interiores seu claustrales ad usum monachorum, aperte sunt scholæ exterioreæ et canonicae pro clericis secularibus.

2^o Scrius clerici frequentarunt Universitates, quæ opè Ecclesie in pluribus locis fuerant erectæ.

3. Cum languesceret pietas clericorum, nisi a teneris annis a voluptatibus saeculi arcerentur, Ecclesia educationi clericorum debuit tutius providere, quod factum est in Concilio Tridentino, sess. XXIII, cap. 18, De Reformatione.

"Cum adolescentium aetas, nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas; et nisi a teneris annis ad pietatem et religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, nunquam perfecte, ac sine magno ac singulari proponendum Dei Omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret; sancta synodus statuit ut singulæ cathedrales, metropolitanae, atque his majores ecclesiae, pro modo facultatum et diœcesis amplitudine, certum puerorum ipsius civitatis et diœcesis, vel ejus provinciae, si ibi non

reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ecclesias ipsas, vel alio in loco convenienti ab episcopo eligeendo, alere ac religiose educare et ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur.

Si vero in aliqua provincia ecclesia tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit, synodus provincialis, vel metropolitanae cum duobus antiquioribus suffraganeis, in ecclesia metropolitana, vel alia provinciae ecclesia commodi potest, unum aut plura collegia, prout opportunum judicabit, ex fructibus duarum aut plurium ecclesiarum, in quibus singulis collegiis commode institui non potest, erigenda curabit, ubi pueri illarum ecclesiarum edificantur.

In ecclesiis autem amplas dioeceses habentibus, possit episcopus unum vel plura in dioecesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria, quae tamen, ab illo uno quod in civitate erectum et constitutum fuerit, in omnibus dependent."

4º Ecclesia persensit quantam utilitatem ex seminariorum erectione derivandam fore; Patres Concilii Tridentini, ut refert Card. Pallavicinus, aperientes suam mentem, confessi sunt concilium Ecclesiae multum profuisse, etsi unicum illud caput edidissent. Romani Pontifices, quacunque aetate, instaurunt apud Ordinarios locorum ut seminaria erigerent. Cf. litteras *Ea semper Clementis VIII*, 23 Junii 1592;—*Credite nobis* Benedicti XIII, 7 Maii 1725;—*Ubi primum* Benedicti XIV, an. 1740;—*Cum Romani Pii IX*, 27 Junii 1853;—*Etsi vos* Leonis XIII, 15 Feb. 1882; etc.

Concilium Tridentinum, in eodem capite, multa complectitur quae referuntur ad alumnorum admissionem, studiorum et disciplinæ rationem et ad regimen sive temporale sive spirituale seminarii.

798. **Relate ad alumnorum admissionem** statuitur ut "recipiantur qui ad minimum duodecim annos et ex

legitimo matrimonio nati sint ; ac legere et scribere competenter noverint, et quorum indoles et voluntas spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. Pauperum autem filios præcipue eligi vult (Sancta Synodus) ; nec tamen ditiorum excludit, modo suo sumptu alantur et studiūm præ se ferant Deo et Ecclesiae inserviendi."

1^o Verba concilii indicare videntur omnes alunnos cuiuscumque aetatis in eodem seminario institui, licet divisos in tot classes quot episcopo videbitur, juxta numerum, etatem et progressum in disciplina ecclesiastica ; sed non adversatur menti Tridentinæ ut plura instituantur collegia, aliud in favorem puerorum, aliud vero pro adolescentibus qui theologiae student ac proximè disponuntur ad sacros ordines. Prius dicitur seminariū minus, posterius vero seminariū majus.

2^o Oportet ut pueri præ se ferant signa vocacionis ad statuum clericalem, ut indieant verba : "quorum iadoles spem afferat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros."

3^o Pauperum filii gratuito admitti debent in seminario, ditiorum filii propriis sumptibus educantur.

Quare potest an pauperes ad solvendum quidquid pro eis aseminario fuerit impensum cogi possint, eo easu quo, legitimam aetatem ingressi, statu clericali dimisso, sæcularem vitam amplectuntur. Triplex dari potest hypothesis : aut pueri sine adjecta conditione fuerunt admissi, aut lege synodali vel consuetudine legitima inductum est ut adolescentes qui ad vitam sæcularem transeunt ad alimentorum restitutio nem adstringantur, aut pueri ea conditione seminarium sunt ingressi. In prima hypothesi, pueri ab omni restitutionis onere eximuntur, non vero in secunda et tertia. Cf. Lucidi, De visitatione sacrorum liminum, cap. 6, num. 22.

4^o Demum requiritur ut alunni recipiendi examinentur, ut de illorum idoneitate ad sacrum ministerium sufficienter constet. Si de parvulis agatur, coneilium nihil aliud requirit, nisi quod legere et scribere competenter noverint ; qui vero

admitti postulant in seminario majori, debent humaniorum litterarum curriculum absolvisse.

799. Relate ad studiorum rationem et exercitia spiritualia, haec continentur in eodem decreto : " Ut in disciplina ecclesiastica communis instituantur (pueri), tonsura statim atque habitu clericali semper intentur; grammatices, cantus, computi ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discent; Sacrae Scripturam, libros ecclesiasticos, homilias sanctorum, atque sacramentorum tradendorum, maxime quae ad confessiones audiendas videbuntur opportuna, et rituum ac ceremoniarum formas ediscant. Curet episcopus ut singulis diebus missae sacrificio intersint, ac saltem singulis meisibus confiteantur preeata; et juxta confessoris sententiam suum corpus Domini J. C.; cathedrali et a'is loci ecclesiis diebus festis inserviant."

1º Concilium prescribit ut alumni ad seminarium admissi tonsurentur et habitum clericalem assuant, quia seminaria etiam minora fuerunt instituta ut Ecclesie ministros suppeditarent.

2º Alumni in seminario admissi debent tendere ad cultum mentis per doctrinam et ad perfectionem animi per virtutem, juxta verba S. Bernardi, in sermone de nativitate S. Joannis: " Tantum lucere vanum; tantum ardere parvum; ardere et lucere perfectum." Hinc adolescentes clericis addiscere possunt germanam dicendi scribendique elegantiam et eloquentiam, sive ex sapientissimis Sanctorum Patrum operibus, sive ex clarissimis ethnicis scriptoribus ab omni labe purgatis. Cf. litteras eneylicas *Inter multiplices* Pii IX, ad episcopos Galliae, 21 Mart. 1853. Item debent vacare studio philosophiae ac theologiae; qua in re convenit ut ducem potissimum habeant S. Thonam, Doctorem Angelicum, juxta verba Leonis XIII: "Ejus igitur in schola adolescat et exerceatur clerus ad philosophiam, ad theologiam: existet enim vero

ductus et ad sacra prælia valens quam qui maxime." Encycl.
Æterni Patris, 4 Aug. 1879.

800. Quoad regimen spirituale seminarii, "episcopi singuli cum consilio duorum canonicorum seniorum et graviorum quos ipsi elegerint, prout Spiritus Sanctus suggesterit, constituent; eaque ut semper observentur, saepius visitando operam dabunt."

1º Consilium proinde duorum canonicorum adhibere debet episcopus in constituendis regulis seminarii, in admissione alumnorum et expulsione dyscolorum, in electione rectoris, prorectoris, professorum (excepto tamen si administratio seminarii ordini regulari commissa sit), in delectu librorum, in visitatione seminarii; uno verbo, in omnibus quæ ad rationem studiorum, ad pietatis disciplinam spectant. Hæc agere, constituere, decernere, non valet episcopus, nisi habito consilio cum canonicis, etsi nou teneatur sequi illorum vota, sed possit sua prudentia res componere.

2º Sacra Congregatio declaravit canonicos senecl clectos non mutandos esse arbitraria voluntate, sed servandos esse in suo officio, nisi ratio gravis illos amovendi intercesserit.

801. Pro regimine temporali aliud consilium episcopo assignatur. Concilium statuit nt quæ ad collegii fabricam instituendam, ad mercedem præceptoribus et ministris solvendam, ad alendam juventutem opportuna erunt, episcopus provideat "cum consilio duorum de capitulo, quorum alter ab episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur; itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad episcopum, alterius vero ad clerum pertineat."

1º Hæc electio debet fieri ab universo clero diœcesis, saltem a parochis et beneficiatis, siquidem concilium eam clero tributam esse voluit. Consiliarius eligi debet e clero civitatis, ut prius sit quoties opus fuerit, sed ipsamet electio fit ab universo clero, quia cum omnes beneficiati gravari debeant novis oneribus ad subveniendum sumptibus necessariis, si

indigeat seminarium, totius cleri interest ut accurate administrantur bona temporalia.

2º Quatuor consiliarii eliguntur in perpetuum, eo sensu quod non mutandi sint absque gravi ratione; suffragium habent consultativum, non decisivum.

3º Consultatio deputatorum requiritur ad detrahendam partem aliquam ex fructibus integris mensae episcopalis et capituli et beneficiorum diecesis, et ad applicandam atque incorporandam hanc partem seminario, et etiam pro casu quo oritur aliqua difficultas unde perturbaretur institutum seminarii.

4º "Rationes reddituum seminarii episcopus annis singulis accipiat, presentibus duobus a capitulo, et totidem a clero civitatis deputatis." Conc. Trid., loco citato. Juxta interpretationem communem, haec commissio cui facienda sit reddituum ratio non differt a secunda, quæ constat quatuor deputatis, quorum duo ex capitulo assumuntur, unus electus ab episcopo, alter a capitulo, et duo a clero, unus ab episcopo, alter a clero. Cf. Praelectiones Juris Canonici Sti Sulpicii, vol. II, num. 368.

802. **Concilium Tridentinum, in eodem capite, providit sustentationi temporali seminarii.**

Ex illo capite, 1º Pro expensis erectiis et manutentionis seminarii applicandi sunt redditus omnes et bona omnia quæ ad instituendos et alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis et locis pii destinata.

2º Si illi redditus non habeantur, vel non sufficient pro erectione et manutentione seminarii, episcopus, cum consilio commissionis administrationis temporalis, ex fructibus integris mensae episcopalis, capituli et cujuscumque beneficii diecesis, taxam solvere tenetur. A seminarii contributione nullus eximitur, nisi qui nominatim a concilio excipitur, ut declaravit S. Congregatio Concilii, 11 Jan. 1601. Hie taxa dicitur *seminaristica*.

3º Concilium eximit ab hac contributione monasteria Regulare mendicantium, quorum nomine veniunt omnia monasteria Dominicanorum, Franciscanorum, Eremitarum S. Angustini, Carmelitarum et aliorum omnium qui participant privilegiis mendicantium.

4º Moniales non tenentur contribuere seminario, nisi suo monasterio habeant beneficia unita; quo in casu, tenentur contribuere ratione beneficii uniti.

5º Capitulum non tenetur solvere taxam seminarii ex distributionibus quotidianis; item nec capitulum, nee beneficiatus quilibet tenetur solvere taxam seminarii ex emolumentis ineertis, provenientibus ex missarum celebratione. Ferraris, ad verbum *Seminarium*.

6º Ex textu tridentino et declarationibus Sacre Congregationis Concilii, patet quod sola beneficia ad taxam seminarii solvendam tenentur; non tenentur personae nisi ratione beneficii ad quod praeſciuntur. Hinc vicarii parochiales, qui titulum in beneficio non habent, ab illa taxa videntur excusari. Manpied, *Jus Canonicum*, pars III, De Personis, lib. V; Lucidi, *De Visitatione liminum*, vol. III, pag. 63.

803. Quantitas taxæ solvendæ seminario constitui debet ab episcopo cum consilio deputatorum commissionis pro regimine temporalis. Taxam aliter factam nulli solvere tenentur.

1º In taxanda portione beneficiorum, habenda est ratio ad onera perpetua eoruundem beneficiorum, et ad alias expensas necessarias a beneficiariis faeiendas, quæ prius deducendæ sunt. Benedictus XIII, in constitutione *Credite nobis*, pro Italia, statuit quod taxa nunquam minor sit scutis tribus, neque major seutis quinque pro quolibet centenario.

2º Taxa in favorem seminarii est moderanda juxta temporum et rerum exigentiam; aliquando cessare potest, si seminarium reperiatur sufficienter dotatum.

3º In quibusdam locis, quia redditus beneficiorum sunt

ita tenues ut vix sufficient ad sustentandos rectores, provi-
detur sustentatio*rii* seminarii vel per taxas in funeralibus,
vel per collectas quæ fiunt in parochiis, præcipuis anni festis.

804. **Episcopus non potest, absque beneplacito apostolico, seminarium committere ordinis regulari seu alteri cuiilibet congregationi.** Ex decretis Concilii Tridentini, seminaria ad episcopos omnino spectant, adhibito consilio deputatorum. Preterea successores in sede episcopali privarentur jure singulis episcopis asserto nominandi rectorem ac magistros sui seminarii. Hinc episcopi ad Sanctam Sedem recurrere solent, quoties seminarium administrationi ejusdemque instituti committere intendunt, et Sancta Sedes, dum annuit precibus, solet hanc conditionem adjicere : "ita tamen ut alumni nominentur ab episcopo, et seminarii sit sub patrocinio, protectione et subjectione episcopi." Seminarium, natura sua, est semper et necessario schola episcopal; nulla ratione, nullo quovis praetextu, seu vi cuiuslibet concordati, subduci potest a jurisdictione Ordinarii loci. Praelectiones S. Sulpicii, vol. II, num. 370.

805. **Non absolvatur caput, antequam quedam dicantur de seminaris et collegis hujus provinciae.**

1º Patres Societatis Jesu, qui cum filiis S. Francisci fuerunt hujus regionis primi missionarii, jam ab anno 1637 collegium quoddam Quebeci exercent pro christiana educatione juventutis.

2º Venerabilis Dei Servus, Franciscus de Montmorency-Laval, primus hujus regionis episcopus, decreto die 26 Martii 1663 edito, erexit Seminarium Quebecense nt juniores clerici instituerentur in his quæ ad Dei cultum referuntur, "seilicet ad administrationem sacramentorum, ad modum catechizandi et praedicandi modo apostolico, ad theologiam moralem, liturgiam, cantum gregorianum et alia quæ pius clericus ignorare non debet." Anno 1668, idem Venerabilis Presul erexit Parvum Seminarium Quebecense, in quo admitterentur pueri,

quorum indoles spem afferebat eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros; hi adolescentes, in Parvo Seminario educati, lectionibus in collegio patrum Societatis Jesu habitis attendebant. Hæc disciplina vignit usque ad cessionem; post cessionem, clauso patrum Societatis Jesu collegio, ad Parvum Seminarium indiscriminatim fuerunt admissi sive discipuli pro statu clericali, sive discipuli pro professionibus liberalibus, et omnes lectiouibus in Parvo Seminario habitis interfuerunt.

3º Marianopoli, circa annum 1677, sacerdotes S. Sulpicii erexerunt suum seminarium ad christianam juventutis educationem. Sub domino regum Galliæ, nullum aliud institutum educationis exstitit pro juvenibus præter collegium Patrum Societatis Jesu, Seminarium Quebecense et Seminarium Marianopolitanum

4º Serius, post cessionem hujus regionis ad Majorem Britanniam, plura seminaria fuerunt erecta: Seminarium Nicolletanum, anno 1804; Seminarium S. Hyacinthi, anno 1811; Seminarium Ottawense, anno 1847; Seminarium Trifluvianum, anno 1860: Seminarium S. Germani de Rimouski, anno 1863; Seminaria Chicoutimiense et Sherbrookiense, anno 1875; et plura collegia.

5º In erigendis seminaris, episcopi recesserunt a decreto Tridentino in eo quod commissiones nullibi instituerunt modo quem Concilium indixit; insuper usu non servatur ut pueri tonsura clericali statim initientur vel etiam habitu clericali utantur: pueri ad minora seminaria admittuntur sive sese præparent ad statum clericalem, sive ad profesiones liberales.

806. Plures ob rationes episcopi sua seminaria ordinarunt præter dispositiones tridentinas.

1º Priua seminaria curæ piorum institutorum fuerunt demandata. Seminarium Quebecense semel erectum fuit annexum Seminario dicto *des Missions Etrangères de Paris*;

Seminarium Marianopolitanum curæ sacerdotum S. Sulpicij fuit demandatum.

2º Non exstabant capitula cathedralia, unde impossibilis fuit institutio commissionum pro regimine spirituali et temporali seminarii. Verum primus episcopus Quebecensis, die 6 Nov. 1884, capitulum instituit, sed post cessionem, defientibus redditibus, vacationibus non fuit provisum. Sæculo sequenti, quedam capitula in provincia Quebecensi, ad tenorem instructionum S. Congregationis de Prop. Fide, 28 Sept. 1852 et 23 Ap. 1853, fuerunt erecta, sed canonici a residentia prope ecclesiam cathedralem fuerunt dispensati.

3º Necessitas providendi regimini temporali seminiorum, exploratis votis deputatorum a capitulo et a clero, eo præser-tim fine probabiliter imposita fuit episcopis, ut facultate sibi data uterentur partem aliquam sumendi ex omnibus beneficiis, illamque seminario incorporandi; jamvero seminaria regulariter sive concessionibus bonorum immobilium, sive piis fundationibus et legatis fuerunt dotata.

4º Ex altera parte, nimirum latet quam uberes fructus ex seminariis ea ratione institutis Ecclesia Canadensis reportaverit, de quo non semel S. Sedes episcopis gratulata est. Quod si quidquam institutioni clericorum aduersetur, iustat S. Sedes ut corrigatur abusus sed quin improbetur ipsum systema.

807. Potissima reformatio que, instante Sancta Sede, urgetur est ut clerici in seminariis majoribus studia theologica peragant.

1º Cum in diœcesis canadensis regionis ea praxis generatim vigeat ut clerici theologica studia passim peragant non in seminario majori, sed in ipsis collegiis ubi, inferioribus disciplinis operam dantes, sese per triennium applicant simul docendis litteris atque adipiscendæ theologie, Præfectus S. Congregationis De Prop. Fide, die 5 Ap. 1895, obsecrabat

archiepiscopum Marianopolitanum ut in imminenti synodo Marianopolitana huic rerum conditioni opportuna remedia afferentur, unde in educatione clericorum sapientissimæ normæ a Concilio Tridentino traditæ, quantum fieri poterit, scriventur.

2º Huic voto annuentes, Patres primi concilii Marianopolitanii sapienter statuerunt, tit. VII, dec. 2 :

a) "Clerici qui in collegiis retinentur, ad juventutis educationem minime adhibeantur tamquam professores litterarum aut scientiarum, sed tantummodo ut præpositi ad rem disciplinarem, ita ut, impletis officiis sui muneribus, reliquum omnne tempus impendere possint studiis ecclesiasticis.

b) Omnes per tres saltem annos integros in majori seminario cominorentr, ut in pietate et in scientiis ibidem exerceantur."

3º Optatus finis est ut clerici omnes et singuli integrum curriculum snorum studiorum in majori seminario emetiantur: hinc venerabiles patres obsecrant sacerdotes et fideles ut in opibus clericis per legata pia et fundationes faveant, unde ad hunc optatum exitum hoc præclarum opus quamprimum perducatur.

808. Peculiaris est constitutio seminariorum et collegiorum hujus provincie Quebecensis.

1º Unumquodque seminarium aut collegium obtinet a cœtu legislatorum *litteras incorporationis* nude, ad normam personarum civilium, acquirat, possideat, administret et omnes actus ponat qui sunt veri domini. *Corporatio* per suos directores bona sua administrat, sed singulis annis rationem suæ administrationis episcopo reddere tenet; aliquando episcopus est membrum corporationis civilis. Directores seminarii aut collegii discipulos admittunt aut expellunt, nominant ad varia officia, sed ex altera parte nullus ad corporationem definitive adscribitur, nisi episcopo consentiente.

2º Episcopi huic ordinationi faverunt, qua libertantur a

multis curis et sacerdotes, in bonis seminarii aut collegii incardinati et de rebus temporalibus non amplius solliciti, ad institutionem clericorum totis viribus incumbunt. Neminem latet quot et quantos fructus retulerint hujusmodi instituta; unde nihil in eis immutandum est, inconsulta Sancta Sede, ne violetur jus quæsumum.

3º Quod si in posterum hujusmodi *organizatio* in detrimentam Ecclesiae cedere probetur, episcopi poterunt invocare dispositiones Concilii Tridentini, in qunas non datur præscriptio.

CAPUT III

DE UNIVERSITATIBUS

809. Universitas est schola publica in qua sacra doctrina, scientia humanae, artesque liberales tranduntur.

Est de essentia universitatis ut sit doctrinae emporium quoddam universale omnibus obvium, ad quod studiosi quique facile pro sua necessitate et utilitate valeant accedere et in variis disciplinis se excolere, ad culmen etiam doctrinæ pervenire, indeque susceptae doctrinæ testimonium publicum et authenticum, seu doctoratus et magisterii lauream, reportare. Maupied, *Juris Canonici Compendium*, vol. II, lib. X, De Magistris.

810. Universitas proprie dicta, quæ tradit sacram disciplinam Scripturarum, theologiae, juris canonici, etc., cum ceteris scientiis humanis, non potest erigi regulariter nisi ab Ecclesia, cui communissimum est veritates revelatas et revelatis connexus interpretari et custodire. Hac ratione, media ætate, prodicrunt celebres universitates Parisiensis, Bononiensis, Salmanticensis, Lovaniensis, Oxoniensis, et plures aliae; saeculo elapo, universitates Lovaniensis, quæ

fuit restaurata sub pontificatu Gregorii XVI ; Lavallensis in provincia Quebecensi, quam canonice erexit Pius IX ; Washingtoniensis in Statibus Fœderatis, quæ fuit aperta post tertium concilium plenarium Baltimorense.

Quando universitas bonis civitatis est dotanda, vel privilegiis civilibus ornanda, instituitur a principe et postea a Summo Pontifice obtinet canonicam erectionem.

811. Relate ad constitutionem et regimen universitatis, singulæ universitates habent sua statuta peculiaria ; quedam sunt tamen communia, de quibus dicendum est.

1º In quavis universitate completa, sunt plures facultates quæ etiam dicuntur collegia : facultas theologiae, facultas juris canonici et civilis, facultas philosophie, facultas litterarum, facultas medico-chirurgie et facultas matheseos et physiceæ. Singulæ autem facultates habent tot eathedras quot variis partibus scientiæ sufficere possint, v. g. facultas theologiae complectitur studium divinarum Scripturarum, theologie dogmaticæ et moralis, liturgiæ, traditionis SS. Patrum, historiæ ecclesiastice.....

2º In singulis universitatibus, existere debet aliquod regimen, et consequenter rector qui hujus regiminis principatum teneat.

3º Qualis esse debeat intrinseca organizatio universitatis, jure communi non determinatur, sed recurrendu merit ad constitutiones uniuscujusque universitatis.

812. Universitas potest gradus academicos conferre. Tres gradus numerantur, scilicet bacheloreatus, licentia et doctoratus.

1º Juxta prescriptum Leonis XII pro universitatibus Dominii Temporalis, bacheloreatus et licentia his solum conceduntur qui, exantine instituto, digni renuntiati fuerunt a tribus membris collegii per rectorem designandis. Examen pro bacheloreatu habetur de omnibus quæ primo anno cur-

sus scholastici; pro licentia, de iis quæ secundo et tertio anno traduntur.

2º Qui vero lauream petunt in facultate theologica, experimentum subeunt de omnibus quæ universam disciplinam respiciunt; requiritur ut duobus saltem annis tum Sacrae Scripturæ, tum ecclesiasticæ historiæ prælectiones audierint, et etiam ut integrum cursum theologicum absolverint, quem duo professores quatuor annis conficiunt. Qui, studiis absolutis in alia aliqua publica universitate, vel in seminariis episcopalibus, exoptant laurea insigniri, possunt admitti a rectore ad experimentum, cum prius exhibucrint testificaciones de studiis rite peractis. Duplex experimentum subeunt; primum verbaliter, interrogationibus vel argumentationibus; alterum scriptis, exarando dissertationem latino sermone de arguento proposito, absque librorum aut scripturarum præsidio.

3º Baccalaureatus et licentia possunt conferri privatim; laurea autem publice semper confertur in aula universitatis, solito apparatu. Extranci, qui baccalaureatu aut licentia prædicti non sunt, possunt hos duos gradus una cum laurea adipisci. *Praelect Juris Can. S. Sulp., vol. II, n. 376.*


4º Præter doctores qui gradus academicos assecuti sunt servando regulas exercitationum publicarum, et qui dicuntur *graduati in forma*, alii eundem titulum obtinere possunt *honoris causa*, propter famam doctrinæ vcl opera in lucem edita.

813. **Plura requiruntur ut quis laurea honestetur.**

1º Relate ad dotes in promovendo, requiritur: a) *sexus masculinus*, nam mulier cui prohibetur docere etiam doctorari vetatur; can. *Mulierem* 17, causa 33, quest. 5; b) *natales*, nam spurii et illegitimi a dignitate doctorali excluduntur, nisi in eis dispensatum fuerit ob eorum scientiam; c) *fides*, et ob hunc defectum excluduntur *Judæi*; doctoratus est dignitas ejus *Judæi* sunt incapaces; *hæretici et schismati-*



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART
(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc.

1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax

tici a gradu doctoratus theologiae et iuris canonici repelluntur; *d) aetus*, et sufficit aetas 17 annorum; *e) morum honestas*, et sic a gradibus academicis arcendi sunt infames infamia sive juris, sive facti; ratio est, quia doctoratus est dignitas, atqui, juxta regulam juris 87, in 6^o, "infamibus portae dignitatum patere non debent."

2^o Relate ad formam promovendi doctores, praeter examen rigorosum quo exploretur candidati scientia, requiritur *a) professio fidei* emittenda; *b) in ipsa promotione oportet ut candidato tradantur insignia doctoratus.*

814. Doctoribus plura Jura conferuntur. Quædam jura sunt communia doctoribus theologiae, juris et medicinæ, quædam sunt particularia.

1^o Inter communia, notetur illud quo quis, per gradum doctoralem, eximatur a plebeia conditione et consequenter in dignitate constituatur; ex cap. *Quanto*, tit. V, De Magistris, lib. V Decretalium. Doctores consequuntur veram nobilitatem; hinc doctores possunt deferre insignia nobilium, v. g. annulum, catenas aurcas et vestes nobilibus proprias. Quamvis clericis prohibetur annulum deferrere, (vol. I, tit. IV, num. 187) datur exceptio quoad clericos doctores, qui deferre possunt annulum in signum matrimonii spiritualis cum sapientia.

2^o Doctoratus inducit presumptionem legalem doctrinæ et integritatis, quæ graduatus eximit ab onere novi testimonii, si quod examen sit requisitum ad consecrationem aliquius officii; excipitur collatio parochiæ per viam concursus, a quo non eximuntur etiam doctores.

3^o Pro doctoribus et magistris stat virtutis, integritatis et innocentiae præsumptio. Hinc præ ceteris ad officia et dignitates sive ecclesiasticas sive civiles doctores sunt promovendi. Ex Concilio Tridentino, sess. XXII, cap. 2, Dc Ref., ad episcopatum nemo moveundus est nisi antea in universitate studiorum magister, sive doctor, aut licentiatus in sacra theologia

vel jure canonico merito sit prouotus, aut publico alicujus academiae testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Ex eodem concilio, sess. XXIV, cap. 12, mandatur ut in omnibus ecclesiis, ubi fieri potest, ad archidiacouatum nouassumantur in posterum nisi magistri in theologia, seu doctores, et licentiati in jure canonico; in eodem capite, concilium hortatur ut in capitulis dignitates omnes et saltem dimidia pars eauonieatuum in cathedralibus ecclesiis conferantur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiam licentiatis in theologia vel jure canonico. Ex capite 8 ejusdem sessionis, mandatur ut penitentiarius in ecclesiis cathedralibus sit magister, vel doctor aut licentiatus in theologia vel jure canonico; ex capite 16, vacarius capitularis, cæteris paribus, inter doctores vel licentiatos deputari debet.

4º Doctoratus in theologia et in jure canonico clericum idoneum efficit ad delegationes apostolicas obeundas et ad brevia dispensationis et absolutionis exsequenda.

5º Jura tribuunt doctoribus locum honorabiliorum in coetibus ecclesiasticis. Inter ipsos doctores assiguantur gradus præcunientiae, qui uno et eodem modo ubique non servantur. Communius doctores in theologia sedent ante doctores in jure. Qui pluribus gradibus honestantur illos praecedunt qui unum tantum habent: unde doctor in theologia et jure prefertur ei qui solam lauream theologalem obtinuit; docto in utroque jure prefertur doctori in jure canonico tantum. Maupied, *Jus Canonicum*, vol. II, lib. X, De Magistris.

815. De Universitate Lavallensi.

1º Universitas Lavallensis, jure particulari, est unica universitas catholica hujus provinciae Quebecensis; instituta a Seminario Quebecensi, anno 1852, habuit regium diploma quod ei benigne erogavit S. M. Victoria, die 8 Decembris 1852. Pius IX, in sua bulla *Inter varias sollicitudines*, die 15 Aprilis 1876 edita, ei concessit institutionem canonicam.

2º Ad tenorem regii diplomatis, *a)* Arehiepiseopus eatholius Quebeeensis est Visitator Universitatis et habet *il veto* in omnibus statutis et nominationibus ab Universitate peraetis. *b)* Quatuor sunt faeuultates, scilieet Thoologie, Juris, Medicinæ et Artium. *c)* Professores in faeuultate Theologiæ a Visitatore, in aliis faeuultatibus a Consilio Universitatis deputantur. *d)* Consilium Universitatis directorib⁹ Seminarii Quebeeensis et tribus antiquioribus professoribus unius-eiususque faeuultatis conflatur. *e)* Tres sunt gradus ad quos pervenire possunt alumni, scilieet baecalaureatus, lieentia et doetoratus.

3º Ad tenorem bullæ apostolice, *a)* Eminentissimus Cardinalis Praefeetus S. Congregationis de Propaganda Fide est Universitatis Proteotor, dum Arehiepiseopus Quebeeensis est ejus Cancellarius Apostolius. *b)* Vigilare eirea fidem et mores ad aliquam commissionem omnium episcoporum provincei civilis Quebeeensis, cui præest arehiepiseopus Quebeeensis, devolvitur. Consilium supremum vigilantiae habet normam proeedendi, que in constitutionibus Universitatis reperitur.

816. In decreto 1 Februarii 1876, S. Congregatio de Propaganda Fide maudavit ut Universitas Lavallensis haberet Marianopolis aliquam succursalem, iis servatis:

1º Omnes expensas sueursalis solvet diceesis Marianopolitana.

2º Eadem lectiones, sive attenta earum duratione, sive materiarum distributione, Quebeei et Marianopoli tradentur.

3º Professores sueursalis in faeuultatibus Juris et Medicinæ erunt professores Universitatis Lavallensis vi regii diplomaticæ eretæ.

4º Cum eonsilium Universitatis directoribus Seminarii Quebecensis et tribus antiquioribus professoribus uniuscu-

jusque facultatis coalesceat, professores succursalis poterunt esse membra ejusdem consilii.

5º Professores uniuscujusque facultatis, in succursali sicut in Lavallensi, aliquod consilium constituent pro his quae sunt facultatis in genere.

6º Marianopoli commorabitur quidam Vice-Rector, a consilio Universitatis deputatus sed ab episcopo Marianopolitano approbatus; ejus erit munus alumnos admittere vel expellere, leges disciplinares Universitatis eos edocere et earum observationem urgere. Discipulorum vita religiosa et moralis custodiæ episcopi Marianopolitani exclusive committitur.

7º Professores Marianopolitani a consilio Universitatis nominabuntur, præhabito consilio facultatis Marianopolitanæ.

8º Marianopoli et Quebeci eademi emolumenta professoribus solventur et easdem solvent alumnī.

9º Universitas Lavallensis Quebeci instituta diplomata conficiet et dabit, et huic solventur taxæ debitæ.

817. Die 2 Februarii 1889, edita est nova constitutio in forma brevis, Jamdudum, qua plura immutantur et definitur relationes inter duas partes unius et ejusdem universitatis :

1º Summus Pontifex Leo XIII declarat Universitatem Lavallensem agnoscet et haberi uti unicam catholicam Universitatem Canadæ inferioris, sufficenter instructam ut rectæ et plenæ juvenum institutioni consulatur, seque non passurum aliam catholicam Universitatem ab illa se junctam in hæ provincia extare, cui jus sit gradus academicos conferendi.

2º Succursalis erecta Marianopoli erit altera sedes Universitatis Lavallensis Marianopoli magisterio fungentis. Pro-Rector designandus erit ab episcopis provincie Marianopolitanae, ut consilio Universitatis presentetur; nequit ejus confirmatio denegari, nisi ob rationes ab illis episcopis approbatas.

Consilium Universitatis Lavallensis jura sua sive in sede Quebecensi, sive in sede Montis Regii exercebit, juxta ea quae in *regia charta* eidem consilio conceduntur. Ut paci et concordiae inter idem consilium et eos qui Montis Regii successores administrant plenius consulatur, haec statuantur :

a) In sucursali Marianopolitana, professores et decani eo ritu eligentur, qui nunc servari solet in singulis facultatibus, et a consilio Universitatis agnoscentur ac recipientur, nisi contradixerit Archiepiscopus Marianopolitanus. Semel admissi poterunt a consilio Universitatis reinveneri ob causas at eodem Archiepiscopo approbatas.

b) In facultate quae artium dicitur, et quae continet litterarum studia, scicutias naturales et industriae accommodatas, datur facultas professores eligendi, sive ex utroque clero saeculari et regulari, sive ex laicis viris, prout usus fuerit a res postulaverit.

c) In praeparandis programmatibus pro eis qui in facultate artium bacheloretum petunt, retineri optime potest consuetudo hucusque vigens, scilicet ut in sede Marianopolitana exquiratur consensus eorum qui collegiis Universitati aggregatis presunt.

d) Quoad aliorum programmatum preparationem, jus et eura ad professores qui sive Quebeci sive Marianopoli docent, devolventur, servatis regulis et praescriptionibus quae in statutis continentur ; pariter ut in eis aliquid inimutetur, requiretur consensus eorumdem professorum vel eorum qui vices professorum gerunt.

e) Quoniam vero collegium exstat Marianopoli *a S. Maria* appellatum, quod regitur a religiosis sodalibus e Societate Jesu, et elareseit eximia praceptorum doctrina et auditorum frequentia, indulgetur ut sodales ipsi experimentum capiant alumnorum suorum, iisque quos probaverint scriptum testimonium praebant quo digni declarentur iis honoris gradibus qui juvenibus pari peritia praeditis conferuntur ab Univer-

sitate Lavallensi in collegiis eidem aggregatis. Quo exhibito testimonio, a consilio quod Universitati regendae praest, diploma tradetur, quo ejusdem Universitatis alumni gradum illum adepti, honestantur.

f) Episcopi utrinque provinciae Quebecensis ac Marianopolitani quotannis convenient ut de Universitatis doctrina et disciplina cognoscant, et communis consensu deernant ea omnia que ratione temporis statuere neeesse sit.

4º Hinc ad tramites hujus constitutionis, una tantum est catholica Universitas pro Canada inferiori, duplice habens sedem, unam Quebeci, alteram Marianopoli.

TITULUS VI

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS

1º Aequum est ut clerci habent prebendas in titulis ecclesiarum in quibus resident et officium praestant, unde necessaria ad vitae sustentationem percipiunt, et in opprobrium ordinis clericalis vel mendieare vel negotiari non cogantur.

*De origine
Beneficiis
Ecclesiasticis.
Primum fundamentum
1. Cor. 9, 7; 2. Thes. 3, 11;
unitat suis stipendiis unquam
Adserit frater
epoca.*

2º Primit Ecclesiae saeculis, omnia bona ecclesiastica sive mobilia, sive immobilia, unam veluti massam in singulis diocesisibus constituebant, quae administrabatur ab episcopis per oeconomicos in Oriente, archidiaconos in Occidente, et distribuebatur in quatuor partes, quarum una erat ipsius episcopi, altera clericorum, tertia impendebatur pro aedificiis sacris constituendis et reparandis, postrema tandem inserriebat sustentationi pauperum et peregrinorum. Ne autem episcopi bonis Ecclesiae abuterentur, inductum fuit ut quolibet triennio in conciliis provincialibus reddere tenerentur rationem eorum administrationis; et si constaret deabusibus, debitibus poenis plectebantur vel ab ipsis conciliis, vel a Romanis Pontificibus de re admonitis ab archiepiscopis. Haec disciplina improbari coepit sive ob parum honestam diaconorum integratem, sive quia indecorum videbatur rectores ecclesiarum quae erectae repriebebantur in vicis et pagis, oblationes habitas a fidibus transmittere ad episcopum, a quo deinde partem pro honesta sustentatione recipiebant. Sebastianelli, De Re beneficiali, tit. I.

3º Superioribus saeculis, clerci obtinuerunt administrationem bonorum sua ecclesiae, et, indueta perpetuitate in officio, ortum est beneficium ecclesiasticum.

Hanc materiam de re beneficiali explanabimus in sequentibus capitibus.

CAPUT I

DE NATURA ET DISTINCTIONE BENEFICIORUM

818. **Beneficium ecclesiasticum communiter sic definitur:** "Jus perpetuum pereiendi ~~frumentorum~~ ^{terram} redditus ex bonis ecclesiasticis, propter aliquod servitium spirituale, ex auctoritate Ecclesie constitutum."

1º Ad cuius explanationem, notandum est tria in beneficio ecclesiastico esse distinguenda: a) *ipsum officium*, seu obligatio ad illud, ita ut quis teneatur spiritualem aliquam functionem obire, veluti recitare horas canonicas, administrare sacramenta, predicare verbum Dei, etc.; et hoc non est beneficium, sed fundamentum illius et causa, nam beneficium datur propter officium; b) *jus pereiendi redditus* ex bonis ecclesiasticis ob tale officium, et hoc jus est beneficium; c) *fructus ex bonis Deo et Ecclesie dicatis*. Santi, Prael., tit. V, lib. III. *Institutionis ab eccl. requisita est hac in re.*

2º In definitione beneficii dicitur a) *jus*, quia beneficiatus, ratione beneficii sibi collati, habet potestatem exigendi ac pereiendi proventus ex bonis Deo dicatis; jus illud non est spirituale *in se seu formuliter*, sed *in radice*, quia oritur e ministerio spirituali cui unitur.

c) Dicitur b) *perpetuum*, quia beneficium ecclesiasticum non datur ad tempus, sed in titulum perpetuum. Ad beneficii rationem requiritur Iº *perpetuitas objectiva*, scilicet ut beneficium morte beneficiati, vel amotione ejus a beneficio, non extinguitur, sed vacet suo possessore, ita ut alteri sit conferendum; IIº requiritur *perpetuitas subjectiva*, quia beneficium dicit jus perpetuum vel ex institutione sua, vel saltem secundum aptitudinem, quia potest esse perpetuum; et sub hac definitione comprehenduntur beneficia manualia, seu ad nutum revocabilia. "Beneficium, ait Pirhing, Jus Canonicum, tit. V, De Præbendis et Dignitatibus, lib. III,

ex se fit perpetuum, quia in perpetuum conferri potest et ordinarie confertur; quanvis non semper qui illud habet, perpetuo habeat, sed dependenter a voluntate superioris, que dependentia non mutat naturam beneficii, cum nihilo minus ob officium spirituale detur; nam beneficia saecularia, que sua natura sunt perpetua, saltem per Papam possunt fieri temporalia, sive ad tempus concedi, et ad nutrum revocabilia."

Attamen non est negandum beneficia manualia et ad nutrum revocabilia aliquo modo defieere a ratione beneficii proprii dicti; ideoque in regulis Cancellariae de reservatione non comprehenduntur, neque sufficiente pro titulo ad ordines sacros suscipiendos.

Dicitur c) *ex bonis ecclesiasticis*, nam bona ecclesiastica, in materia beneficiali, nuncupantur res temporales immobiles vel mobiles ecclesiis attributae, et auctoritate canonica annexae officio spirituali.

Dicitur d) *propter officium spirituale auctoritate ecclesiastica institutum*, nam beneficium datur propter officium spirituale. Jamvero nullum officium publicum in Ecclesia constitui potest, nec alicui demandari, nisi auctoritate competenti; atqui non est auctoritas competens in foro ecclesiastico prater ius sacrum S. Pontificis et praelatorum, qui habent jurisdictionem fori externi. Santi, loco citato.

819. Ex precedentibus questio oritur an beneficia adsint in hac regione.

1º Non loquimur de missionibus, quibus deficit canonica erectio; missiones ille non adhuc habuerunt limites definitivos, et consequenter nec objectivam perpetuitatem, quæ ad essentiam beneficii requiritur; clerici ad missiones deputati, quasi vicem prælati gerentes, jurisdictionem delegatam tantum exerceant.

2º Questio restringitur ad parochias canonice erectas. Videtur eas esse beneficia manualia. Revera habent: a) offi-

cium spirituale annexum; b) jus percipiendi ex bonis ecclesiasticis propriis officiis; c) perpetuitatem objectivam, quatenus semel constitutae permanent semper, licet successive a pluribus sibi succendentibus possideantur; d) bona ecclesiastica, quae sunt decimae, census vel oblationes fidelium, quae solvuntur parochis modo permanenti intuitu tituli parochialis. Quoniam illa beneficia, etsi mammalia, perpetuitatem objectivam habent, sunt vera beneficia; sed quia eis deest perpetuitas subjectiva, titularis non reputatur verus beneficiatus, nisi in favorabilibus. De Angelis, Praelectiones Juris Canonici, lib. III, tit. V; Reiffenstuel, eodem loco.

820. Beneficia diversimode distinguuntur:

1^a Ratione officiorum, duplex divisio ab auctoribus traditur:

a) Alia sunt majora, alia minora; beneficia majora ~~inodiosis non dicuntur communiter sub unione~~ ^{ratione beneficiorum} sunt illa quae annexam habent potestatem jurisdictionis fori externi, ut pontificatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, ~~abbatie~~ ^{curulis} cum jurisdictione quasi episcopali; cetera beneficia censentur esse minora.

b) Beneficia sunt *duplicia* vel *simplicia*; *duplicia* habent curam animarum, vel jurisdictionem, aut praeminentiam, aut aliquam administrationem: talia sunt beneficia majora et parochialia; *simplicia* sunt illa quibus incumbit sola obligatio omnibus beneficiatis communis, quae est recitatio horarum canonicarum. Beneficia *simplicia* solent vocari *non residentialia*, quia clericus ea possidens non tenetur ad residentiam in loco sui beneficii. *A tamen diligendo beneficium duplex.* —

2^a Ratione personarum a quibus conferuntur, beneficia sunt *reservata* atque *affecta*, quorum collatio ad Summum Pontificem devolvitur; non *reservata* et non *affecta*, quorum collatio ad inferiores collatores pertinet.

3^a Ratione personarum quibus conferuntur, beneficia sunt *secularia* vel *regularia*, prout clericis secularibus vel regularibus sunt conferenda.

Omnia beneficia presumuntur sacerdotalia, nisi contrarium demonstretur. Beneficium probatur regulare, *a)* ex natura beneficii, si monastica officia continet; *b)* ex fundatione, si per voluntatem fundatoris ab episcopo approbatam regularibus eommisum sit; *c)* ex unione, quando beneficium legitime et perpetuo monasterio unitum et incorporatum est; *d)* ex prescriptione, cum neripe beneficium, quadraginta annorum spatio, ab uno vel pluribus religiosis exstitit continua et pacifice gubernatum, ut prescriptio legitima sit completa. Cap. 5, De Praebendis, in 6^o.

4^o Ratione modi quo conferuntur, beneficia sunt electiva, collativa vel patronata. Electiva conferuntur per electionem, quae est a superiori confirmanda; collativa conferuntur libera voluntate eorum ad quos spectat collatio iis quibus voluerint, modo idonei sint; patronata conferuntur a p̄aelato post presentationem factam a patrono.

Beneficia curata aliquam rationem habent beneficii patronati seu mixti, quatenus ex jure communī non aliter conferenda sunt quam uni ex clericis renuntiatis dignis in concursu. Cf. vol. I, tit. XI, De Parochis, num. 533.

In dubio, beneficium non presumitur electivum, nec patronatum, sed collativum, quia electione et patronatu beneficia recedunt a statu primævo et præjudicium affertur potestati ordinariæ p̄aelati, ad quem jure communī spectat collatio beneficiorum dioecesis.

5^o Ratione temporis, beneficia sunt perpetua vel manuallia. Beneficia perpetua sunt illa que in perpetuum titulum et irrevocabiliter conferuntur, ita ut a beneficiatis, sine gravi et justa causa, auferri non possint; hujusmodi sunt beneficia sacerdotalia, quæ sua natura et jure ordinario perpetua sunt et irrevocabilia, nisi ex causis jure expressis. Non obstat tamen quominus beneficia quædam sacerdotalia per Papam, vel consuetudinem immemoriam, ad nutum revocabilia instituantur.

VS. Ecclesia habet suum curia
 Beneficia manualia in titulum quidem conferuntur, sed revocabiliter, quia ad mutum seu voluntatem prelati conferuntis auferri possunt.

Beneficia regularia, nisi per electionem acquirantur, consentur manualia, quia regulares, ratione voti obedientiae, subduntur voluntati superiorum. Pirhing, loco citato.

CAPUT II

DE ERECTIONE ET COLLATIONE BENEFICIORUM

I

De erectione.

Erectio beneficij ecclesiastici est actus legitimus quo sacrum aliquod officium a clero obeundum constituitur in certa ecclesia vel altari, ex quo honestam sustentationem percipiat.

821. **Plura requiruntur ad hanc erectionem :**

1º Oportet ut interveniat auctoritas ecclesiastica, quod procedit ex natura ipsa beneficij ecclesiastici. Summo Pontifici reservatur erectio sedium episcopaliū et capitulorum cathedralium, episcopo, erectio beneficiorum parochialium et inferiorum. Episcopus potest de consensu sui capituli novos canonicatus erigere, nisi decreto absoluto Summi Pontificis numerus canonicorum fuerit praefixus. Vol. I, tit. X, num. 477.

2º Requiritur titulus, quo nomine significatur mysterium, sanctus vel aliquid ad sanctos pertinens, quo beneficium in futurum vocetur; hinc titulus beneficii potest esse Conceptio Immaculata B. M. V., sanctus ejus nomen reperiatur in martyrologio romano, vel vincula S. Petri. Titulus applicatur vel ecclesiae, vel capellae, vel alicui altari: hinc cum

*stamen omnia altaria nihil impedit
pro habet plura beneficia.*

spiritualia spatium non oecupent, in ecclesia quæ plures capellas vel plura altaria continet, haberi possunt plura beneficia.

3º Requiritur ut determinetur officium spirituale quod titularis obire debet.

4º Requiritur dos competens, qua sustentationi titularis et adimplitioni oneris beneficij provideatur.

822. **Ipse fundator beneficii in actu fundationis potest quasdam conditiones et leges sibi bene visas adjicere**, modo sint possibles, honestæ et ab episcopo admissæ, v. g. ut ad beneficium non promoveatur nisi licentiatus aut docto[r] in theologia; non sustineretur conditio ut ad beneficium deputetur etiam irregularis. Sebastianelli, De Re beneficiali, tit. II, num. 187.

II

De collatione.

Beneficium ecclesiasticum non potest sine canonica institutione possideri; qui sine institutione sese ingerit in beneficium possessionem dicitur intrusus, et privatur omni jure quæsito per electionem vel presentationem. Vol. I, tit. II, num. 123.

Institutione canonica est collatio beneficii facta a superiore; hæc collatio dicitur *libera*, quando superior beneficium confer personæ quam ipse digniorem reputat; dicitur *necessaria*, quando beneficium ~~facta~~ ^{tenet} ~~intra~~ ^{non absolute} conferre personæ electæ vel presentatiæ: *cum illa persona sit digna*.

823. **Romanus Pontifex potest beneficia conferre, si concurrat cum jurisdictione inferioris p[ri]elati.**

1º Quando Summus Pontifex libere conferebat beneficia in aliis diœcesis, ejus collatio sustinebatur quæ prævenerat collationem factam ab inferiori p[ri]elato; facta prius collatione ab inferiori p[ri]elato, hæc sustinelatur, juxta adagium juris: qui prior tempore potior est jure. Quod si uno eodemque

tempore Summus Pontifex et collator inferioris ordinis beneficium contulissent, hie elerius beneficium obtinebat qui prior illud possederat, juxta principium: melior est conditio possidentis. Seclusa possessione prævia, preferebatur ille qui beneficium obtainuerat auctoritate pontificia, vel propter eonferentis ampliorem prærogativam, vel quia extraordinaria collatio debet prævalere ordinariae.

2º Aestate presenti, Summus Pontifex non solet uti jurisdictione concurrenti, ut beneficia conferat in diaeccibus Ordinariorum.

824. Romanus Pontifex fit collator, conferendo mandata de providendo vel litteras expectativas.

1º Mandata de providendo erant epistolæ quædam a Summis Pontificibus ad Ordinarios missæ, in quibus comindabantur clerici unde ad beneficium vacans promoverentur. Episcopi poterant non exequi vel diffeire exsecutionem horum mandatorum, propter causas graves Summo Pontifici exponendas; si absque causa rationabili exsecutionem denegassent, primo monebantur, ct. perseverante contumacia, deputabatur extraneus executor mandati de providendo. Litteræ expectativæ erant litteræ apostolicae datæ episcopis in favorem alieujus clerici ut promoveretur vel ad primum beneficium vacatum, vel ad tale beneficium semel ac vacaverit.

2º Plures abusus irrepserunt ex illis mandatis de providendo et litteris expectativis; præterquam quod indultarii nimis æquo morte beneficiatorum inhibabant, ut eorum loco sufficerentur, aliquando easdem litteras vendebant majori offerenti. Hinc Concilium Tridentinum, sess. XXIV, cap. 19, De Ref., deerevit "mandata de providendo et gratias quæ expectativæ dieuntur nemini amplius...coneedi, nec hactenus concessis cuiquam uti licere." Hoc decreto, non limitatur potestas Summi Pontificis, sed a tempore Cone. Tridentini, S. Pontifices nunquam, vel saltu raro, coneeesserunt has litteras apostolicas.

**825. Romanus Pontifex conferre potest beneficia
qua sibi reservavit in diœcesibus inferiorum colla-
torum.**

Potissimæ reservationes continentur iu regulis Cancellariae Romanae. Vol. I, tit. VI, num. 300.

1º Per 1^{am} regulam Cancellariae Apostolice reservantur Summo Pontifici modo generali beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, vel in Curia Romana. Beneficium dicitur vacare *apud Sedem*, quando apud eam moritur titularis; dicitur vacare *in Curia* non tantum in casu mortis naturalis, sed mortis civilis, puta si quis in Curia resignaverit suum beneficium, vel eo privatus fuerit in Curia, sive per sententiam, sive per promotionem. Hanc reservationem beneficia nostra, quæ ad nutum conferuntur, effugiunt.

Eadem regula reservantur Summo Pontifici omnia beneficia sive obtenta, sive obtainenda, de quibus Ordinarii et alii collatores contra Coneilii Tridentini decreta disposuerunt vel in futurum disponent. Recolendæ sunt dotes requisite in promovendis ad beneficia ecclesiastica, scilicet ætas, scientia, concursus prævious, doctatoratus in quibusdam officiis capituloibus, etc.; haec beneficia subjacent reservationi, quando ordinarii collatores debent ea conferre contra decreta Coneilii Tridentini; si de eis jam disposuerunt, collatio est nulla.

2º Per 2^{am} regulam reservantur Pontifici omnes ecclesiasticae patriarchales, primatiales, archiepiscopales et episcopales; item beneficia omnia quæ ad collationem episcoporum vel abbatum aut aliorum collatorum spectant, et post obitum, resignationem, translationem, privationem illorum vel alias quomodocumque vaeaverint, usque ad provisionem successorum apostolica auctoritate faciendam et adeptam ab eisdem successoribus pacificam possessionem. Per hanc regulam beneficia minora, quæ vaeant sede episcopali quocumque modo vacante, reservantur Summo Pontifici. Huic regulæ non subjacent beneficia necessariae collationis, vel quæ ad

nutum superioris conferuntur, qualia sunt beneficia parochia-
lia hujus provinciae.

3º Per 4^{am} regulam reservantur dignitates quae sunt majo-
res post pontificales in ecclesiis cathedralibus et collegiatis.
Hac regula non reservantur omnes dignitates, sed illa solum
quae in cathedrali fit major post pontificalem, vel principalis
in collegiata. Ideoque non sufficit probare dignitatem, sed
probandum est quod sit major aut principalis, et quidem per
probationes plenas et concludentes. Si in ecclesia cathedrali
adsint dñe dignitates majores aequales, ambæ sunt reser-
vative. Huic regulae subjacet prima dignitas in capitulis quae
in provincia Quebecensi erecta sunt vi litterarum S. Congre-
gationis de Prop. Fide, 28 Sept. 1852. Cf. vol. I, tit. X,
num. 493.

4º Per 9^{am} regulam reservantur omnia beneficia ecclesias-
tica, cum cura et sine cura, ubiquecumque existant, alias quam
per resignationem quoicumque modo vacatura in Mensibus
Januarii, Februario, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris,
Novembri. Ab hac reservatione eximuntur parochiae juris
patronatus laicalis et quae sunt ad nutum amovibiles.

In secunda parte hujus regulæ, Summi Pontifices profitentur
se velle gratificari cum omnibus illis episcopis qui observant
residentie legem, relinquendo illis facultatem conferendi
beneficia, nisi aliter fuerint reservata aut affecta, in sex
mensibus anni, i. e. Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris,
Decembris, reservatis Summo Pontifici beneficiis vacaturis
in sex aliis mensibus.

Haec gratia, quæ dicitur *alternativa*, vim non habet nisi
episcopi transmiserint ad Datarian litteras propria manu
signatas et sigillo munitas gratiam *alternativa* acceptantes.

Haec gratia solis episcopis conceditur, et viget quamdiu
Pontifex vixerit, aut episcopus in sua sede permanserit: est
enim veluti contractus initus inter Pontificem et episcopum,
intuitu peculiaris ecclesiæ.

Oportet ut episcopus in sua diœcesi *personaliter* resident : hinc episcopi a propria diœcesi absentes ad gerenda negotia ecclesiae sue, vel ipsius Apostolicae Sedis legatione fungentes, beneficia interim vacantia conferre non possunt ; imo si initio mensis episcopus absit, jus conferendi per totum mensem amittit, quamvis præsens exstiterit ipso die vacationis.

Præterea notandum est quod in gratia alternativæ non comprehenduntur nisi illa beneficia quæ ad liberam episcopi collationem pertinent ; beneficia, quæ episcopus conferre nequit sine consensu, consilio vel interventu capituli, non continentur sub alternativa ; quare illa confert modo vident in quatuor mensibus ordinariis Martii, Junii, Septembris et Decembris, perinde ac si alternativa acceptata non esset ; in aliis octo mensibus, illa beneficia conferuntur a Summo Pontifice (1^o).

Ut fiat locus huic regulæ, tria requiruntur : a) Ut vacet verum et proprium beneficium ; deficiente hac conditione, beneficia manalia hujus provincie non subjaceent reservationi. b) Ut beneficium realiter vacet ; hinc officia quæ cessant non subjaceent huic regulæ. c) Ut beneficium vacet mense apostolico. More Romanorum, mensis incipit a media nocte diei qui mensem superiore terminat ; et si ambiguum sit utrum ante vel post mediam noctem beneficiatus obierit, collatio adjudicanda est episcopo, cum reservationes odiosæ videantur. Card. Soglia, *Institutiones Juris Privati*, n. 90.

1^o Nota.—In primis nostro volumine, num. 494, docuimus canonicatus vacantes conferendos esse alternative a Sancta Sede et ab episcopo, habita mentium distinctione. Hoc verum est, modo episcopi *speciale* indulsum obtinuerint, sicut episcopi Angliae, ut videri potest apud *La Nouvelle Revue Théologique*, vol. XXVII, pag. 286. Canonicatus non sunt liberae collationis, hinc, secluso induito, conferuntur a Summo Pontifice, mensibus Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Augusti, Octobris, Novembris; ab episcopo et capitulo, mensibus Martii, Junii, Septembris, Decembris.

Regula 9^a cessat pluribus modis. Quoad primam et secundam partem, cessat per mortem Pontificis, ut innunt verba regule: "usque ad suae voluntatis beneplacitum." Relate ad secundam partem, *a)* cessat per mortem episcopi, cui gratia alternativæ concessa est, cum haec gratia non transeat ad successores; *b)* cessat si episcopus non residueat; *c)* cessat si episcopus expresse aut tacite renuntiaverit. Sebastianelli, *De Re beneficiali*, num. 194.

826. Reservationes Cancellarie Apostolice vigent in regionibus in quibus ipsis non est derogatum per concordata. *Per se* vigent in hac regione relate ad canonicatus et ad beneficia majoria; beneficia parochialia effugint has reservationes, quia ad nutum superioris conferuntur.

827. Post Romanum Pontificem, nobiliorem locum inter collatores obtineut episcopi, ut habetur ex canone *Regenda*, 4, causa 10, q. 1: "Regenda est unaquæque ecclesia sibz provisione ac tuitione episcopi, per sacerdotes vel caeteros clericos quos ipse cum Dei timore provideret." Hinc quando beneficium vacans non est S. Sedi reservatum, nec ullus potest jus illud conferendi probare, illius collatio ad episcopum pertinet.

828. Praeter episcopos, alii sunt qui ex indultis vel legitima consuetudine beneficia conferunt. Collatio canonicatum, de jure communis, salvis regulis Cancellarie, ad canonicos et episcopum simul pertinet, ita ut alterque collator habeat unum suffragium; ob periculum discordiae inter utrumque collatorem, fieri solent pacta ut per alternas vices canonicatus conferantur per episcopum solum, vel capitulum solum.

829. Sede episcopali vacante, capitulum, vel vicarius capitularis, non potest conferre beneficia libera, quorum collatio ad solum episcopum pertinet, quia collatio est quedam liberalitas et donatio quæ, sede vacante, fieri prohibetur. Hæc collatio, salvis regulis Cancellarie, ad

episcopum successorem reservatur. Nihilominus quando collatio beneficii simul et communiter ad episcopum et capitulum pertinet, mortuo episcopo, vel aliter inhabili facto, potest capitulum, sede vacante, conferre hujusmodi beneficia. Ratio est, quia capitulum et episcopus unum corpus efficiunt; atqui jura corporis moralis seu universitatis conservantur in uno. Idem vicissim dicitur si, collatione ad episcopum et capitulum pertinente, capitulum reddatur inhabile ad conferendum: tunc collatio ad solum episcopum devolvitur. Santi, loco citato, num, 56.

Vicarius generalis beneficia conferre nequit nisi ad hoc habeat speciale mandatum.

830. Preter beneficia que sunt libere collationis, quedam beneficia dienuntur necessarie collationis: talia sunt beneficia electiva vel patronata. Beneficium dicitur electivum, quando ejus provisio pertinet ad electores, reservata a superiore confirmatione electionis, si clericus legitime electus reperiatur idoneus; beneficium dicitur patronatum, cuius provisio pertinet ad patronum qui ad illud praesentat, et ad superiorem qui clero praezentato, modo idoneus reperiatur, dat institutionem canonicam. De electione et præsentatione egimus, in vol. I, tit. II, num. 130, 131.

831. Clericus de aliquo beneficio provisus debet corporaliter immitti in ejus possessionem per investitram realem.

^{1º} In jure canonico, qui obtinet aliquod beneficium non potest per se ipsum ejus possessionem assumere, sed ad illud duci debet ab auctoritate ecclesiastica; si per violentiam assumat possessionem sui beneficii, dicitur *intrusus*, et ipso jure et facto amittit titulum beneficii et omne jus quod ei in illo competit. Episcopus sive per se, sive per clericum delegatum, potest dare investitram; antiquo jure, hoc officium inter jura archidiaconi erat adscriptum, sed nunc committi potest cuicunque clero episcopo beneviso.

2º Persona, delegata ad dandam institutionem realem, non recipit a delegante nisi nudum ministerium, ideoque earet delegatione ad cognoscendum de justitia tituli vel collationis factae. Hinc est quod, quaeunque exceptione proposita, non possit differri investitura, nisi alius clericus retineat beneficium possessionem. In hae hypothesi, post summariam cognitionem collationis factae illi qui in possessionem immittendus est, expelli debet primus possessor ut instituatur secundus. Sebastianelli, *De Re beneficiali*, num. 222.

3º Immissio in possessionem, quae gratis confertur, fit per quadam symbola quibus appareat clericum provisum habere possessionem sui beneficii. Generatim possessio assumitur per ingressum in ecclesiam ubi est titulus beneficii, oenpando sedem convenientem, veluti stallum in choro, aut campanam pulsando, altare oculando, missale aperiendo vel claudendo, aliaque agendo quae officium et potestatem beneficiati significent.

4º Possessionis adeptae duo sunt effectus potiores: *a)* beneficiatus immisus in possessionem habet jus ad fructus beneficii pereipiendo; *b)* institutio realis dat fundamentum præscriptioni, ita ut contra quemque alium idem beneficium impetrantem opponi possit possessionis exceptio. Ad hanc possessionem referuntur regulæ Caneellariae 35^a *De annali possessione*, 36^a *De triennali possessione*. Cf. Sebastianelli, loco citato.

5º Non datur institutio realis in beneficiis quae ad nutum superioris conferuntur, quia investitura male conveniret eum amovibilitate. Haec investitura datur episcopis quando assumunt possessionem sua diocesis; revera diocesis est beneficium, et quidem majus, quod in perpetuum confertur.

6º Haec institutio realis debet fieri eoram notario et duobus saltem testibus; de hæc immissione notarius conficit aliquod instrumentum, ut titulus possessionis in foro publico possit demonstrari.

CAPUT III

DE REGULIS SERVANDIS IN BENEFICIIS CONFERENDIS

Omnis collator, uno excepto Summo Pontifice, in conferendis beneficiis debet observare regulas a sacris canonibus stabilitas.

**832. Beneficia singula singulis, non plura unice
rīco, conferenda sūnt.**

1º Antiquitus clericus unum solummodo beneficium ecclesiasticum possidere poterat; beneficium personale officium requirebat in ecclesia proprii tituli, et in ea clericus honestam sustentationem percipiebat. Pluralitas beneficiorum inducta est, cum primum exierunt institui beneficia insufficientia ad honestam vitae sustentationem.

2º Processu temporis, divisa sunt beneficia in compatibilia et incompatibilia. Incompatibilis *ratione officii* ea sunt quae personalem residentiam requirunt; incompatibilis *ratione reddituum* ea sunt quorum singula exhibent unicuique clero honestam sustentationem. Compatibilia ea sunt quae non requirunt personali residentiam in loco beneficii, et nullam obligationem annexam habent, praeter reeitationem divini officii. Qui obtinebat beneficium non residentiale eum obligatione reeitandi tantum horas canonicas, optime poterat ministeria et officia alteri beneficio annexa adimplere.

3º Patres Concilii Tridentini, sess. VII, cap. 2 et 4, sess. XXIV, cap. 13 et 17, statuerunt beneficia compatibilia, regula generali, pro unoquoque clero non esse nisi duo, quorum utrumque esset simplex, vel unum simplex et aliud duplex, et quorum prius ad ipsius clericis honestam sustentationem non sufficeret. Itaque jure Tridentino quo nunc utimur, clericus non potest habere nisi duo tantum beneficia, etiamsi non posset ex ipsis honeste sustentari; haec duo beneficia debent esse simplicia, vel saltem unum simplex et

alius duplex. Hinc prohibetur ne quis consequatur duo beneficia curata, vel duos canoniciatus, vel canonicatum in una et beneficium curatum in altera ecclesia. Tandem requiritur ut prius beneficium obtentum non sit sufficiens ad honestam clericis sustentationem. Sebastianelli, De Re beneficiali, tit. IV, num. 239.

333. EX HAE REGULA, SEQUITUR PROHIBERI NE QUIS HABEAT UNNUM BENEFICIUM INCOMPATIBILE IN TITULUM, ALIUD IN COMMENDAM.

1º In genere, commendanda est custodia ecclesiae vel beneficii, et commendatarius dicitur clericus qui ecclesiam vel beneficium in commendam recipit.

2º Antiquitus, commendanda nihil alius erat nisi custodia ecclesiae vel beneficii vacantis alicui clero commissa, ut bona administraret et fructus erogaret pro ministrorum mercede et augmentatione dotis ecclesiae vel beneficii.

3º Tractu temporis, inductum est ut commendae essent perpetuae, et ita conferrentur ut commendarius perciperet fructus ecclesiae vel beneficii, et commendam recipere ad instar tituli.

4º Concilium Tridentinum, sess. XXIV, cap. 17, De Ref., prohibuit ne quis simul plura possideret beneficia etiam commendata, volens ut "illi qui in presenti plures parochiales ecclesias, aut unam cathedrali et aliam parochiale obtinent, cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus ac unionibus ad vitam non obstantibus, una tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatium sex mensium dimittere; alioquin tam parochiales quam beneficia omnia quae obtinent, ipso jure vacare censeantur, et tanquam vacantia libere aliis idoneis conferantur; nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant."

5º Hodie jure, commendanda nonnisi a Romano Pontifice conceditur, v. g. quando personae qualificatae quae jam possidet

beneficium in titulum, aliud conceditur in commendam, ut commodius sustentari possit. Santi, lib. III, tit. V, De p̄ebendis, num. 28, 29. Hinc episcopus a S. Pontifice obtinere potest ut praeter beneficium episcopale quod habet in titulum, possideat beneficium parochiale in commendam.

834. Beneficia ecclesiastica sine diminutione conferenda sunt; lib. III, tit. XII. Jamvero pluribus modis beneficia diminutionem patiuntur.

1º Primus modus est si, manentibus pro clero iisdem juribus et redditibus beneficii, nova quedam onera imponantur, v. g. si beneficiato obligatio imponatur missam celebrandi diebus et horis statutis. Inspecto jure communii, episcopus non potest nova onera imponere beneficio vacanti et futuro ejus titulari, dicente Conc. Lateranensi III: "Ne ab abbatis, episcopis vel aliis praelatis novi census imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur." Huic consonat Cone. Trid., sess. XXV, caput 5, De Reformatione: "Quando ex beneficiorum quorumenunqne erectione seu fundatione aut aliis constitutionibus, qualitates aliqua requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficiorum collatione, seu in quamcumque alia dispositione, eis non derogetur."

2º Secundus modus quo beneficia pati possunt diminutionem habetur si in collatione solutio aliqua seu prestatio exigatur pro una vice, vel ad aliquod tempus. Concilium Tridentinum, sess. XXIV, cap. 14, De Ref., improbat prestationes quae in actu collationis in favorem collatorum, patronorum et electorum fiunt. Attamen non prohibetur quominus episcopus exigat partem fructuum beneficii vacantis in actu collationis, interveniente necessitate, ita ut reservatio daret quoadnsque necessitas perseveret. Causa autem legitima haberetur, si solvenda essent debita contracta nomine ecclesiae.

Conditiones sunt: a) ut congrua portio ad honestam vitæ sustentationem relinquatur clero instituendo in beneficium; b) ut accedat consensus eorum qui in beneficium interesse

habent, quemadmodum essent electores et patroni; c) ut reservatio fructuum fiat in collatione, nullo interveniente pacto vel conventione cum clero cui beneficium confertur. Scilicet reservatio facienda est absolute absque ullo respectu ad personam clerici cui beneficium confertur; seus potest esse periculum simoniae. Santi, Praelectiones Juris Canonici, lib. III, tit. XII, num. 6.

3º Tertius modus quo beneficium vacans patitur diminutionem est per impositionem pensionis.

835. Pensio generatim definitur: Jus percipiendi certam portionem fructuum ex alieno beneficio, auctoritate legitima et justa interveniente eiusa, alieui concessum.

1º Pensio alia dicitur *temporanea*, alia *perpetua*: *temporanea* ea est quae imponitur potius persone beneficii possidenti, quam ipsi beneficio: hinc hujusmodi pensiones non gravant successores in beneficio. *Perpetua* pensio ea est quae beneficio imponitur, ita ut donec vivat pensionarius eidem semper sit solvenda pensio, sive beneficium semper ab uno possideatur, sive alteri conferatur: hinc pensio perpetua datur ad vitam pensionarii.

2º Quæstio proponitur quisnam possit pensiones in beneficiis constituere? Legitima exstante causa, Romanus Pontifex imponere potest pensiones sive temporaneas, sive perpetuas, quia in jure eensem habere plenariam dispositionem de beneficiis ecclesiasticis. Cap. 2, De Præbendis, in 6º.

Si vero sermo sit de aliis ordinariis collatoribus, certum est apud omnes non posse ab iis imponi pensiones perpetuas. Cum pensio perpetua afficiat ipsum beneficium, haberi potest uti diminutio ipsius beneficii, ac proinde pensio perpetua comprehenditur sub prohibitione ut beneficia ecclesiastica cum diminutione conferantur. Si sermo sit de temporanea pensione, communior doctorum sententia tenet quod episcopus et aliis collator ordinarius Papa inferior possunt, in

favorem alterius, ex justa causa, pensionem temporaneam constituere super fructibus beneficii alicuius. Insinuat**ur** hæc dispositio in cap. 21, De Praebendis, in quo reprobatur expensæ solum pensio perpetua, et toleratur temporanea ab Ordinario collata.

3º Si quietatur quibus in beneficiis possint pensiones imponi, respondemus quod jure Tridentino, sess. XXIV, cap. 13, De Ref., ab onere pensionis eximuntur cathedralis ecclesie, id est, episcopatus, quorum redditus summa ducatorum mille, et beneficia curata, quorum redditus anni summam ducatorum centum, secundum verum annum valorem, non excedunt. Acessit decretum Innocentii XII, 11 Nov. 1692 editum, confirmatum deinde in constitutione Benedicti XIII, *Quanta pastoribus animarum*, 15 Sept. 1724, quo prohibitum fuit ne Ordinarii aut alii coliatores ecclesiasticorum parochialium, etiam patronatus laicallis,ullo modo predictis ecclesiis pensiones imponerent, et ne earum resignationes admitterent enim reservatione pensionis, favore ejusdemque, et quovis titulo, etiam alimentorum. Santi, Praelectiones Juris Canonici, lib. III, tit. XII, num. 20.

4º Inter facultates episcopis hujus regionis concessas, in formula extraordinaria T, num. 8, haec sequens legitur: "Assignandi pensiones parochis vel missionariis ex infirmitate resignantibus parochias seu missiones, in quas per decem annos inenbuerunt, solvendas annuatim a successore, non excedentes tertiam partem fructuum, quolibet modo provenientium ex parochiis vel missionibus."

Ad tenorem ipsius indulti, ut parochus vel missionarius valeat hanc pensionem reclamare, oportet 1º ut ex infirmitate resignet; 2º ut per decem annos parochia vel missione inenbuerit; 3º ut pensio annuatim solvenda non excedat tertiam partem fructuum quolibet modo provenientium; 4º requiritur ut parochus vel missionarius non habeat unde vivat. De Luca, Praelectiones Juris Canonici, De Rebus Ecclesiasticis, tit.

XXIII, num. 362. Revera, ex indulgentia Summi Pontificis, haec pensio clero resignanti clargitur; atque non solet Summus Pontifex committere inferiori facultatem dispensandi a legibus juris communis, nisi subsit causa justa dispensandi. Hinc clericus qui abundat bonis, quibus ipsi sufficienter providetur, nequit pensionem obtinere, et praedatus, nisi in casu specialissimi indulti, tenetur ei pensionem denegare.

836. **Beneficium non potest conferri nisi vacet,** ex canone Concilii Lateranensis III: "Nulla ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia vel ecclesie, alieni tribuantur sen promittantur antequam vacent, ne desiderare quis mortem proximi videatur, in eius loem et beneficium se crediderit successorum." Hinc promissio vacaturi beneficii nihil valet, nullamque inducit obligationem, quia hujusmodi promissio sit contra ius, ex capite *Detestanda*, tit. VII, De concessione praebendae, lib. III, in 6^o; atque, ex regula juris 64: "Quae contra ius sunt, delent utique pro infectis haberi."

Haec dispositio non ligat Summum Pontificem, qui dare potest beneficiatis coadjutores ~~aut~~ ^{aut} futura successione. Coadjutoria alia est *temporalis* et *ultra*, *alii perp tuu* et *irrevocabilis*. Prima constituitur *ad e spe et jure succendi*, ita ut, mortuo coadjuto, coadjutor non consequatur ecclesiam aut beneficium; altera datur cum futura successione, et per injusmodi coadjutoriam coadjutor acquirit jus ad beneficium, quod ius, adveniente morte coadjutri, evadit perfectum, ita ut coadjutor non indigeat nova collatione. Haec coadjutoriae conduntur cum clausula *ex nunc pro tunc*, qua sit ut collatio nunc concessa effectum sortiatur quando beneficium sit vacans. Cf. vol. I, De episcopis coadjutoribus, tit. VIII, num. 429. De coadjutoribus parochorum, tit. XII, num. 612 et seq.

837. **Beneficium conferendum est intra tempus utile statutum in iure.** Jure Decretalium, beneficia magiora, v. g. episcopatus, erant electiva; canonici intra trimestre eligebant personam a superiori confirmandam que de ecclesia

cathedrali provideretur; elapso trimestri, electores suum jus amittebant. Pro beneficiis minoribus, collatoribus dabatur semestre ad conferendum; si intra illud tempus utile episcopus beneficium vacans non contulisset, jure deeretalium ejus collatio debebat fieri a capitulo, ex capite *Nulla, De concessione praebenda*, tit. VIII, lib. III. At metropolitani praescriperunt contra jus capituli, ita ut hodie suffraganei suppleantur a propriis archiepiscopis in collatione beneficiorum, sive collatio eisdem competit ex jure proprio, sive ex quovis alio titulo. *Schasticelli, De Clericis*, tit. VI, num. 134.

838. Oportet ut beneficium gratis, pure et absolute conferatur. Si beneficium conferatur interveniente pretio, premio seu mercede, vel aliquo quod fit pretio aestimabile, committitur simonia et collatio est nulla. *Pirhing, De Praebendis*, lib. III, tit. V.

Non potest beneficium conferri sub conditione proprie dicta, que in futurum actum collationem suspendat et conditionalem efficiat, v. g. si quis dicat: confero tibi beneficium, si intra annum saecordus factus fueris. Haec collatio erit nulla, quia collationes beneficiorum numerantur inter actus legitimos qui fieri debent absolute ac simpliciter, ita ut nec conditionem, nec diem recipiant. Nec admittitur collatio sub conditione de praesenti, vel de praeterito omnino extrinseca, v. g. confero tibi beneficium si pater vivit, si solvit tributa Ecclesiae. Ratio est, quia collatio absolutum et determinatum consensum requirit; atqui haec conditio suspendit actum et quamdam incertitudinem annexam habet. Admititur conditio que de jure requiritur, e. g. confero tibi beneficium, si vacet, si sis idoneus; ratio est, quia per talen conditioem, que de jure requiritur, nihil additur vel demitur ipsis actui, sed quod implieite continetur explicatur. Hinc valet collatio beneficii sub conditio, si jam vacet, quamvis conferens jam ignoret illud vacare; modo reipsa vacet sive per mortem, sive quovis alio modo. *Pirhing, loco citato*.

839. In collatione beneficij, oportet servare formalitates induetas a jure communi vel a jure particulari ecclesie. In vol. I, tit. XI, num. 533 et seq., locuti sumus de praevio concursu ut probetur scientia clericorum qui ad beneficia parochialia debent præfici. Praeter has formalitates, quæ de jure communi existunt, ecclesiae quasdam annexas habere possunt a lege fundationis vel a consuetudine legitime prescripta.

Jure particulari, quædam beneficia conferri debent fundatoris consanguineis, vel personis alicujus civitatis. Romæ, per constitutionem *Dum singularem* Leonis X, beneficia in Urbe existentia, exceptis beneficiis ecclesie S. Joannis Lateranensis, non possunt conferri nisi civibus romanis, ita ut collatio aliis facta, sine expressa citatiæ bulle derogatione, sit irrita. Item quædam beneficia etiam simplicia requirunt in obtinente certum gradum litterariorum; in aliquibus aliis beneficiis, institui nequeunt nisi nobiles et illustres.

840. Beneficium conferendum est persone idonee et dignae. Idoneitas personæ secum fert aetatem, ordinem, scientiam et morum gravitatem.

1º *Relate ad aetatem*, ut quis promoveatur ad beneficium episcopale, requiritur annus 30 completus, ex constitutione *Eo quamvis tempore* Benedicti XIV; ad beneficium parochiale, annus 25 inchoatus, ex capite *Licet, De Electione*, in 6º; ad dignitates ecclesie cathedralis quibus subest cura animarum, annus 25 inchoatus; ad ceteras autem dignitates vel personatus quibus animarum cura nulla subest, sufficit annus 22, ex cap. 12, sess. XXIV, Conc. Tridentini. Specialis dispositio est pro canonico pénitentiario, qui debet esse 40 annos natus, ex cap. 8 ejusdem sessionis. Sufficit aetas 14 annorum ut quis valeat adipisci beneficium simplex, quod curam animarum annexam non habet, ex cap. 6, sess. XXIII, Conc. Tridentini.

Collatio beneficij facta personæ non habenti aetatem requiri-

sitam est ipso jure nulla, nisi dispensatio a legitima auctoritate obtenta fuerit; quae auctoritas legitima est Summi Pontificis, qui solus a dispositionibus juris communis dispensare valet.

per primum

2º *Relate ad ordinem*, requiritur status clericalis, cum laici sint incapaces jurium et officiorum saerorum. Si quaeratur quisnam ordo in specie requiratur in ademptione beneficij ecclasiastici, distinguere oportet inter beneficia simplicia et beneficia duplia. Quoad beneficia simplicia, nihil in jure communni statutum reperitur: unde per se sufficit tonsura. Quoad beneficia majora, pro collatione beneficij episcopalis olim requirebatur ordo diaconatus; sed jure Tridentino, sess. XXII, cap. 2, De Ref., sufficit ordo subdiaconatus suseptus sex mensibus ante promotionem ad episcopatum; quoad dignitates inferiores episcopali, quae annexum euram animarum habent, requiritur ordo presbyteratus intra annum suscipiens. In beneficiis curatis, requiritur presbyteratus suscipiens infra annum: unde non solum diacono aut subdiacono, sed etiam minorita, ino simpliei tonsurato conferri potest aliqua parochia, dummodo intra annum tonsuratus, obtentis dispensationibus super *intersittiis*, ad ordinem saecordalem adscribatur.

3º *Prater utatem et ordinem, necessaria est scientia*, illa scilicet quae requiritur ad saerum ministerium beneficio annexum rite obendum. In speie, Patres Tridentini, sess. XXII, cap. 2, mandarunt ut ad episcopatum promoveretur qui in aliqua publica universitate doctor aut licentiatus in sacra theologia merito esset salutatus, aut publico alicujus academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostenderetur. Idem concilium, loqueus de archidiaconis, voluit ut in omnibus ecclesiis ubi fieri poterit, sint magistri in theologia, vel doctores aut licentiati in jure canonico; idem statutum est quoad canonicos penitentiarios, in cap. 18, sess. XXIII. Relate ad

præbendam theologalem, hoc tantum prescribunt Patres in cap. 1, sess. V, scilicet eam esse conferendam personæ idoneæ, quæ per seipsam munus explere possit, ita ut aliter facta provisio sit nulla et invalida. In capite 12, sess. XXIV, Patres hortati sunt episcopos ut in provinciis, ubi id commode fieri possit, dignitates omnes, vel saltem dimidia pars canoniciatum, in cathedralibus ecclesiis conferantur tantum doctoribus ant licentiatis in theologia aut in jure canonico. Quoad parochos, requiritur sufficiens scientia ut valeant prædicare et docere. *Ratificatio Tridentina.*
Sebastianelli, De re benefciali, tit. V, num. 261.

4^a Relate ad morum gravitatem, oportet a) ut promovendus ad beneficium non sit criminosus, id est, non inciderit publice in aliquod crimen quo beneficiatus ipso jure, vel post sententiam condemuatoriaum, beneficio privetur; b) ut non laboret infamia juris vel facti, ex regula juris 87: "Infamibus non patcent portæ dignitatum"; c) ut nulla censura aut irregularitate sit innodatus. Ex Conc. Trid., sess. VII, cap. 3, beneficium ecclesiasticum debet conferri personis dignis et habilibus, et aliter facta collatio aut provisio omnino irritatur.

CAPUT IV

DE JURIBUS ET OBLIGATIONIBUS BENEFICIATORUM

Jura beneficiatorum alia recipiunt officinum ecclesiasticum beneficio auncum, alia fructus percipiendos ex beneficio; haec jura sunt diversa pro diversis beneficiorum speciebus, ita ut alia sint episcoporum, alia canonicorum, alia parochorum. De eorum iuribus sufficienter disseruimus in nostro primo volumine. Cf. tit. VIII, cap. 2; tit. X, cap. 3; tit. XI, cap. III. Ad corum officia quod spectat, in citatis titulis invenire est quae ad eorum præcipua referuntur; remanet ut disseratur de eorum obligatione expendendi superflua in pia opera.

841. Clericus ex eo quod est Ecclesiae mancipatus non privatur jure possidendi bona, quibus constitutur ejus peculum. Lib. III Decretalium, tit. XXV.

Peculum clericorum est quadruplex; primum dicitur *patri-moniale*, et componitur ex illis bonis quae clero obvenerunt ex titulo aliquo civili, ex. gr. successionis, contractus, et industrie non prohibitæ. Secundum peculum dicitur *quasi-patri-moniale seu industriale*, quod componitur ex bonis quae clericus sibi comparavit *non ex intuitu beneficii sui*, sed ex labore speciali in munib[us] ecclesiasticis obcundis, v. g. ex celebratione missarum votivarum, concionibus, administratione sacramentorum, etc. Dicitur *absque intuitu beneficii*, quia sine controversia admittitur haec bona, quæ clericus non beneficiatus sibi comparat ex celebratione missarum, prædicatione et aliis munib[us] sacri ministerii, inter bona industrialia esse adscribenda; sed queritur an iura stolæ, quae parocho obveniunt ex benedictione nuptiarum, administratione sacramentorum, sepulturis fidelium, sint bona industrialia vel ecclesiastica? Ratio dubitandi est, quia *intuitu beneficii* haec bona acquiruntur, ita ut si quis beneficium non haberet, illa non acquireret. Duplex datur sententia apud canonistas, et argumenta utriusque opinionis vidri possunt apud Reiffenstuel, lib. III, tit. XXV.

Tertium peculum dicitur *parsimoniale*, et coalescit ex bonis incœ ecclesiasticis ad congruam sustentationem competentibus, quæ clericus, parcus ac honeste vivendo, sibi subtrahit. Hinc si clericus, considerato statu et conditione sua, pro honesta sustentatione sua posset annuatim impendere 1000 scutata et impendat tantum 50, erunt 500 scutata uti bona parsimonialia.

Quartum peculum dicitur *ecclesiasticum*, et constat illis bonis quæ intuitu alieujus beneficii, v. g. episcopatus, canonicatus, parochiæ, acquiruntur: tales sunt decimæ, fructus agrorum et rerum ad beneficium ipsum pertinentium.

842. Prima questio que proponitur est utrum clericis proprietatem cuiuscumque pecunii habeant?

1º Certum est clericos habere proprietatem, sed dominium bonorum patrimonialium; relate ad hanc bona, clerici aliis civibus aequiparantur, et consequenter sunt rerum suarum domini. Idem dicendum videtur de bonis quasi-patrimonialibus, quae clericus acquirit ratione sui laboris et industriae, et absque intuitu beneficii; sunt enim pura merces laborum.

2º Insuper clerici habent plenum dominium etiam peculii parsimonialis; revera si potuissent ea bona iu proprios usus consumere, eo ipso censentur ea sibi comparasse, ut fructus industriae.

3º Item clerici beneficiati bonorum mere ecclesiasticorum perfectum dominium, perfectamque disponendi facultatem habent quoad illam partem quo eorum honestæ sustentationi competit. Hoc probatur ex Conc. Trid., sess. XXIII, cap. 1, De Ref., ubi de episcopis et aliis clericis non residentibus statuitur eos, pro rata temporis absentiae, fructus suos non facere: ergo si debite resideant, prefatos fructus ecclesiasticos faciunt suos, saltem illos qui honestæ sustentationi necessarii sunt. Ratio conclusiois est, quia illa pars bonorum ecclesiasticorum, ad honestam sustentationem necessaria, est vera et propria merces, justumque stipendium clericis debitum pro officio Ecclesiae prestito, cum, juxta Apostolum, qui altari servit vivere debeat de altari, et qui ad onus eligitur repelli non debeat a mercede.

Unde clerici, non tantum de bonis patrimonialibus et industrialibus, sed etiam de bonis mere ecclesiasticis ad honestam sustentationem necessariis, que parcus vivendo sibi reservant, possunt pro libitum disponere et de illis ditare consanguineos et eis succurrere: De dominio praedictorum bonorum auctores communiter convenient.

4º Si queratur quomodo computanda sit honesta sustentatio clerici, ut determinetur quodnam sit peculium parsi-

mouiale vel ecclesiasticum, dicimus quod regula certa proponi nequit. Congrua sustentatio non est eadem in singulis; ratio habenda est qualitatis beneficii, usus regionis et conditionis personae; quae sufficiunt parocho rurali, nouæque sufficiunt parocho civitatis. Melior regula est piaxis clericorum timoratae conscientiae, qui in eodem dignitatis gradu vivunt. Anctor Prael. S. Sulpieii, vol. II, num. 613.

843. Quæstio que agitatur inter auctores est an clericis beneficiati habeant dominium bonorum superflorum ecclesiasticorum.

1º Veteres canonistæ fere omnes docuerunt horum bonorum verum dominium non esse apud clericos, quia; a) in pluribus locis juris traditur res Ecclesie esse patrimonium Christi et pauperum, et pretia peccatorum; b) clericis dieuntur administratores et procuratores, non vero domini bonorum Ecclesie; c) si clericus, ex redditibus Ecclesie, res proprio vel alieno nomine comparaverit, res huiusmodi censentur non clericis propriæ sed Ecclesie. Ex hæc sententia, sequitur quod clericus beneficiatus, qui expendit bona superflua Ecclesie in causas profanas, tenetur ex justitia ad restitutionem, quia expendit quod suum non est. Santi, Prael. Juris Can., lib. III, tit. XXV.

2º Huius opinioni adversatur communis canonistarum recentiorum sententia, que tenet clericos acquirere dominium fructum sui beneficii, non solum eorum qui sunt sustentationi necessarii, sed etiam superfluorum. Hanc opinionem certam esse demonstrant ex cap. 1 sess. XXIII et ex cap. 12 sess. XXIV Concilii Tridentini, quibus in locis clerici non residentes dieuntur fructus non facere suos; ergo clerici residentes fructus faciunt suos, id est, acquirunt eorum proprietatem.

844. Quaenamvis clericus omnium bonorum suorum proprietatem habeat, non potest libere de eis disponere. 1º Clericus beneficiatus habet liberam dispositionem

bonorum suorum patrimonialium, industrialium et parsimoniae. Quoad bona industrialia et parsimonia, meminerit clericis verborum S. Hieronimi ad Nepotium, quae habent viii consilii: "Obsecro itaque te, et repetens iterum iterumque monebo ne iuera saeculi in Christi militia quaeras; nec plus habeas quam quando clericus esse coepisti; negotiatorem clericum, et ex inope dicitur factum, ex ignobili gloriosum, quasi quādūm pesteū fuge."

2º Quoad bona ecclesiastica superflua, clerici tenentur ea expendere in causas pias, id est, in solamen pauperum vel in alia opera charitatis christiana; re quidem vera, in capite 1 sess. XXV Conc. Trid., De Ref., patres episcopis interdicunt ne ex redditibus Ecclesie consanguineos, familiares sños augere studeant, enim et Apostolorum canones prohibeant res ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint eis ut pauperibus distribuant; immo eos S. Synodus monet ut omnem humanum carnis affectum erga fratres, nepotes et propinquos depouant. Quae de episcopis dienuntur, afficiunt quoseunque alios beneficia tam saecularia quam regularia obtinentes, etiam Cardinales S. R. Ecclesiae.

3º Hæc obligatio expendendi bona superflua ecclesiastica tenet non ex justitia, sed probabiliter ex preecepto ecclesiastico; unde si clerici bona ista ad causas profanas convertant, non peccant quidem contra justitiam, adeoque non tenentur onere restitutionis, sed peccant contra preeceptum Ecclesiae.

4º Hæc bonorum superfluorum erogatio debet fieri, dum adhuc in vivis est, a beneficiato, qui nequit per testamentum de eis disponere; bona ecclesiastica quae, mortuo beneficiato, adhuc supersunt, vocantur *spolia clericorum*. Antiquitus, hæc bona pertinebant ad ecclesiam cui clericus fuerat adscriptus, nunc autem cedunt *Camera Spoliorum*, quæ annexa est S. Congregationi de Prop. Fide.

845. **Hæc obligatio expendendi bona ecclesiastica superflua in pios usus afficit parochos hujus pro-**

Vincere. Nam ex una parte, Concilium Tridentinum utitur verbis generalissimis et prohibet quibuscunque beneficium ecclesiasticum obtinentibus quoniam bona superflua erogent consanguineis ; ex altera parte, parochi nominantur ad beneficia manualia. Bona, quorum superflua in pios usus sunt impendenda, proveniunt ex decimi^o, supplemento, frumentibus agrorum domui parochiali annexorum, censibus aliis qui parochio tribuuntur intuitu beneficii parochialis. Possunt parochi de illis bonis disponere per testamento, ex decreto 10 septimi concilii Quebecensis.

Hæc obligatio non afficit vicarios, qui laborant in agro alieno, nee professores, qui bona non percipiunt intuitu beneficii.

Remanet ut disseratur de modis quibus beneficiatus amittit suum beneficium, scilicet per renuntiationem, translationem, depositionem, et de modis quibus beneficium alteratur aut supprimitur, scilicet per unionem, divisionem et dismembrationem ; confer quæ diximus in primo volumine.

TITULUS VII

DE FUNDATIONIBUS

Bona quæ Ecclesiae obveniunt generatim ad cultum divinum vel ministrorum sustentationem ordinantur; quæ lam vero ad solamen indigentium et miserabilium et ad bonum juventutis sunt destinata; de his erit agendum in praesenti titulo *De Foundationibus*.

846. **Fundatio definitur:** Attributio boni temporalis facta instituto ecclesiastico vel regulari, sub conditione operis spiritualis praestanti, vel in perpetuum, vel ad certum tempus. Prael. Sti Sulpieii, part. III, num. 589.

1º In titulo foundationis, definitur quænam sint et era spiritualia pro quibus fit talis attributio. Quando fundator missas celebrari postulavit, nullo fine speciali indicato, eoneludendum est, ex eo quod plerunque fieri solet, eum voluisse ut sibi applicentur, nisi gravissimæ in eontrarium adsint presumptiones. Ita saepius resolutum fuit a S. C. Coneilii, presertim die 20 Maii 1832.

2º Fundatio fieri potest per donationem inter vivos, vel per testamentum; jamvero ut valeat fundatio pia, non requiritur per se assensus gubernii sæcularis, neque neeesse est ut in testamentis serventur solemnitates juris civilis, sed sufficit ut de pia voluntate constet per argumenta juris naturalis. Cap. *Relatum*, De Testamentis; S. Cong. Coneilii in *Ariminum*, 13 Sept. 1854; in *Hortana*, 19 Feb. 1855. Unde testamentum nullum ob defectum solemnitatum valet quoau pia legata; ratio est, quia Ecclesia est independens a potestate civili in omnibus quae sua jurisdictioni subsunt, quales sunt causæ piæ. Cf. Cone. Trid., sess. XXII, cap. 8, De Ref.

847. Fundatio, ut valeat, plurimum cōsensum requirit.

Requiritur 1^o cōsensus seni acceptatio administratorum Instituti, enī res sub onere donatur; fundatio est ad instar contractus, ad quem profecto utrinque contrahentis cōsensus requiritur. Hoe valet etiam in casu quo fundatio fiat per actus inter vivos; imo fundatio quamprimum acceptanda est, quia revocari potest a fundatore, si obeat, vel mutetur ejus voluntas.

Requiritur 2^o cōsensus episcopi, vel praelati regularis pro fundatione in gratiam cōmunitatis religiosae facta, ne loca ecclesiastica sēcularia vel regularia fundationibus graventur, quibns deinceps satisfacere non possent; praesertim ne insufficiētes sint redditus, juxta iurēm cuiusque cīvitatis vel provincie, ita ut oneribus adjectis postea non respondeant. Confer decretum Urbani VIII, *Nuper a Congregatione*, et Benedictum XIV, De Synodo, lib. XIII, cap. ult., ubi laudatus pontifex meminit a) munus episcopi invigilandi, quanta potest cura, ut in sua diocesi pia legita debite exseccionali mandentur, missie praeceptae celebrentur, eademque juxta piorum fundatorum voluntatem applicentur; b) jus per statutum generale declarandi fundationes nonnisi sub certis conditionibus acceptandas esse, ad quas conditiones sese conformare praesumitur conditor testamenti. Lucidi, De Visitatione SS. Liminum, cap. 7, art. 3.

648. Fundationes debent adiūpliri. Si agatur de fundationibns missarum, 1^o sub gravi et sub onere restitutio- nis, tot missae celebrari debent quot ad rationem attributae eleemosynae fuerint prescriptae ab eo qui eleemosynam tribuit. 2^o Rectores ecclesiarum eleemosynas mannales et quotidianas pro missis celebrantis non recipient, si oneribus antea impositis per varias fundationes non satisficerint, vel intra tempus satis modicum satisfacere non valeant, nisi tribuens eleemosynam pro longiori tempore consentiat. 3^o Rectores

confiant et semper retineant in loco patenti tabellam onerum perpetuorum et temporalium: unde duo constituantur libri, in quorum altero singula onera perpetua, in altero missae mannales referantur una cum nomine et subscriptione eorum qui celebrarunt. 4^o Peccunia, seu bona mobilia ecclesiis tam secularibus quam regularibus data enim onere perpetuo missas celebrandi, ab his ad quos pertinet quamprimum investiantur in bonis immobiliis fructiferis, uti sunt prædia rusticana, sive immobilia urbana. Quod si stabilia bona non reperiantur, vel si civilis magistratus bona data ecclesiis aliter investiri non patitur nisi in emptione censuum publicorum (rentes de l'Etat), ad hoc medium recurrendum est, ne bona pereant. Cf. decretum *Nuper a Congregatione*.

**849. Fundatio cessare potest totaliter vel partia-
liter.**

1^o Cessat *totaliter*, si fundus pereat, aut redditus ad execu-
tionem piorum operum destinati amittantur, nisi ex causa
enipabili amissio juris temporalis eveniat. Non cessat *prescriptione sola*, si in perpetuum facta sit fundatio, licet per
diuturnum tempus neglecta fuerit oneris adimplatio. Jure
naturæ non currit prescriptio contra non valentem agere.
S. Cong. Concilii, 20 Dec. 1879.

2^o *Partialiter* cessat per diminutionem onerum, seu reduc-
tionem, quæ non nisi a Sede Apostolica fieri potest justa de-
causa, quæ causa solet esse decrementum reddituum qui
fuerant pro onerum implemento assignati, vel augmentum
eleemosynæ pro missa. Benedictus XIV, De Synodo, lib.
XIII, num. 12; Cone. Trid., sess. XXV, cap. 4.

Dicitur *nonnisi a Sede Apostolica*, quia Urbanus VIII,
decreto citato *Nuper a Congregatione*, reductionem missa-
rum Sanctæ Sedi reservavit. Nulla igitur episcopis hodie
relieta est facultas missas reducendi, excepto casu quo
testator ipse hanc facultatem tribuisse dignoscatur. Episcopis

remanet potestas *declarativa*, qua *declarare* valent validitatem facti unde oritur fundatio. Benedictus XIV, De Syn., lib. XIII, num. 9.

Imo quando legata pia nullo modo possunt applicari ad usum a testatore intentum, ne excludat sint, episcopi possunt, ex epikeia, interpretari voluntatem testatoris et ea in alium usum applicare, ut tenet S. Alphonsus, lib. III, num. 931, apud Bargilliat, vol. II, num. 1381.

850. Condonatio seu absolutio a præteritis omissionibus Summo Pontifici reservatur. Dicitur condonatio seu absolutio illa relictio que ad præteritum tempus refertur, subindicans omissam sacerorum celebrationem. Fit autem condonatio ex *rationabili causa*, ita ut si quis, ex malitiosa vel irrationali spe absolutionis consequendie, missarum celebrationem omittere præsumpserit, hinc gratia *nullimode suffragetur*. Hinc S. Congregatio Concilii indulget condonationi, si absque legatarii culpa, omissa sint saera, nec ceteroquin supersit tantus redditus ut emissionibus præteritis suppleri valeat. S. Cong. Cone., 27 Apr. 1805, apud Lucidi, lib. III, cap. 7, num. 86.

Causa legitima absolutionis est paupertas, praesertim si de fundatorum consanguineis agitur, quia tunc præsumuntur testatores haud voluisse consanguineos oneribus obstringere quibus impares essent. Lucidi, loco citato, n. 90. Neque ad hoc expectanda est paupertas extrema aut absolute gravis; sed sufficit relative gravis paupertas, qua laborat is cuius bona minime sufficiunt conditioni qua natus est, aut dignitati qua ornatur. In concedenda absolutione, S. Congregatio imponit pro salutari poenitentia certum missarum numerum, Bargilliat, vol. II, num. 1377.

851. Aliquando fundatio, ne ex omni parte corruat, indiget commutatione. Hujusmodi commutatio voluntatis testatoris S. Sedi reservatur; revera hec commu-

tatio fieri nequit nisi vi alti dominii bonorum omnium ecclesiasticorum, quo sola potestas suprema pollere dignoscitur. Commutationes ultimorum voluntatum nonnisi ex justa et necessaria causa fieri debent; Trid., ses. XXII, cap. 6, De Reformatione. Cum enim defunctorum voluntates sancte sint servandae, Summus Pontifex non solet conditionibus in foundatione adjectis derogare, nisi adsint legitimæ cause, presertim si agatur de jure tertii. Cf. Benedictus XIV, De Synodo, lib. XIII; Lncidi, De Visitatione SS. Liminum, cap. 7, qui hanc materiam evolvunt.

Judicis sunt extra tractatum "de rebus" et via in
eis sunt et res et personae et a sua ob suum
instrumentum mercantur specialium tractatum

Cec. habet ius iudicandi: 1. ex eo quod I. C.
in hoc ius dicitur Petrus: "Iudicabis fratres
terram eris fratulus et in celis es"; 2. ex propria
Ecc. principalia;

3. Ex traditione episcoporum DE JUDICIIS 4. "Ex fratre, est societas per via —

Ecclesia Christi, quae est societas perfecta in ordine suo, et quae charitatis non minus quam justitiae norma regitur, habet publicum tribunal quo leges constitutae applicentur controversiis. Ut sarta tectaque sint jura Christi fidelium, tam clericorum quam laicorum, et ut consulatur honori et securitati personarum, Ecclesia habere debet normas certas et rationabiles, quibus controversiae cognoscantur et definitur. Complexus harum regularum quibus judicia inter fideles in foro externo Ecclesiae reguntur, appellari potest *ordo iudicarius*.

Judicium tria
completum: 1. actio
2. processus
3. sententia judicis

852. **Judicium definitur:** " Legitima controversiae quae est inter actorem et reum apud judicem disceptatio et definitio." Cf. Santi, De Judiciis, lib. II, num. 2.

Dicitur 1^o *legitima*, quia cognitio controversiae debet procedere juxta leges; nam judicia fuerunt instituta ne jura individuorum privata auctoritate et arbitrio vindicarentur et protegerentur.

Dicitur 2^o *inter actorem et reum apud judicem*, quia tres personae principaliter constituunt judicium: *actor*, qui invocat protectionem potestatis publicae et petit aliquid; *reus*, a quo quid petitur et qui apud tribunal convenitur; *judex*, apud quem defertur controversia.

853. **Ex data notione, sequitur judicium differre a quaestione, a causa, a lite, ab instantia.**

1^o *Quæstio* est ipsa res vel jus controversum quod nondum in judicium deductum est, sed deduci potest. Hinc alia est *quæstio juris*, alia *quæstio facti*. Est *quæstio facti*, si quærratur de ipsa existentia facti aut de ejus circumstantiis; est

quæ. *in* juris, si quæ. *ur* an, aut quomodo eadat sub lege facti i*n* alij quod.

2^o *Clausa* est ipsa quæstio deducta in judicium.

3^o *Lis* est ipsa controversia vel contentio partium post contestationem judicialem: hinc lis dicitur pendere eorum judice.

4^o *Instantiu* est agitatio controversiae a litis contestatione usque ad sententiam definitivam, seu est jus prosequendi inceptum judicium eorum eodem judice, cuius competens jurisdicio per litis contestationem agnita est a partibus litigantibus. Cf. Santi, lib. II, tit. I.

854. Varie sunt divisiones judicii ecclesiastici ratione finis, materie et forme.

1^o *Ratione finis*, judicium *civile* appellatur, quando auctor, dedueens causam in judicium, non prosequitur vindictam, sed snum aut alterius eommoodum: erit *criminale*, quando principaliter intenditur delictum puniendum, propter ipsius societatis bonum; erit *mixtum*, quando eommodum privatum et vindicta publica simul intenduntur, seu quando auctor simul expostulat et poenam rei et danni reparationem.

2^o *Ratione materie*, judicium est *petitorium* vel *possessorium*, prout litigatur de ipsa rei proprietate, aut de sola ejus possessione adipiscenda, retinenda vel recuperanda. Erit *temporale*, quando versatur circa rem profanam, puta si duo clerici eorum judice ecclesiastico de aliqua re temporali litigant; erit *spirituale*, quando versatur circa materiam spiritualem, vel *ab intrinseco*, ut sacramenta, vel *ab extrinseco* ex spirituali deputatione, ut beneficia.

3^o *Ratione forme*, judicium dicitur *ordinarium* seu *solemne*, in quo servantur omnes solemnitates, sive *substantiales*, sive *accidentales*; dicitur *extraordinarium* seu *summarium*, in quo breviori forma proceditur. Bargilliat, vol. II, num. 1414.

In praesenti Ecclesiae conditione, auctoritas ecclesiastica

fere ubique impeditur quominus explicit suam externam actionem super materias et personas ecclesiasticas, et formam solemnem judiciorum adhibeat: hinc S. Congregatio Episcoporum et Regularium, 11 Junii 1880, dedit modum procedendi oeconomico in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum. Hic modus procedendi summarie servandus est in omnibus curiis episcopalibus in quibus formae solemnes libere et efficaciter usurpari non possunt; unde modus in constitutione 11 Junii 1880 descriptus, attenta praxi hodierna, est *modus ordinarius*, dum modus solemnis evasit *modus extraordinarius* procedendi. Pérès, La Procédure Canonique, pag. 11.

Tota materia distribuitur in tribus partibus: in prima parte, referuntur quadam elementa communia omnibus iudiciis ecclesiasticis; in secunda parte, indicatur tela judiciaria qua proceditur in causis disciplinaribus aut criminalibus; in tertia parte, exponitur modus procedendi in causis civilibus.

De iudicis

Para 1^a infanere

2^a in specie

Tip.
1.-de modis pacificis
liten componeendi
2.-de modis liten com-
porandi coram tribu
eccles.

PARS PRIMA

DE JUDICIIS IN GENERE

Exorta aliqua controversia in societate, partes quarum interest primo videre debent an quæstio possit inter ipsas componi quin recursus ad auctoritatem publicam habeatur; quatenus res litigiosa non valet per amicabilem compositionem dirimi, partes adeunt judicem, officium ejus et aliorum qui sive judicem, sive partes ipsas adjuvant, implorant; non quilibet judex est adeundus, sed qui probatur competens; tandem partes litigantes plura habent argumenta quibus probare nituntur suum jus. Haæ sunt quæstiones generales quas juvat exponere, antequam evolvatur ordo judicialis quo proceditur in multis processibus qui agitari possunt in foro ecclesiastico.

TITULUS I

DE MODIS PACIFICIS LITEM COMPONENDI

Lites quæ in societate excitantur dupli via dirimuntur, nempe privata vel publica auctoritate. Privata auctoritate lites dirimuntur 1º quando partes de quodam negotio contententes inter se amice propria jura conciliant et compensant; 2º quando partes convenient de remittenda controversiae solutione arbitrio viri prudentis, qui pro bono et æquo litem componat. In primo casu, habetur *transactio*; in secundo, *arbitrium*. Publica auctoritate lites dirimuntur per ministrium judicis.

Cuin in societate expediat perpaucas esse lites et breviori ratione definiiri, jus positivum favet pacificis compositionibus. Jus canonicum, memor verborum S. Pauli in epistola 1^a ad Corinthios, cap. 6, vehementer inculcat fidelibus ut a litibus, quo magis fieri potest, se abstineant et ad controversias dirimendas elegant sapientiores inter se quasi arbitros.

Jam vero controversia pacifice componitur per transactionem et per arbitrium, de quibus erit disserendum in sequentibus capitibus.

CAPUT I

DE TRANSACTIONIBUS

*Generaliter / 855. Transactio definitur: Rei dubiae et litis incertae
Conveniens - nec finita conventa et non gratuita decisio.*

*ratio terminans Dicitur 1^o rei dubiae, quia transigi nequit de re certa;
finitum - sicut, unde qui certo sciens rem aliquam sibi non spectare transi-
git, tenetur etiam in foro externo ad onus restitutionis.*

*diles personas. Dicitur 2^o litis incertae et non finitur, quia, lte finita per
sententiam definitivam iudicis, quæ transiit in rem judicatam,
transigi amplius non potest.*

Dicitur 3^o *conventa*, quia transactio ex partium conventione procedit et enumeratur inter contractus innominatos bilaterales quibus a'iquid datur vel remittitur, ut alia pars vicissim aliquid det vel remittat, ad quæstionem finiendam.

Dicitur 4^o *non gratuita decisio*, quia in transactione aliquid debet dari vel promitti ex utraque parte, secus non esset transactio, sed donatio vel cessio. Santi, in tit. XXXVI, De Transactionibus, lib. I.

856. Transactio dividitur in realem et personalem.

Realis illa dicitur quæ afficit rem absolute et transit ad heredes vel successores, dum transactio personalis non egre-

ditur personam transigentis. Hinc si transactio celebretur cum debitis solemnitatibus, id est cum auctoritate superioris, obligat ecclesiani et successores; quod si solemnitates non fuerint servatae, transactio obligare potest transigentem quoadusque ecclesiam possidebit, quia rector ecclesiae potest de juribus sue ecclesiae transigere in sui præjudicium. Ex cap. 8, tit. XXXVI, lib. I Decretalium.

mores 857. **Transigere possunt it omnes et soli qui rerum de quibus agitur plenam et liberam administratio-**
ratio **nem habent.** Ratio est, quia transactio aequivalet alienationi; hinc minores, pupilli sine consensu tutoris vel curatoris transigere nequeunt; nec administratores rerum ecclesiasticarum sine auctoritate superioris. Ad tenorem constitutionis *Ambitiosæ*, quando agitur de rebus pretiosis aut rebus magni valoris, requiritur beneplacitum apostolicum. Cf. vol. I, num. 396.

*glib possum
transigere
qui possum -
contractare*

parte 858. **Relate ad objectum transactionis,** generatim loquendo de omnibus rebus dubiis et litibus incertis transigi potest, exceptis iis quæ ex jure prohibentur.

1º Hinc transactio est nulla, si juri naturali vel positivo divino vulnus inferat; pariter inter privatas personas transigi nequit de eis quæ sunt publici juris, quia pacto privatorum publico juri non derogatur. Unde clericus per transactionem non potest sibi constituere judicem laicum, quia privilegium fori fuit toti collegio ecclesiastico indulximus. Santi, loco citato, num. 8.

2º In specie, prohibetur transactio super matrimonio, si per eam fiat aliquid ad illud dissolvendum. Dicitur *de matrimonio*, quia indissolubile est sive ratum sit, sive ratum et consummatum. Quoad sponsalia, de eis transigi potest, quia sunt contractus qui dissolvuntur mutuo partium consensu. Dicitur *ad illud dissolvendum*, quia, salvo vinculi jure, transigi potest de aliis juribus quæ vinculum sequuntur, puta de cohabitatione, de dote, de patrimonio communis.

3º Item prohibetur transactio super rebus et juribus spiritualibus eum rebus temporalibus, ob periculum simoniae.

4º Quærunt auctores utrum fieri possit transactio circa criminia. Non agitur de effectibus civilibus, id est, de daunis illatis ex ermine. " Nemo enim denegabit, ait Santi, fieri de hisce posse transactionem inter credentem vel ejus familiam et laicum vel, eo deficiente, ejus familiam. Hæc enim quæstio merito æquiparatur reliquis causis civilibus, in quibus transactio prohibita non est. Loquimur de actione ipsa criminali, utrum necesse concessum sit per transactionem aliquid pretio estimabile concedere alieni ut desistat ab actione promovenda. Jus civile concedit id fieri posse, eum agitur de ermine capitali; quia licet euique sanguinem suum quoquomodo redimere, non licet autem in aliis inferioribus criminibus, ne scilicet facile impunita remaneant. Canonistæ dissentient; verum spernenda non est opinio corum qui juri civili adhaerent..... Ecclesia mater benigna est, quæque magis rigida non est potestate civili, nec positive reprobavit lex ecclesiastica dispositionem juris Cæsarum. Restrietio facienda esse videtur quoad materiam in qua urget obligatio denuntiandi delinquentes: transactio secum ferret infractionem legis ecclesiastice."

859. Potissimum effectus transactionis est impone finem liti motae vel movendæ. Quare per cam tolluntur omnes actiones, obligationes, instrumenta et jura in contrarium militantia, quia, ex capite 1, tit. XXXVI, lib. I, novissima paeta tollunt priora. Reversa objectum hujus contraetus est rem dubiam definire modo pacifico, potiusquam juridica contentione; ergo partes recurrentes ad hunc modum controversiam solvendi implieite renuntiant juri prosequendi in posterum via judiciali.

Transactio habet favorem juris, quia lites avertore est maximum bonum; uide judex de ejus valore agens eam confirmare debet. Sed hie favor transactiois non ita debet

intelligi quod in transactione interpretanda fiat extensio de re ad rem, de persona ad personam, nam, ut ait D'Amabile: "Transactio strictissimam interpretationem recipit." Re quidem vera, transactio implicat renunciationem liti, seu facultati probandi jura sua in judicio; atqui praesumitur quisque snis juribus renunciasse quam minime. Lega, De Judiciis Ecclesiasticis, pars I, num 12.

860. **Transactio pluribus modis cessat:**

1^o Per inutuum consensum, quia, ex regula juris 1^a: "Omnis res per qua cuunque causas nascitur, potest dissolvi."

2^o Rescinditur si fuerit dolo aut fraude inita transactio, aut gravi metu extorta.

3^o Rescinditur si appareat fuisse initam ex falsa causa et falsis documentis ab altera parte bona fide propositis.

CAPUT II

DE ARBITRIIS

de arbitriis, specie

Alius modus dirimendi lites privata auctoritate est compromissum per arbitros.

861. Arbitrium definitur: "Conventio qua controversia judicio vel arbitrio boni viri definienda permittitur ex partium consensu."

Hinc compromissum per arbitros differt a transactione: in transactione, partes inter se propria jura litigiosa compensant; dum in compromesso per arbitrum, res tertiae personae demandatur. Sententia arbitralis vocatur *liquidum*. = *judicium*.

862. Arbitr^r stricto sensu sumptus definitur: "Persona idonea, sive ex legis dispositione, sive ex conventione partium electa, ut circa exortam controversiam suum judicium proferat, cui partes stare debent." Santi, tit. XLIII, lib. I.

1º Ex ipsa definitione, patet arbitrum ex legis præscripto vel ex partium conventione eligi: unde arbitri sunt *juris* vel *compromissarii*. Qui ex legis præscripto eliguntur, dicuntur *arbitri juris*; qui ex partium conventione, *arbitri compromissarii*.

2º Plura sunt discrimina inter arbitros *juris* et arbitros *compromissarios*: a) Arbitri *juris* deputantur a publica auctoritate et vocantur *necessarii*, dum *compromissarii* libere a partibus constituuntur et dicuntur *liberi*.

b) Arbitri *juris* habent a potestate publica jurisdictionem qua possunt citare partes, testes examinare et alia facere, modica adhibita coercitione, quæ ad causæ definitionem forte sit necessaria. Arbitri *compromissarii* a *compromittentibus* recipiunt facultatem corum causam cognoscendi, eamque definiendi: quare partes et testes ad comparendum invitant, sed compellere non possunt.

c) A sententia arbitri *juris* potest appellari ad tribunal judicum ordinariorum, quia arbitri *juris* sunt veri *judicis* sed ad aliquam causam constituti. Appellatio autem non conceditur ab arbitris *compromissariis*, sed sententia arbitralis constituit jus irrevocabile.

d) Arbitri *juris* debent procedere servato *juris* ordine, non secus ac alii *judices*; arbitri *compromissarii* servare debent modum procedendi sibi in mandato *compromissi* constitutum. Si vero nullus indicetur modus, præsumitur partes velle ut arbitri procedant *juris* ordine servato, nempe juxta formam *judiciale*m communem. M. Lega, De Judiciis Ecclesiasticis, pars I, num. 19.

863. Quinam possunt in arbitros compromittere?
Distinguendum est inter arbitros *juris* et arbitros *compromissarios*.

1º Arbitri *juris* deputantur a *judice* in quibusdam casibus a jure determinatis, quorum potiores sunt a) quando in *judicem* movetur exceptio *suspicionis*, b) quando *quæstio* oritur

*v.g. si est auctorinus *judicis*.*

inter episcopum et clericum, ne episcopus sit judex in causa propria.

2º Omnes et illi soli qui habent libertam rerum suarum administrationem, et consequenter valent transigere et alienare, possunt sibi constituere arbitros compromissarios.

3º Prohibetur aliquando compromissum ob gravitatem rei. Potiores causae sunt causae matrimoniales, in quibus agitur de valore conjugii, causae beneficiales, ne sinc canonica institutione via aperiatur ad beneficia.

864. **Quinam possunt assumi ut arbitri?** Respondimus omnes qui idonei sunt ad negotium aestimandum et ad causam cognoscendam, eligi posse ad officium arbitri, nisi expresse a lege vel a canone prohibeantur.

Plures a jure repelluntur, v. g. minores, excommunicati vitandi, mulieres, nisi sint personae egregiae in potestate constitutae, ex capite 4, tit. XLIII, lib. I, religiosi sine assensu superioris.

Laicus, regulariter, in causis spiritualibus assumi nequit. Dicimus regulariter, quia si agatur de arbitris iuris qui jurisdictionem habent, laici in illis causis arbitri esse non possunt, quia sunt incapaces jurisdictionis ecclesiastice; si vero agatur de arbitris compromissariis, qui nullam exercent jurisdictionem, non prohibetur a jure quominus sint arbitri, quando ipsis clericus adjungitur quasi assessor vel consultor. In causis mere temporalibus, veluti in causis circa bona clericorum, eligi possunt laici, etiam nullo adjuncto clero, quia presumuntur in hujusmodi causis periores esse ipsis clericis. Schmalzgrueber, in tit. XLIII, lib. I, num. 13, 14.

865. **Potest compromitti in unum, duos aut plures arbitros.**

1º Si in plures compromissum sit, standum est sententiæ in quam major illorum pars convenerit, ex capite 1, De Arbitris, in 6º; nisi compromissum sit ea lege ut omnes concordare debeant.

2º Si unus ex arbitris constitutis invitatus ad sententiam proferendam, nullo obstante legitimo impedimento, nolit adesse, valet aliorum arbitrorum sententia, nisi expresse in compromesso cautum sit omnes interesse debere ad arbitrii validitatem.

3º Quod si nec omnes, nec major pars conveniat, quæstio non est definita, sed arbitrii functi sunt munere suo et eorum cessat officium. Si vero questio esset de summa pecuniae, e. g. 50 nummorum, et unus ex tribus arbitris judicium ferret pro integris 50, alter pro 25, tertius pro 20, valeret arbitrii, et sustineretur sententia tertii: nam omnes certe conveniunt solvendos esse nummos 20.

866. **Arbitri tantum possunt quantum ipsis demandatur.**

1º Arbitris juris eerta demandatur causa simul enim potestate ad illam dirimendam: hinc jurisdictionem habent circa causam principalem et causas principali adnexas.

2º Arbitris compromissariis tanta inest potestas quanta in compromesso exprimitur; quare illam causam tantum videre possunt in mandato expressam, non eeteras nisi necessario et intrinsecce connexas. Lega, loco citato, num. 27,

3º Quærunt anctores quenam species jurisdictionis demandetur arbitris. Arbitri compromissarii certe pollent anctoritate privata ex conventione partium repetenda, que dici nequit jurisdictione sive ordinaria, sive delegata; arbitri juris, enim ex eerta juris dispositione deputentur pro easu speciali, non ordinaria sed delegata pollent jurisdictione. Reiffenstuel, in tit. XLIII, lib. I Decretalium, num. 18.

867. **Arbitri habent plura officia:**

1º Debent procedere secundum tenorem sui mandati. Unde nequeunt de una ad aliam eamsam transire; possunt arbitri deeernere de iis quæ necessario et intrinsecce connectuntur eum causa principali.

2º Officium semel suscepsum, etsi libere suscepsum si

agatur de arbitris et compromissariis, ad suum finem per sententiam perdueere debent arbitri; quod si temere recsent, judiciali auctoritate eomelli possunt. Neque alteri officium sumit eommittere possunt, nisi hanc potestatem a partibus aecperint.

3^o Sententiam debent prouinciare intra tempus de quo conuentum est. Si tempus in eompromesso definitum non sit, eam proferant quo ceterius fieri potest, et ad hoc, una parte cogente, a judice cogi possunt. Item arbitri procedere debent die non feriato, et in loco de quo actum est in eompromesso. Si loeus determinatus non fuerit, presumitur is loeus electus in quo compromissum initium fuit. Tandem sententia in scriptis proferatur et publicetur, praesentibus partibus.

4^o Arbitre sive necessarius, sive voluntarius, prouiniciatio arbitrio, functus est officio suo: hinc sententiam neque exequi ipse potest, neque mutare, neque corriger; ejus exsecutio aut correctio (quando haec fieri potest) relinquenda est judici ordinario, nimirum illi qui aliunde competens fuisset in negotium eompromissi. M. Lega, loco citato, num, 29.

868. De effectibus arbitrii. 1^o Sententia arbitrorum juris equiparatur sententiae a judice ordinario prolatae; unde partes ab ea appellare possunt. E contra, a sententia arbitrorum compromissariorum non appellatur: "A judieibus quos communis eonsensus elegerit non liecat provoeare," ex capite 38, Caus. II, Q. VI, in Deereto Gratiani.

2^o In majorem firmatatem eompromissi, compromitti potest eum appositione pœnae. Si in arbitros eompromittatur eum appositione pœnae, obligatio intelligitur *disjunctive*, seilicet standi laudo, vel, spreto laudo, luendie pœnae; nisi eommittentes contrarium exprimant, seilicet ut firma remaneat sententia arbitralis etiam post pœnae lutionem.

Quando *simpliciter* compromittitur, id est, absque appositione pœnae, compromittentes *regulariter* obligantur stare

sententiae arbitrali, sive æqua, sive minus æqua sit. Dicitur *regulariter*, quia adsunt causæ eximentes a laudis obligatione. Partes habent deeeem dies ad deliberandum an stare debeant sententiae arbitrorum juris; elapsis deeeem diebus, partes, si laudum explicite aut tacite non rejiciant, præsumuntur illud recipere. Laudum receptum dicitur *homologatum*. Quod si una pars nolit exsequi laudum, ab altera cogi potest, invocato brachio saeculari.

869. Dantur plura remedia contra injustum laudum. 1^o Si sermo sit de arbitris necessariis, qui arbitrii juris dienuntur, parti læsa præsto est remedium appellationis; si sermo sit de laudo edito ab arbitris eompromissariis, distinguendum est utrum fuerit homologatum vel non. Si non fuerit homologatum et contineat evidentem iniquitatem, pars læsa poterit implorare officium judicis ut injustum laudum arbitrio boni viri corrigatur et ad aequitatem reducatur; porro judex erit ille qui debuisset videre de causa, si partes non eompromisissent in arbitros.

Quod si laudum fuerit homologatum, tunc nee appellatio eompetit, nee reductio facienda arbitrio boni viri; sed si iniqüitas laudi notoria et manifesta sit, parti læsa datur exceptio ex capite falsitatis, fraudis, dolii. Santi, in tit. XLIII.

Ad legendum. **870. Potestas arbitrorum cessat pluribus modis:**

1^o Pronunciatione laudi in causa principali ipsis eomissa, ita ut nequeant arbitrii iterum causam videre, et corrigerem propriam sententiam; diximus in causa principali, quia in sententia interlocutoria, possunt arbitrii sententiam mutare et corrigerem.

2^o Mutuo consensu compromittentium.

3^o Morte arbitri vel unius ex pluribus arbitris, nisi adjecta fuerit clausula in compromisso ut si non omnes possint, saltem aliqui negotium videant.

4^o Morte alterutrius ex compromittentibus. Compromissum in genere non obligat hæredes; censetur factum a com-

promittentibus ob amicitiam, vel saltem fiduciam quam
habent erga personas arbitrorum. Potest etiam haeredes obli-
gare, si id expresse eaverint compromittentes; quo in easu,
non exipiat compromissum per mortem alterutrius compromittentis.

5º Expirat lapsu temporis praesiniti in compromisso.

6º Reensatione suspecti arbitri ob inimicitiam vel ob aliam
justam causam, v. g. si: ob ingravescentem morbum arbiter,
vel incapax omnino efficiatur ad iudicium proferendum, vel
dii differre debeat pronuntiationem iudicii, cum prejudicio
alterutrius compromittentium. Cf. Santi, loco citato, et Lega,
Praelectiones, pars I, num. 34.

TITULUS II

DE PERSONIS AD JUDICIUM CONCURRENTIBUS

Personae quæ concurrunt in judicio, aliæ sunt principales, quæ necessario intervenire debent, ut judex, actor et reus; aliæ sunt secundariæ, quæ scilicet interveniunt ad adjuvandum judicem, actorem aut reum.

Judex est persona auctoritate publica Constituta ad controversias juxta legem cognoscendas et definitandas.

CAPUT I

DE JUDICE

def. Species

*de Pontibus
authenticis
juris - v.c.*

871. Judex definitur: Persona quæ jurisdictioni praest, ac populo, juxta legis præscriptum locique consuetudinem, jus dicit. Ex cap. *Forus*, 10, *Dc Verborum Significatione*.

Hinc judex differt 1º a judice ecclesiastico in foro mere *interno seu penitentiali*; 2º a judice laico, qui gaudet jurisdictione mere *seculari* ad causas temporales; 3º ab *arbitris*, præsertim *compromissariis*, qui, a partibus constituti, potestate privata potiuntur.

872. Judices ecclesiastici in varias species distinguuntur:

1º Ratione originis, judices sunt *ex jure divino*, vel *ex jure ecclesiastico*. Supremus judex in Ecclesia ab ipso Christo institutus est Romanus Pontifex; ideoque ad Papam pertinet omnes et omnia in Ecclesia potestate ordinaria judicare; ad eum appellari potest ex toto orbe, sed a sententiis ejus nequit appellari, siquidem judicium ejus omnes causas definit et terminat.

Item episcopi jure divino sunt judices; quatenus consi-

derantur collegialiter cum Pontifice Supremo, constituant Ecclesiam, cui dictum est: "Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in celo; et quæcumque solveritis super terram, erunt soluta et in celo." Matth. cap. XVIII, v. 18. Queritur inter auctores an episcopus auctoritatem, qua utitur ad regendam suam diocesim, habeat immediate a Christo vel a Summo Pontifice; quæstio adhuc agitatur, ut videri potest apud Cavagnis, *Institutiones Juris Publici*, lib. II, pag. 454.

Alii judices inferiores, citra controversiam, sunt juris ecclesiastici.

2º Ratione tituli, judices distinguuntur in *ordinarios* et *delegatos*. *Ordinarii* dicuntur ii omnes qui potestatem judicandi habent muneri suo annexam; *delegati*, qui eam accipiunt a lege, vel ex speciali mandato principis aut alterius ordinarii facultatem delegandi habentis. Cf. vol. I, tit. II, num. 147.

3º Ratione numeri, vel unus tantum constituitur *judex* ad causam cognoscendam, vel sunt plures; si plures instituantur, modo agere possunt *in solidum*, modo *collegialiter*.

4º Ratione appellationis, *judex* dieitur *a quo*, a cuius sententia appellatur; dicitur *ad quem*, id est, ad cuius tribunal appellatur.

873. Judex, ut valide judicet, ad plura debet attendere:

1º Oportet ut *judex* sit competens, id est, materia judicij ejus jurisdictioni subdatur, juxta eaput *Ea quæ*, 26, De Regulis Juris, in 6º, ubi dicitur: "Ea quæ fiunt a *judice*, si ad ejus non spectant officium, viribus non subsistunt." Hinc nec *judex ecclesiasticus* causam mere politican et civilem, nee *judex sacerdotalis* causam ecclesiasticam cognoscere et judicare potest.

Papa, jure divino, est competens pro omnibus causis in universo orbe. Alii judices ecclesiastici Papa inferiores sunt tantum competentes in territorio suæ jurisdictionis, non in

*Sacerdotalis -
judicis -*

omnibus causis, quia quædam Summo Pontifici reservantur, vel tanquam majores, vel alia ratione. Item quædam causæ episcopo reservantur, in quibus vicarius generalis ex officio suo non est competens: hinc judices qui in hujusmodi causis, pro quibus competentia earent, judicent, injuste et invalide pronuntiant.

2º Nemo potest esse judex in causa cuius fuit advocatus, ex cap. *Nullus unquam*, 1, Causa 4, Quæst. 4, "quia præsumi nequit pronuntiatur aut suasurus contra ea quæ tanquam justa olin habuit." Sehmalzgrueber, *De Judiciis*, n. 17. Hæc regula videtur esse juris naturalis, unde nequit violari. Item valide pronuntiare nequit judex, qui sibi eam causam, tanquam actor vel reus, habet. Ratio est, quia merito præsumitur judicem in causa suæ cognitioni commissa ita judicetur esse, sicut ab aliis judicari vellet in causa sua consimili; et quod tanquam pars litigans æquum et justum existimat in sua, id æquum et justum judicabit in aliena causa, ne sibi contradicere videatur. Bouix, *De Judiciis*, vol. II, pag. 125.

Judicis

3º Nemo regulariter potest esse judex in causa propria; in hoc easu, multo major est suspicio affectionis erga causam, et inde majus periculum injustæ sententiæ. Attamen huic regulæ quædam exceptiones apponuntur:

a) Judex supremus superiorem non habens, uti est Papa, vel Rex, in causa propria judex esse potest, ex cap. *Cum venissent*, 12, *De Judiciis*, ubi cognitio quæstionis circa privilegia Sedis Apostolice judicibus Summo Pontifici inferioribus denegatur.

Hoc videtur exigere plenitudo potestatis, ob quam cogi non potest princeps supremus ut alterius judicio se subjiciat. Attamen conformius est juri naturali quod judices supremi controversias inter se et subditos decidendas committant arbitris, vel judices ordinarios aut delegatos constituant, qui

jus inter ipsos et subditos dicant. Maupied, *Jus Canonicum*, vol. II, pag. 723.

b) Episcopus, vel alius similis praelatus, potest judicare in causa suæ ecclesiæ. Attamen distinguendum est an causa directe et principaliter spectet ad ipsam ecclesiam et dignitatem episcopalem, vel an ad personam ipsius episcopi aut similis praelati. In primo casu, potest episcopus esse judex; notant tamen doctores eum posse, in hoc casu, recusari a partibus tanquam suspectum, ob singularem affectum erga suam ecclesiam. In secundo casu, praelatus non potest esse judex, quia ad judicii substantiam requiruntur tres personæ: judex, actor et reus; atqui casu quo prælatus de causa controversa inter se et subditum suum cognosceret, præter ipsum et litigantein subditum nemo interveniret.

c) Si in dubium vocetur judicis competentia circa causam ad iuris tribunal delatam, judex ipse poterit pronuntiare an ad eam causam sese extendat sua jurisdicatio, juxta legem romanam: "Prætoris est aestimare an sua sit jurisdicatio."

Ratio est, quia hujusmodi causa, licet propriae similis sit, revera tamen non est propria, cum competentia onus potius quam utilitatem judici conferat. Atvero judex nequit judicare de sua competentia, 1º quando objicitur defectus afficiens personam, v. g. quod sit excommunicatus, infamis, jurisdictionis incapax; 2º quando recusatur ut suspectus, nisi exceptio suspicionis sit frivola; 3º si judex ex causæ cognitione notabile emolumenntum sit percepturus.

Judex, aliunde competens, non potest judicare quando recusatur tanquam suspectus, nisi suspicio sit frivola; ad ipsum vero pertinet judicare utrum frivola sit incerte. Schmalzgrueber, *De Judiciis*, num. 19.

'874. Ut habeat judicet, **judex plura debet servare.**

1. Oportet ut habeat scientiam requisitam. Hinc judex, carens debita scientia et ex ignorantia culpabili judicans, peccat mortaliter et tenetur ad restitutionem totius damni

parti læse illati. Lugo, Theol. Moralis, tom. II, disp. 37, num. 1. *Judex agnosceus errorem suum, quamvis sine gravi culpa commissum in præjudicium litigantis, tenetur, si potest citra propriam infamiam, dænum impedit, monendo v. g. occulte partem læsan ut appellatione vel alio simili remedio sibi consulat.* Lugo, loco citato.

Index carens necessaria scientia ad suum officium rite obeundum non potest absolvī, quin renuntiet officio, vel firme proponat renuntiare; *ratio* est, quia nemo potest retinere officium cuius munia obie non potest nisi cum damno vel periculo dñm proximi.

In primo volumine, num. 149, exposuimus quid statuerit Sancta Sedes circa scientiam delegati apostolici.

^{arv plus} *2º Judex* debet quamprimum causas definire; Conc. Trid., sess. XXIV, cap. 20. Hinc *judex* peccat graviter differendo notabiliter sinc causa expeditionem causarum, et tenetur reparare dñm parti læse illatum. In Conc. Trid., loco citato, *judici* datur biennium a die motæ litis ad controversiam solvendam; eo temporis spatio elapso, liberum est partibus judices superiores adire, alias tamen competentes, qui causam, in eo statu quo fuerit, assumant et quamprimum terminari curent.

3º Judex non debet munera accipere a partibus litigantibus. Hoc prohibetur, *a) jure divino*, ex Deuter., 16, 19: "Non accipies personam, nec munera; quia munera excæcant oculos sapientum et mutant verba justorum"; *b) jure ecclesiastico*, ex cap. *Qui recte*, 66, Causa 41, Quæst. 3: "Qui recte judicat et præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia justitiam quam gratis imperari debuit, acceptance pecuniae vendit."

Certum est judicem teneri ad restitutionem, *a)* si munera *ex pacto* acceperit ad ferendam sententiam justam, seu ad præstandum id quod debebat ex justitia; *b)* si vi, minis vel

injusta vexatione ea extorserit ; c) si ea aceeperit ad ferendam sententiam injustam, et erimen nondum compleatum sit.

Probabile est eum non teneri ad restitutionem, quamvis illieite egerit, a) si munera fuerint sponte oblata, et ipse protestatus sit se nihilominus judicaturum esse secundum justitiam ; b) si paetum de injusta ferenda sententia iam compleverit, et ad restitutionem condemnatus non fuerit.

Mare, Theol. Moralis, vol. II, num. 2302, quæs. 3.

Bis -
reum
et alibi
4º Judex debet judicare juxta probabiliorem sententia relieta minus probabili. Attamen distinguendum est in causam criminalem et civilem.

a) In causis criminalibus, *et in matrimonialibus*, *et in rebus* *ad eum* debet favere reo, donec istius crimen certo probetur, juxta axioma : " Nemo præsumitur malus nisi probetur." Hinc reus semper absolvendus est tum a juratis, tum a judice, si ad ejus defensionem affrantur rationes probabiles, præsertim cum agitur de poena capitali ; item absolvendus est, quamvis nihil dixerit pro sua defensione, si contra ipsum nihil probetur.

b) In causis civilibus, judex debet favere certo possessori, usquedum probetur possessorem injuste rem detinere. Hoe quidem certum est quotiescumque rationes sunt æquales, sicut constat ex regula 65 juris, in 6º : " In pari delicto vel causa, potior est conditio possidei." Eamdem regulam admittendam esse affirmat S. Alphonsus, etiamsi militent contra possessorem bona fidei rationes probabiliores, aut unice probabiles ; re quidem vera, titulus legitime possessionis tribuit jus certum, quod non destruitur nisi per aliud jus certum et probatum, id est, per rationes con vineentes.

Quando de ipsa possessione dubitetur, v. g. si lis sit de re a uemine possessa, aut si possessore sit dubiae fidei, tuue afferenti validiores rationes certe favendum est, prout habetur ex propositione 2ª damnata ab Innocentio XI : " Probabiliter existimo judicem posse judicare juxta opinionem minus probabilem." Merito proscripta fuit illa propositio, quia judex

tenetur unicuique suum jus tribuere; atqui majus utique jus habet illa pars quae rationes affert probabiliores. Si rationes sint aequales ex utraque parte, res a judice dividenda est inter partes, quatenus est divisibilis; si non sit divisibilis, tribuenda est uni parti, facta compensatione in favorem alterius. Marc, Thcol. Moralis, vol. II, num. 2300, 2301.

5º Judex debet, regulariter loquendo, in forcida sententia, pronuntiare secundum allegata et probata, et ex notitia iuridice acquisita. Ratio est, quia judex gerit personam publicam et legalem.

Omnes conscientiū judicem non posse condemnare reum qui juxta allegata et probata demonstratur innocens, licet ex privata et certa scientia cognoscat eum esse reum. Jura enim favent reo; et aliunde judex non pronuntiat reum esse inuocentein, sed tantum *nocentem non probari*.

Utrum vero judex condeninare possit eum qui, juxta allegata et probata, pro nocente habendus est, quando ex privata sua scientia certo cognoscit eum esse innocentem, auctores in triplices abierunt sententias:

a) Alii affirmant cum S. Thoma, qui, 2. 2., q. 64, art. 6, ad 3, sic sententiam suam exponit: "Judex, si scit aliquem innocentem esse qui falsi testibus convincitur, debet diligenter examinare testes, ut inveniat occasionem liberandi innocentium, sicut Daniel fecit. Si autem hoc non potest, debet eum superiori relinquere puniendum. Si autem nec hoc potest, non peccat secundum allegata et probata sententiam ferens, quia ipse non occidit innocentem, sed illi qui eum asserunt nocentem."

b) Alii autem negant, quia de jure divino nunquam licet innocentem occidere. Aliunde pronuntiare contra propriam conscientiam est mentiri; mendacium vero est quid intrinsece malum et nunquam licitum.

c) Alii tandem distinguunt hoc modo: Potest et debet judex contra propriam scientiam, secundum allegata et pro-

bata, pronuntiare in causis *civilibus* et *criminalibus minoribus*, non autem in *criminalibus maioribus*, in quibus agitur de poena mortis et mutilationis.

Revera, in primo casu, Ecclesia, sicut et Respublica, si de judicio saeculari agatur, potest, ob bonum publicum, ne scilicet judiciorum forma cum populi scandalo evertatur, disponere ut privati detrimentum subeant quando condemnantur juxta allegata et probata; societas in hoc casu habet *allum dominium* in hujusmodi bona.

Atvero, si agatur de pronuntianda mortis aut mutilationis poena, non valet predicta ratio, quia auctoritas sive saecularis, sive ecclesiastica, non habet predictum dominium in vitam et membra subditorum innocentium.

Ceterum, cum judex ecclesiasticus nunquam proferat sententiam in causa sanguinis, patet eum posse semper, juxta primam sententiam, pronuntiare juxta allegata et probata. Cf. Bargilliat, vol. II, num. 1432; Maupied, vol. II, pag. 732.

De officio et potestate judicis delegati locuti sumus in primo vol., tit. II, num. 151; tit. VI, num. 323. /

875. In processibus qui apud curias episcopales ventrantur, solet episcopus, gravioribus negotiis implicatus, constituere vicarium generalem, qui sedeat ut judex et controversias sua prudentia dirimat. Ex capite *Licet*, De Officio Vicarii, in 6^o, vicarius generalis, absque speciali mandato, nequit causas criminales cognoscere, nec consequenter aliquem ab ordine, officio aut beneficio deponere; si vero speciale habeat mandatum, videndum est an in causis dirimendis procedat *qua judex ordinarius, aut delegatus*. Vol. I, tit. X, num. 466.

Imprimis vicarius generalis *in scriptis* constitui et depurari debet, ut se legitimet in casu quo a partibus ejus auctoritas, super aliquo speciali de jure episcopo reservato, negaretur aut alias in dubium revocaretur. "Periculosa est, ait Monacelli, apud Bouix, vol. I, pag. 412, doctrina Ventri-

gliae, qui conatur probare quod si auctoritas vicarii negetur, aut de ea opponatur, postquam vicarius ea usus est, debeat praesumti illam habuisse ad sustinendum actum, maxime si, praesente episcopo, explevisset ea quae requirunt specialem facultatem. Quia cum specialia, episcopo a jure reservata, non censcantur neque praesumantur concessa, nisi in mandato et constitutione vicarii exprimantur, praesumptio stat pro nullitate actus, nisi probetur commissio; quam probare tenetur ipse vicarius... Tunc ergo via est quod vicarius, in principio sui officii, coram capitulo cathedralis per cancellarium litteras sue deputationis publicare faciat, et deinde pccnes acta Cancelleriae per extensem registrari curet."

CAPUT II

DE ACTORE ET REO

Actor est persona quae convenit aliam in judicio; reus est persona quae convenitur.

876. Omnes possunt in judicio sustinere partes actoris vel rei, nisi lege prohibentur.

Juxta leges romanis, a judicio arcebantur servi, ob defectum personalitatis civilis; pupilli, minores et mulieres absque tutoris vel curatoris auctoritate, ob consilii infirmitatem; filii familias, ob defectum administrationis bonorum.

Jus canonicum has dispositiones usurpavit, nonnullis mutatis: sic clericus, si sit major 14 annorum, in causis beneficibus vel aliis spiritualibus, absque consensu curatoris, potest, vel per se, vel per procuratorem, in judicio agere, ex cap. 3, tit. I, lib. II, in 6^o. Idem dicatur de laicis fidelibus in causis matrimonialibus vel jurispatronatus, ex cap. 13 et 14, de Restitutione Spoliatorum.

Jus canonicum plures arcet a judicio, vel ob censuras, vel ob defectum voluntatis que per professionem religiosam amittitur, vel ob jus coaretatum in administratione rerum ecclesiasticarum. Bouix, De Judiciis, vol I, pag. 171.

877. Partes actoris sustinere non possunt qui ex communicatione majori innodantur. Hodie per constitutionem *Ad evitanda*, excomunieati vitandi *ipso jure* repelluntur a judicio, dum excomunicati tolerati non excluduntur *ipso jure*, sed ope exceptionis; ambo autem possunt sustinere partes rei, quia securus commodum de propria malitia referrent. Excomunieatus toleratus, si conveniatur, poterit personaliter comparere; excomunieatus vitandus, cui negatur civilis communieatio, tenetur proenratorum constituere qui ejus nomine respondeat.

Admittuntur vero excomunieati ut in judicio sustineant partes actoris, *a)* quando volunt ostendere sententiam excommunicationis esse nullam ob neglectam formam a jure statutam; *b)* si velint probare eam esse injustam. Sed hoc in casu, quia sententia lata est in forma juridiea, et proinde presumitur valida quoadusque injusta non appareat, absolvuntur *ad cautelam* a vineulo censure, et deinde admittuntur ad judicium; *c)* si in judicio damnati velint appellare ad tribunal superius. Ratio est, quia appellatio est species defensionis; atqui reus non est privandus eopia defensionis; *d)* tandem quando datur periculum in mora, id est, nisi actio contra reum instituatur, timeri potest ne jus ipsum amittatur: v. g. si reus bonis cedat vel fugani arripiat, hoc in easu, excomunieati possunt in judicio agere. Santi, Praelectiones, lib. II, tit. 1, num. 17.

878. Ob defectum voluntatis, religiosi arcentur a judicio, nisi adsit licentia proprii superioris. Ratio est, quia religiosus caret bonis et voluntate, quibus per professionem renunciavit, ita ut quidquid acquirit, non sibi sed monasterio acquirat. Hinc cum monasterium complectatur et

tucatur jura monachorum, sequitur religiosos, in causis cibilibus, non posse convenire vel conveniri, sed eorum loco monasterium agere partes actoris vel rei.

Non idem dicendum est in causa criminali; nam in hac specie convenientius est religiosus, non monasterium.

Dantur casus in quibus, absque licentia superioris explicite concessa, licet religioso stare in judicio: *a)* Si superior monasterii deliquerit, poterunt religiosi illum accusare et sustinere quaestioneum etiam cum expensis monasterii. *b)* Si religiosus persentiat se injuste gravari ex dispositione superioris, qua v. g. expellitur a monasterio, vel cogitur egredi ab eodem, vel aliquo iure spirituali sibi competenti privatur, poterit absque superioris licentia in judicio agere. *c)* Non indiget superioris licentia religiosus qui administrat aliquod beneficium ecclesiasticum; revera religiosus qui de mandato superioris beneficium administrat, implicite potest ejus jura tueri coram judge, nam officium administrandi habet annexam facultatem custodiendi et defendendi jura annexa administrationi. *d)* Potest religiosus nomine monasterii agere, quoties, absente vel impedito superiore, urget necessitas sistendi in judicio, et datur periculum in mora. Santi, loco citato.

879. Ob jus coarctatum in administratione bonorum, notandum est: 1º Prælatus nomine proprio jura sui beneficii tuetur, et absque consensu capitulo partes actoris vel rei in judicio exercet. Quod si in judicio male versatus fuerit et amiserit bona sui beneficii, conventus seu capitulum, etiam sine licentia prælati, in judicio petere poterit ut bona vel jura restituantur. Caput *Si quis presbyter*, De rebus Eccl. non alienandis, III Decretalium.

2º Quando bona et jura sunt communia inter prælatum et monasterium, prælatus in causis minoribus, non autem in causis majoribus, in judicio adesse poterit sine consensu sui capitulo.

3º Capitulum vero, relate ad bona et jura communia, in judicio nunquam agere valebit, absque licentia praelati.

4º Si de bonis capitulo propriis sermo sit, eorum administratio capitulo adscribitur exclusive, et, nisi in gravioribus negotiis, licet ei stare in judicio sine praelati licentia.

880. Quæritur an ad judicium accedere teneantur reus et actor.

Rens utique tenetur; et si comparere recusat, judex potest in eum sententiam proferre. Quoad actorem, non tenetur ex principio generali: "Cuique licet jus suum deserere vel non prosequi." Excipiuntur illi qui ex officio tenentur bona aliorum tueri, prout sunt tutores, procuratores et administratores.

Partes non tenentur *personaliter* comparere, cum iure ecclesiastico eis liceat constitutere procuratorem; attamen debent *personaliter* comparere in sequentibus casibus: 1º si causa agitur coram delegato Summi Pontificis, et in delegatione cautum sit ut ipsi litigantes compareant; 2º in causa criminali, reus debet comparere, quia, constituto sibi procuratore, hic procurator in casu condemnationis non posset luere poenam, et reus damnatus, ex sua parte, poenam declinaret fugiendo; 3º si necesse sit ut qualitas litigantium maturius examinetur, v. g. *integritas intelligentiae*.

*Officia rei
et actoris*

CAPUT III

DE PERSONIS QUAE MINUS PRINCIPALITER JUDICIO INTERSUNT

In judicio interveniunt plures personae quae adjuvant judicem vel partes litigantes. Aliæ judicem adjuvant in quæstionibus juris et facti enodandis, ut *auditores* et *assessores*; aliæ adjuvant partes, ut *procuratores* et *advocati*; aliæ tum judici, tum partibus auxilium præstant in actis judicialibus conscriben-

dis, ut *cancellarii* et *notarii*; aliae tandem deferunt citationes et sententiam exsequuntur, uti sunt *apparitores* et *executores*. De illis agendum erit.

881. Auditor est hic officialis cui demandatur cognitio totius cause vel aliquous articuli.⁴¹ Auditor est judex delegatus cui committitur jurisdictio, qua partes ad audienciam citare, testes et probationes admittere valet. Non potest sententiam proferre, nisi decisio cause fuerit ei specialiter delegata a judice principaliori.

1^o Auditor adhibetur praesertim in causis criminalibus, ad praeviam inquisitionem delicti: hinc solet vocari *Judex Instructor*, prout innuit Instructio 11 Junii 1880, art. 12 et 29:

"Processus confectio committi potest alicui probo atque idoneo ecclesiastico, adstante actuario."

"Expleto processu, actorum *Instructor* restrictum conficit essentialium conclusionum ejusdem."

2^o In jure non prescribitur ut episcopus auditorem sibi adjungat, et tota res ad episcopi prudentiam remittitur; sed opportuna est in curia episcopali constitutio hujus officii, praesertim si vicarius generalis, tanta negotiorum mole pressus, nequeat omnia negotia cum celeritate expedire.

3^o Ne difficultates et dubia oriuntur circa valorem actuum ab auditore gestorum, in scriptis deputandus est et in deputationis instrumento exprimendum est quidquid ei delegatur.

4^o Cum auditor pervenerit ad locum in quo jurisdictionem exercere debet, processum non incipiat, nec ullum actum judiciale exerceat antequam sese legitimaverit. Ad hanc autem legitimationem, satis est ut litterae delegationis publice legantur; imo sufficit eas legi coram aliquot viris gravibus, qui de earum litterarum existentia testimonium dare possint. De hac autem legitimatione confici potest instrumentum.

882. Assessores sunt consiliarii judicis; sic dicuntur quia assident judici, seu a latere ejus.

1^o Assessores per se nullam jurisdictionem exerceant, sed adjuvant judicem suo consilio, quod judex sequi non tenetur. Si alieni, ex consuetudine vel statuto particulari, aliqua jurisdictione assessoribus adscribatur, sicut judices delegati. Bouix, De Judiciis, tom. I, pag. 466.

2^o Ad judicem pertinet sibi eligere assessores; quod tribuendum est Officii episcopi, nisi episcopus ipse hujusmodi deputationem sibi reservaverit.

883. Promotor fiscalis est persona legitime constituta ut Jura fisci ecclesiastici tueatur, et ejus loco In Judicio agat et respondeat.

1^o Fiseus dicitur universitas bonorum aut jurium quae ad societatem pertinent. In Ecclesiis, praeter patrimonium, quod est bonum privatorum, datur fiseus, seu bonum commune. Qui tueretur bonum commune dicitur *Promotor Fiscalis*, seu *Procurator Fiscalis*.

2^o Procurator fiscalis potest constitui ab episcopo, et etiam a vicario generali in aliqua causa. Promotor vero ab episcopo constitutus nequit a vicario generali removendi. Debet jurare, in principio officii sui, se fideliter munus obiturum.

3^o Officium procuratoris fiscalis est promovere in diocesi tum bonum publicum Ecclesiae et jura, tum in specie jura et bonum publicum diocesis in qua fuit constitutus. Hinc ad promotoris officium pertinet publicam criminum vindictam coram tribunalibus ecclesiasticis persequi. Ergo ad illud officium eligendus est vir animi fortis et impavidi, qui non timeat iniquorum iuvidiam sibi concitare, sed potius eorum iniquitatem zelo et integritate terreat. Praeter dietam criminum vindictam, ipsius officii est agere et respondere in causis quae bona temporalia, prerogativas et alia jura fisci ecclesiastici respiciunt. Bouix, De Judiciis, cap. 14.

4^o Promotor fiscalis est revocabilis ad nutum episcopi.

884. Procurator judicialis est ille qui de mandato sive actoris, sive rei, item cum judee gerendam

suscipit. Ob regulam juris 68^{am}: "Potest quis per alium quod potest facere per seipsum," non prohibetur partibus litigantibus quominus procuratores sibi constituant, qui ipsorum vice actus processuales ponant.

1^o Procurator, *regulariter*, indiget mandato ut nomine alterius in judicio compareat: dicitur *regulariter*, quia plures sunt casus in quibus mandatum explicitum non requiritur, sed sufficit *præsumptum*, v. g. si maritus velit agere pro uxore sua, vel si reus sit absens et sine defensore.

2^o Cum cura et protectio pauperum sint officium episcopi, tenetur illos defendere et tueri, ex c. p. *Pervenit*, dist. 84. Hinc constituendus est *pauperum Procurator*, qui suscipiat pauperum patrocinium et negotia; hic dicitur patronus litis, et in alio mandato potest comparere et patrocinium assumere. Talis procurator laudabiliter ab episcopo constituitur, qui tamen ad hoc non stricte tenetur.

3^o De procuratore plura queruntur, quae videri possunt apud commentatores textus. Cf. Schmalzgrueber, *De Procuratoribus*, tit. XXXVIII, lib. I; M. Lega, *Praelectiones Juris Canonici*, tit. II, cap. 5.

885. **Advocatus, qui patronus causæ et orator dicitur**, ille est qui pro altero praesente postulat et ei in judicio assistit.

1^o Advocatus in multis a procuratore differt: *a)* Advocatus postulat pro praesente; procurator, pro absente. *b)* Advocatus debet esse juris peritus et judicio doctorum approbatus; dum in procuratore non tam scientia quam diligentia requiritur, cum causæ administrationem tantum habeat. *c)* Officium advocati publicum et honorabile est, multisque gaudet privilegiis; dum officium procuratoris est magis privatum, vile et onerosum. *d)* Procurator ex mandato partis, post litis contestationem, causam facit suam et censetur dominus ejus, quia verum dominum causæ reprezentat; dum advocatus

solummodo argumenta et jura judici exhibet in tutelam clientis sui.

2º Quæritur an clerici possint suscipere officium advocati. Distinguendum est tribunal laicum ab ecclesiastico. In laico foro, clerici, in majoribus ordinibus constituti aut habentes ecclesiasticum beneficium, advocati munere fungi nequeunt nisi pro se, vel pro ecclesia propria, vel pro personis sibi sanguine aut affectione coniunctis, vel pro personis miserabilibus.

In foro ecclesiastico, clerici omnes, exceptis sacerdotibus, munus advocati obire possunt sive pro se, sive pro aliis vel clericis vel laicis; sacerdotes excipiuntur, ex cap. 3, tit. XXXVII, lib. I, et munus advocati suscipere possunt solum pro se, pro ecclesia propria, vel, necessitate cogente, etiam pro coniunctis aut miserabilibus personis.

3º Advocati, alii sunt *voluntarii*, qui a partibus rogati spontaneè auxilium suum pollicentur; alii *necessarii*, qui auctoritate judicis jubentur causam clientis suscipere. Pauperibus, quibus deficit copia defensionis, judex assignare debet defensorem; unde congruum est ut in curia episcopali constituantur *Advocatus pauperum*, qui eorum patrocinium gratis suscipiat.

4º Laici admitti possunt ad officium advocati in foro ecclesiastico, ut deducitur ex art. 30 Instructionis 11 Junii 1380: "In causæ tractatione, inquisitus potest, si velit, repraesentari et defendi, sive ab alio sacerdote, sive a *laico*, qui tamen prius ab Ordinario sunt approbandi." Ob speciales circumstantias, laici recusari possunt modo generali, ut annuit S. Congregatio de Propaganda Fide ad votum episcoporum Americae Fœderatæ, pro Statibus Fœderatis tantum; quo in casu, reo convento "liberum erit alium sacerdotem ab episcopo approbandum secum habere coram consilio, sive ad simplicem adsistentiam, sive ad suas animadversiones aut defensionem exhibendam."

886. Notarii judiciales dicuntur illi qui ex officio constituuntur ut fideiiter universa Judicij acta conscribant. 1º Dicuntur notarii a notis, actuarii ab actis dictis et gestis ab ipsis conscribendis, tabelliones a tabulis in quas olim annotationes suas referebant, cancellarii a cancellis sive tribunalis, sive curiae.

2º Laici possunt munus notarii in curiis ecclesiasticis obire, eo quod sit nudum ministerium, quod jurisdictionem non includit. Magis tamen opportunum videtur ut clerici laicis anteponantur, quia, ratione sui officii, notarius pluribus negotiis regiminis episcopalium et causis personalibus clericorum se imminiscet, quod vix expedit viris saecularibus communicari.

3º Imo in quibusdam causis, nonnisi ecclesiasticus notarius admittitur, v. g. in causis sollicitationis.

887. Apparitores sunt illi officiales tribunalis qui mandata judicis exsequuntur, citationes partibus intimando et litigantes in jus vocando. In pluribus curiis ecclesiasticis, deficiunt apparitores judiciales (huissiers); suppletur apparitoribus si decreta curiae per litteras assecuratas mittantur, vel si eligantur personae fide dignae quæ munus obeant, juxta Instructionem 11 Junii 1880, in art. 14: "Quatenus pro intimationibus aut notificationibus haud praeusto sit opera apparitorum curiae, suppletur exhibitione earumdem explenda per qualificatam personam, quæ de exhibitis litteris certioret..."

888. Sic constituitur tribunal ecclesiasticum in provincia Quebecensi.

1º Tribunal ecclesiasticum constabit officiali, quatuor assessoribus, promotore, vice-promotore, necnon cancellario et vice-cancellario, qui omnes ab Ordinario designentur et sint ad nutum revocabiles.

2º In causis criminalibus, episcopale tribunal constabit saltem duobus assessoribus ab episcopo selectis cum episcopo ipso vel vicario generali.

*C. - III Co. C.
Baltimorensis
Trib.*

Officialis

F. lauris.

Criminalibus

1º + 2º + 3º

3º Quandocumque clericus in sacris vel sacerdos de aliquo crimen accusatus fuerit, nisi agatur de casu in quo Ordinarius secundum canonem possit et ipse velit procedere sola facti veritate inspecta, vel nisi ipse reus maluerit paterna ejus jurisdictione reui termiuari, accusatio a promotore vel vice promotore coram officiali proponatur.

4º Officialis suos sibi assessores assumat ex quatuor nominatis, et, citato reo, causam audiat et dirimat, saltem summarie procedendo, ita ut veritas lateat. Ubi necessarium fuerit, propter locorum distantiam et ad vitandas expensas, possit officialis, de assensu saltem unius ex assessoribus in causa, aliquem virum ecclesiasticum delegare, qui loca visitet et testes audiat, servatis servandis, et relationem faciat. Idem praestare poterit ipse officialis per se ipsum, vel per unum ex assessoribus.

5º Causa in prima iustantia dirempta censeatur, si unus saltem ex assessoribus cum officiali consenserit. Si vero uterque assessor ab officiali dissentiat, nulla sententia profertur, sed res ad Ordinarium deferatur. Cf. Concilii Quebecensis VI decretum 7, et Concilii Marianopolitani I decretum 1, tit. XIII.

Procuratio iuris canonici sive naturale;
 1º *Requiritur si legemini vocatur*
moderator ad causam - r. s. Vetus.
 2º *Requiritur ad causam.*
 3º *Dejungitur iuris canonici iudicium quodlibet.*
 Rude libro, l. 32.
 Cf. *Pope. Marianopolitani,*

TITULUS III

DE FORO COMPETENTI

Forum apud ~~reum~~

Datur discrimen inter judicis competentiam et jurisdictionem. Jurisdicio dicit in genere et *in abstracto* potestatem determinatau potestatem *in certo territorio* quoad certas causas, et definiri potest: "Jurisdicio qua pollet judex ad instaurandum judicium circa quæstionem promotæ actionis." M. Lega, Prael. Juris Can., part. I, tit. IV.

889. Forum competens est tribunal judicis ^{jurisdictionis} quo ^{contingat} causa tractanda est ut legitime finiatur.

1^o Cum judex competens debeat habere jurisdictionem in reum, ut eum sive personaliter sive saltem per procuratorem assistere cogat eoram se, hinc si actor et reus ad diversum territorium pertineant, forum competens ad causam definiendam erit tribunal judicis cui subest reus, seu forum rei. Quare invaluit principium: Actor sequitur forum rei.

Igitur rens convenientius est apud forum proprium, et si multiplex forum habeat, puta ratione domicili, eliget actor forum quod maluerit.

2^o Si reus conveniatur eoram judice prorsus incompetenti, poterit reus spernere actionem contra se intentatam et judicis vocanti non parere, juxta principium expressum in cap. ult., De Constitutionibus, in 6^o: "Extra territorium jus dicenti impune non paretur."

3^o Si dubia sit jurisdicio judicis apud quem convenitur, reus tenetur ad tribunal venire, et potest opponere exceptionem declinatoriam fori et eam congruis rationibus comprobare. Hujusmodi exceptio ante litis contestationem opponenda est; facta litis contestatione, partes censentur suo iuri renuntiasse et judicis jurisdictionem prorogasse.

(P. 41. 2) *Judex ipse potest indicare an habet et non
jurisdictionem; si ipse tamen ait quae causa -*

4º Judex enjus competentia in dubium revocatur definire potest an sit competens, neene ; ratio est, quia competentia seu fert onus quod excludit in judicio omnem affectum ad causam. Aliter, ut dictum est, in jure statutus quando reeusatnr judex ob suspicionem ; judex nequit cognoscere causam suspicioris, sed eam tenetur vel ad judicium superiorum, vel ad arbitros deferre.

5º Competentia iurieis determinatur ratione objecti, status, territorii, delicti, contractus et rei sitae.

890. Ratione objecti, competentia iudicis determinatur natura iurium quae fidibus competunt.

1º Jamvero iura quae homini in societate competit in tres classes dividuntur, nempe in *spiritualia*, in *ecclesiastica*, in *temporalia*.

a) *Jura spiritualia* sunt quae derivant ex rebus a Christo Domino ordinatis ut sanctifieentur homines in ordine ad vitam æternam ; hujusmodi iura profluunt ex primatu B. Petri, ex saeramentis, ex munere episcoporum, ex usu potestatis ordinis et jurisdictionis.

b) *Jura ecclesiastica* procedunt ab auctoritate Ecclesiae, vi quarundam institutionum quae finem societatis religiosæ melius conferunt : qualia sunt jus patronatus, iura beneficia, Hæc iura possent diei etiam *spiritualia*, sed dieuntur *ecclesiastica*, ut ab eis distinguantur quæ a divina institutione diminant.

c) *Jura temporalia* proveniunt ex rebus temporalibus quarum ordinatio pertinet ad auctoritatem civilem, quæ praest fini præsentis felicitatis consequendæ.

2º His positis, hæc teneri debent :

a) Soli fideles baptizati possunt frui juribus spiritualibus et ecclesiasticis, et proinde ambitus competentiae iudicis ecclesiastici ad fideles baptizatos restringitur. Ad infideles speat illud Pauli : " Quid enim de te mihi et illis qui foris sunt judicare ? I ad Cor., 5, 12.

b) Inter fideles baptizatos, relate ad jura spiritualia, judex ecclesiasticus habet prae quocumque alio judice privativam competentiam: hinc sub comminatione censuræ, judices laici prohibitur ab istis causis definitiis.

c) Jura quoque ecclesiastica tantummodo judicibus ecclesiasticis reservantur. v. g. gymnediuncta matrici

d) Jura temporalia seu civilia, sua natura, ad judicem saecularem spectant, et in illis judex ecclesiasticus competentiam non habet directam. Dicimus *directam*, nam *ratione peccati*, ut loquitur cap. 13, tit. X, De Judicis, haec valet judicare Ecclesia; v. g. si contractus quidam sicut contra justitiam vel bonos mores, Ecclesia potest eos ad suum tribunal revocare et eos illicitos declarare. Lega, loco citato.

e) Præter causas mere ecclesiasticas et modo civiles, adsumunt etiam causæ quæ dicuntur mixti fori, scilicet quæ attingunt in eum rem publicam civilem, tum societatem religiosam. In causa mixti fori, utrumque forum curat quod suum est. Cf. vol. I, tit. III, num. 102.

891. Ratione status, competentia judicis determinatur; revera clericis in omnibus causis suis etiam civilibus et criminalibus privilegia conveniri debent coram tribunali ecclesiastico, ob privilegium fori quo pollut. Cf. vol. I, tit. III, num. 161. Privilegium non favet clericis, quando partes actoris agunt, quia actor sequitur forum rei; si vero objectum controversiae sit jus spirituale vel ecclesiasticum, oportet ut res deferatur coram judice ecclesiastico, ob naturam juris controversi.

892. Competentia judicis determinatur ratione domicilli.

1º Domicilium in genere significat locum perpetuae commemorationis.

Domicilium aliud est *originis*, aliud *habitationis*; *originis* domicilium illud est in quo parentes stabilem residentiam habebant tempore nativitatis; *habitationis* domicilium consistit in actuali et permanenti sede quam quis habet in aliquo loco.

3º Ratione territorii
 1º Ex domicilio
 2º Ex officio
 3º Ex contractu

*ex
am
ici
de
m
e
ne
et
ra
i
nt
at
n
f.
-
s,
o,
..
e
r
-
s
-*

2º Domicilium originis in jure canonico inservit ut quis habeat episcopum proprium ratione originis ad ordines lieite suscipiendos, non autem ad sortiendum forum competens. Domicilium proprium dictum est domicilium habitationis.

3º Domicilium habitationis est *verum*, vel *fictum*, vel *improprie dictum*.

Domicilium verum est illud quod quis vera et corporali praesentia alieibi contrahit. Domicilium fictum est locus quem jus tanquam verum domicilium assignat certis personis, ob speciem earum conditionem, etiam si de facto in hujusmodi loco non commorenatur. Domicilium improprie dictum, quod *quasi-domicilium* dicitur, est illud quod quis habet per intentionem commorandi in loco per maiorem anni partem.

4º Ad domicilium verum requiritur, *a) factum habitationis*, scilicet ut re ipsa quis habitationem in eo loco iustauret; *b) voluntas ibi perpetuo manendi, si nihil avocet*. Dicitur *si nihil avocet*, quia sufficit propositum perpetuo commorandi, quamvis deinde voluntas mutari possit aut debeat, ob aliquam occasionem vel necessitatem alio domicilium transferendi.

5º Acquiritur domicilium semel ac constat tum de facto commorationis, tum de voluntate perpetuae habitationis. Ad acquirendum domicilium non requiritur habitatio jam a longo tempore inchoata, sed quaniprimum quis pervenit ad locum cum animo ibi perpetuo permanendi et hujusmodi voluntatem manifestaverit, statim domicilium acquirit. Si dubia sit voluntas, requirendum est ad conjecturas; certum est quod si quis in loco omnia bona vel maiorem eorum partem transstulerit, vel ibi jam a decem annis commoretur, ex illis factis evincitur voluntas perpetuae commorationis.

6º Acquiritur quasi-domicilium *voluntate et facto*, non secus ac domicilium. Inepta habitatione cum voluntate eam continuandi *saltem* per fere 7 menses, statim acquiritur quasi-domicilium: hujusmodi quasi domicilium habent discipuli in

collegiis, et illud acquirunt statim ac ingrediuntur cum intentione ibidem commorandi per majorem anni partem.

Vistornvldi 893. **Domicilium perpetuae habitationis tribuit ius fortis competentis** quoad universalem jurisdictionem; sive voluntariorum, sive contentiosam; ideoque inter varios judices ille semper est competens intra cuius territorium reus hujusmodi domicilium habet.

1º Unde quamvis aliquando judex sit competens ratione contractus, vel delicti, vel rei sitae, hoc non impedit quoniamius simul et ~~cumulative~~ competens sit judex domicilii, coram quo reum convenire potest actor, si malit.

2º Eundem effectum producit domicilium habitationis, etiamsi reus in loco domicilii sui non existat; potest citari absens, et si contumaciter non compareat, sententia pronuntiari. Bargilliat, vol. II, num. 1450.

894. **Quid dicendum est de quasi-domicilio?** Ob quasi-domicilium, quis acquirit forum penitentiale, ita ut proprius parochus, quoad sacramentorum administrationem, ille dicatur in cuius parochia per majorem anni partem commorari iudicatur. Relate ad forum externum, certum est aliquid conveniri posse coram judice quasi-domicilii ratione delicti et contractus. An possit conveniri in eodem loco quasi-domicilii *quoad actus alibi gestos*, controvertitur; sententia affirmativa est probabilis. Cf. Santi, lib. II, tit. II, num. 10.

*Locus non
assirat*

895. **Pluribus indulgetur domicilium fictum,** *en ergo*

1º Uxor domicilium et forum mariti sortitur, ubicumque ipsa habitat, idque, etiam defuncto marito, retinet quamdiu in viduitate permanserit. Datur exceptio pro causis matrimonialibus, quando mulier separata est a viro quoad forum et cohabitationem, vel vir mulierem malitiose deseruerit. Tunc, priori casu, qualibet pars ius accusandi contra aliam partem ipsi competens coram episcopo diocesis, ubi haec domicilium habet, exercere debet. Posteriori casu, uxor apud episcopum

intra ejus dioecesim ejus domicilium situm est, actionem instituere potest. Iust. S. Cong. de Prop. Fide, anno 1883.

2º Religiosus, in loco monasterii sui adscriptus, domicilium habet, quod retinet quamdiu aī aliud monasterium voluntate superioris non transferatur.

3º Clericus ratione beneficii forum factum sortitur. Si beneficium residentiam expostulet et clericus a residentia dispensationem obtinuerit, conveniri potest in loco beneficii, etiam quoad ea quae beneficium non concernunt; si vero beneficium non sit residential, convenitnr in loco beneficii tantum in causis beneficium respicientibus.

4º Vagus, qui nempe nullibi fixum domicilium aut quasi-domicilium habet, vel relichto suo domicilio querit quo se conferat, ubique forum sortitur, et de hujusmodi vago intelligi debet vulgare dictum: "Ubi te invenero ibi te judicabo."

5º Quilibet fidelis, id est, clericus et laicus, Romæ censetur domicilium habere, juxta classicum romanae dominationis conceptum in legislatione canonica traductum, quem expressit Cicero, Dc Legibus, II, 2: "Omnibus municipibus duas censeo esse patrias, unam *naturae*, alteram *Civitatis*." Ratio est, quia Suminus Pontifex, cui totus mundus territorium est, jurisdictionem ex domicilio ortam habet *eumulative* cum singulis episcopis in quoslibet eorum subditos. M. Lega, De Foro Competenti, num. 338.

896. **Forum sit competens ratione delicti.** Revera qui crimen aliquod committit, sortitur forum in loco criminis, adeo ut, licet alibi domicilium habeat, possit nihilominus a judice loci in quo crimen patravit apprehendi, si adhuc in ipso territorio commoretur, et pena congrua condemnari. Haec dispositio inducta est partim quia melius acta judicaria complementur in loco ubi crimen admissum est, partim quia congruum est ut ordo iesus per crimen restituatur per penam in ipso loco ubi læsionem passus est.

897. Forum sit competens ratione contractus. Qui in alieno territorio contraxit, poterit ibidem, relate ad illum contractum, in judicium trahi, quamvis domicilium ibi non habeat. Notandum est nomine contractus venire quameunque speciem contractus unde oritur civilis obligatio.

Regula proposita urgeri nequit, quando partes in ipso contractu designarunt locum solvendae obligationis, quemadmodum in praxi servatur communiter.

898. Tandem ratione rei sitae, quis sortitur forum sibi competens. Aliquis conveniri potest a judice in cuius territorio reperitur res litigiosa. Haec juris dispositio locum habet sive res sit mobilis, sive sit immobilis. Ratio est, quia judex loci, qui representat principem, habet generalem et altam administrationem supra res omnes quae exstant in territorio sue jurisdictionis. Hinc quamvis reus sit alterius domicili, nihilominus poterit obligari ad comparendum in loco, ubi reperitur res de qua controvertitur. Santi, De Foro Competenti, lib. II, tit. II.

Praeter modos ordinarios et communiores sortiendi forum, dantur alii qui appellari possunt *extraordinarii*, de quibus breviter erit sermo.

899. Primus modus extraordinarius sortiendi forum est prorogatio jurisdictionis.

Prorogatio est : " Extensio jurisdictionis judicis, de sensu partium, ultra limites intra quos ceteroquin esset constricta." Cap. 1 et 2, De Judiciis.

Fit prorogatio 1º de persona ad personam, 2º de re ad rem, seu de causa ad causam, 3º de tempore ad tempus, 4º de loco ad locum.

1º *De persona ad personam* fit prorogatio jurisdictionis judicis, quando partes se subjiciunt judici, qui in eas ceteroquin jurisdictionem non haberet.

2º *De re ad rem* prorogatur jurisdictionis, quando judex constitutus pro decidenda aliqua causa, ex personarum con-

tra prorogationem requiritur : 1º En parte nominis - , - ut 1a et 2a aliquam jurisdictionem, et 2º ordinariam; 2º ex parte prorogationis, requiritur 1 - ut pars factor et re - , - pars contra factum scienter et conscienter et 2 - ut partes non sunt impedita agere .

sensu, sit competens etiam in alia causa, que tamen relationem habet ad causam in qua iudex jurisdictionem habebat. Jurisdictio in causis civilibus nequit prorogari ad causas criminales, et viceversa; sed optime posset iudex civilis, qui potest decidere causas ad valorem centum aureorum, de consensu partium, causas majoris valoris definire.

3º *De tempore ad tempus* prorogatur jurisdictio, quando in favorem partium determinatum est temporis spatium intra quod causa erit definita; partes, ne recurrent ad superiorius tribunal, possunt prorogare jurisdictionem iudicis.

4º *Tandem de loco ad locum* fit prorogatio, quando iudex, qui in aliquo loco judicialiter procedere debet, sive quia est ibi proprium territorium, sive quia ex commissione superioris determinatus est locus officii exercendi, extra hunc locum procedit ex consensu partium et sententiam dicit. Cf. Santi, loco citato.

(900. **Altus modus extraordinarius est causarum**
connexio, que verificatur quando una causa sine altera
 commode disenti et derimi nequit; sie iudex potest cognoscere causas accidentales que cum principali relationem
 habent. Si causa incidens sit spiritualis, et causa principalis
 ad judicem civilem pertineat, hic supersedere tenetur donec
 solita fuerit questio incidens: v. g. in causa hereditatis, si
 dubium oriatur de validitate matrimonii, haec ad judicem
 ecclesiasticum debet referri. Cf Lega, opere citato, num. 344
 et seq. *et Recurrens est inclusum in causa iudicis, non in causa iudicis.*

Alii sunt modi extraordinarii quibus quibus sortitur forum
 competens, qui videri possunt apud commentatores texis.

Cx. *altus modus extraordinarius*

Principiantur huc encyclopedea, -

facta "de modo processu iudiciorum in iudiciis".

"De processu iudiciorum"

libellus - est scriptum iudicii statum continens

Citatus

3º Contestatio iudicis

TITULUS IV

DE PROBATIONIBUS JUDICIALIBUS

991. **Probatio definitur:** "Rei dubiae et controversae per legitima argumenta judici facta ostensio." Santi, lib. II, tit. XIX, num. 1.

1º Dicitur *Rei dubia et controversiae*, quia partes *factum probare* debent non *jus*, quod *judicis presumitur exploratum*.

2º *Judici*, quia *probationes coram judice fiunt ut justam habeat intentionem actoris*; alteri parti *probationes manifestantur* ut se defendat.

3º *Per legitima argumenta*, quia *jus positivum determinat quinam testes sint adiuvandi et quomodo depositiones debeant fieri*; hinc distinguitur in jure inter *probationes legales*, seu *legitima argumenta*, et *probationes illegales*.

902. **Probationes sic dividuntur:**

1º *Probationes, ratione modi quo obtinentur* et in *judicium proferuntur*, dividuntur in *directas seu propriæ dictas*, et *indirectas seu præsumptiones*. *Probationes propriæ dictæ* sunt quæ *directe proveniunt ex aetu ordinato ad probationem constituendam*, eujusmodi sunt *testium depositiones exceptæ ad perpetuam rei memoriam*, et quocunque aliud instrumentum ad rei probationem confectum. *Quapropter argumenta extrajudicialia sunt probationes directæ*, quando immediate ex se aliquid probant.

Probationes directæ, quæ in ipso *judicio* constituantur, sunt *confessio, testimonium, juramentum, peritia, accessus judicialis*.

Probationes indirectæ seu præsumptiones sunt quædam *argumenta quæ proveniunt ex factis non constitutis, ex partium destinatione, ad probationem instruendam*.

*2^o Probationes, ratione effectus seu vis probandi quam
habent, dividuntur in probationem plenam et semiplenam.
Pleha probatio est illa quae rem evidentem facit et judici per-
suasionem injicit, juxta quam debet controversiam solvere.
Semiplena probatio aliquam dicit fidem sed non plenam, vel
potius ingerit opinio rem probabilem non aptam ad definiendam
controversiam.*

**903. In specie probatio dicere est de intentione plena
et semiplena:**

1^o Plena probatio est ut debeat probare testimoniū omni exceptione maiorum suorum, vel articulo, vel instrumentum publicum; vel aucto scriptura authentica huius, quoad vim probanda, auctorata; vel presumptio juris et de jure; vel confessio rei, et ceteras facti.

*a) Primus effectus plenae probacionis est quod juxta illam sit ferenda sententia: hinc judex reum condemnare debet si actor intentionem suam plene probaverit, absolvere autem si actor nihil aut reus contra plene probaverit, quia judex debet judicare juxta acta et probata. Can. *Judicet*, 4, caus. 3, q. 7.*

b) Secundus effectus probacionis plenae est ut coram alio judice possit inter easdem personas litigantes, in eadem causa, assumi ad fidem faciendam: hinc plenae probaciones receptio et insertae actis judicij in prima instantia, possunt etiam assumi et invocari, quando eadem causa agitur apud tribunal appellationis. Lega, De Judiciis, tit. V, num. 436.

2^o Species semiplenae probacionis sunt vel depositio unius testis aut plurium non concordantium; vel instrumentum, seu scriptura privata; vel comparatio litterarum, quando de scripto dubitatur; vel presumptio probabilis; vel fama.

*a) Cum semiplena probatio non faciat rem manifestam, non potest judex procedere ad proferendam sententiam, sed potius debet reum absolvere, juxta principium expressum in capite *Cum Ecclesia*: "Actore non probante, reus absolvitur." In casu semiplenae probacionis, judex potest deferre*

suppletorium juramentum parti que semiplene probavit,
et ita plenam confidere probatioem; vel posset intimare
purgationem canonicae reo, contra quem militat semiplena
probatio. b) Notant auctores, apud Schnalzgrueber, tit. XIX,
De Probationibus, num. 16, duas semiplenas probationes
haberi pro uua plena et eundem effectum sortiri in causis
tantum civilibus minoris momenti. Sed due vel plures
semiplene probationes non sufficiunt, I^o in causis criminalibus,
quia in his causis requiruntur probationes luce meri-
diaua clariores; II^o in causis matrimonialibus, quia ubi
imminet periculum animae, plena probatio requiritur; III^o in
causis civilibus arduis, si tales sint ut quoad pondus et
gravitatem criminalibus æquiparentur.

904. **Onus probandi incumbit ei qui asserit, non vero ei qui negat.** Quapropter cum regulariter actor assertat et reus neget, regulariter onus probandi incumbit actori. Si reus non solum neget intentionem actoris, sed excipiat, vel actionem reconventionalem promoveat, ipse probare tenetur, juxta adagium: "Reus excipiendo fit actor."

Fatendum est, ait Santi, De Probationibus, tit. XIX, num. 8, meliorem forsitan esse regulam ab aliis propositam, quae est sequens: Ille tenetur probare contra quem militat præsumptio juris, ille autem probare uon tenetur cui favet hujusmodi præsumptio. Hinc in genere actor probare debet, quia præsumptio juris est ei contraria, et favorabilis reo; sed si intentio actoris sit fundata in jure, ac proinde pro eo militet præsumptio, statim onus probandi transfertur in reum. Exemplum hujus regulæ verificatur in causa matrimoniali: v. g. si uxor convenientia maritum ut secum cohabitetur, mariti rei erit probare matrimonii nullitatem.

905. **Probationes coram judice sunt facienda**, quia ipse debet causam videre et sententia judiciali dirimere. Hoc autem non impedit quominus a notario aut alio judice ad hunc scopum deputatis probationes, puta testium depositiones

vel partium confessiones, recipientur; /hoc in casu, probationes debent fieri presente adversario, aut ejus procuratore, qui debet citari, ut, si velit et possit, excipiat contra personas testium, vel contra modum recipiendi depositiones testium vel alias probationes. Potest vero iudex, si opportunum ducat, jubere ut testes, praesertim præcipui, coram se iterum examini subjiciantur.

906. **Quæritur quo tempore producti debeant probationes.** Regula generalis est ut non producantur probationes ante *litis contestationem* et post *conclusionem in causa*.

1º Quod probationes non debeant recipi ante *litis contestationem*, non est mirandum, quia ante *litis contestationem* non determinatur objectum judicij, et sic depositiones receptae facile extra terminum quæstionis vagantur. Hinc constituta est sequens regula, quæ est rubrica tituli VI: "Ut lite non contestata, non procedatur ad testium depositiones, vel ad sententiam definitivam." Sed huic regulæ derogatur, *a)* quoties adest periculum ne pereant probationes, nisi audiantur testes ante *litis contestationem*, tit. VI, lib. II; *b)* quando proceditur summarie, vel œconomice juxta tenorem Instructionis 11 Junii 1880. Cf. Santi, tit. VI, lib. II.

2º Alia pars regulæ generalis est ut probationes non recipientur post *conclusionem in causa*. Ratio est, quia post *conclusionem in causa*, partes litigantes munere suo functæ sunt, et res eo devenisse censetur ut sub potestate judicis quæstio sit, qui juxta acta et probata finem liti imponit per suam sententiam. Datur exceptio quoad causas matrimoniales circa vinculum, quæ nunquam transeunt in rem judicatam, et causas beneficiales et sanguinis: ob instrumenta noviter reperta vel testes de novo cognitos, iudex potest recipere probationes post *conclusionem in causa*.

Nunc de probationibus in specie agendum erit in capitibus sequentibus.

CAPUT I

DE CONFESSIONE

Supposita juris dictione et competentia judicis, necesse est ut eidem prebeantur probationes contra reum, et nisi istae sufficientes sint, reus est omnino a judice absolvendus. Aliquando reus eximit aetorem ab onere probandi, puta quando confitetur.

907. **Confessio est: Asseveratio ejus quod ab adversario intenditur.** Lega, De Judiciis, tit. VI, num. 441.

1º Confessio alia est *judicialis*, alia est *extrajudicialis*. *Judicialis* est illa quae fit in jure eoram judice vel alia persona legitima. Censetur confessio *judicialis*, a) si fiat eoram judice sedente pro tribunali; b) si fiat eorum notario qui fuit delegatus ad confessionem excipiemad. *Extrajudicialis* est illa quae fit extra judicium.

2º Alia est *simplex*, alia *qualificata*. *Simplex* ea est quae pure et simpliciter admittitur; *qualificata* est ea qua quis non solum fatetur id quod intendit adversarius, sed etiam adjuneta facti exponit per quae maiorem inducit veritatis presumptionem.

3º Alia est *cum adjectione cause*, alia *sine adjectione cause*; prima locum habet cum quis confitetur non solum intentionem adversarii, sed etiam ejus rationem; secunda exhibet tantum adversarii intentionem.

4º Alia est *expressa*, alia *tacita*; *expressa* nuncupatur quae fit verbis, scriptura vel aliis signis quibus solet manifestari voluntas; *tacita*, que quasi-confessio appellatur, ex aliquo facto deducitur vel a lege intervenisse fingitur, quod variis modis contingit, uti videri potest apud Schmalzgrueber, lib. II, tit. XVIII, De Confessione.

908. **Quæritur an reus in judicio interrogatus de crimine respondere tenetur.** *et modus iudicandi* Respondeatur cum di-

stinctione : 1º Si judex non interroget legitime, v. g. quia ~~reus non habet~~
veritatem, ~~reus non habet~~
interrogat rem de crimen de quo nondum est diffamatus, 2. si dubitatur,
rens non tenetur respondere, neque ex taeiturnitate haberi ~~tunc interrogari~~
potest pro confessu; quia, eo casu, jndex egreditur limites ~~tunc significare~~
suae potestatis, et consequenter interrogat tanquam privatus.

2º Si dubitetur an judex juste interroget, rens non tenetur
confiteri, quia in dubio melior est conditio possidentis; et
licet alias praesumatur superioris mandatuar esse justum, non
tamen in hoc casu speciali, nbi est cognitum cum damno
gravissimo.

3º Si judex legitime interroget, aliqui existimant rem,
etiam in hoc casu, non teneri judicii interroganti respondere,
saltem si agatur in censa capitali de damno vite. Præceptum
humanum, aint, quale est judicis, non solet obligare eni
tanto incolumido; quod eonfirmant argumento a minori ad
maius: nemo enim de iure cogi potest ut veritatem dbeat
contra sunni consanguinem; ergo multo minus ut verita
tem dicat contra seipsum. Haec sententia, cum probabilis sit,
confessariis servire potest, quando reus personaderi nequit
ut crimen alio confiteatur. Cœterum communior est alia in scriptis
sententia quani tenant S. Thomas et plures alii; ratio est, in lata
qua reipublica interest ne crimina maneant impunita; con
sequenter judicii juste interroganti reus respondere tenetur.
Sehmalzgrueber, loco citato.

909. Confessio judicialis æquivallet veræ proba
tioni, ita ut alia pars eximatur prorsus ab onere probandi
suam intentionem.

In litis contestatione, solent fieri positiones sen allega
tiones quibus determinatur objeatum judicij: actor contra
reum præsentem plura ponit sen allegat in distinctis propo
sitionibus, v. g. si prorenator fiscalis dicit: 1º Dico et assevero
te per ultimum mensem a parochia abfuisse; 2º Dieo et asse
vero te eodem tempore habitum clericalem deposnisse.

His positionibus respondet reus confitendo vel negando ; articuli quos reus confitetur sunt confessiones judiciales de quibus non erit litigandum, quia propria confessio est regina probationum.

210. Confessio judicialis potest impugnari appellatione post sententiam, vel exceptione ante sententiam.

1º Quoad primum, quia appellacioni locus non est nisi *justa de causa*, repellenda est appellatio nisi proponatur aliqua probabilis ratio expetitæ revocationis, v. g. *cœusa metus, fraudis, erroris*; difficilius admittitur in civilibus quam in criminalibus.

2º Quoad secundum, impugnatio est admittenda et etiam destruit confessionem, si valeant rationes in contrarium allatae, pnta si constet confessionem ex errore facti provenisse.

3º Sed quid juris si quis vellet confessionem impugnare et revocare, ob defectus processus judicialis, veluti ob defectum citationis aut incompetentiæ in jure ? Hac in re, valet principium : Confessio sanat omnes processus defectus quos sanare est in potestate alterutrius partis litigantis. Revera factum confessione manifestatum fit *notorium*; atqui in notoriis nulla contentio judicialis requiritur.

4º Verum si judex esset incompetens ratione *objecti aut gradus*, quia hic incompetentiæ defectus a parte sanari nequit, tunc judicialis instantia non valeret, et confessio non amplius haberetur *judicialis* sed *extrajudicialis*.

5º Facilior est impugnatio, si a personis fiat que in judicio agunt per procuratorem, tutorem, vel curatorem. Nam eorum confessio, ob defectum mandati specialis ad confessionem emittendam, omnino nulla declaranda est; si mandatum habebant, confessio valet, nisi dominus principalis demonstret istam esse falsam, vel procuratorem mandati limites excessisse. Lega, De Judiciis, part. I, tit. VI.

911. Confessio extrajudicialis, in causis criminibus, non habetur uti plena probatio. Nam ad demonstrandum aliquem reum fuisse criminis alicujus, praesertim quod secum fert poenam gravem, requiruntur probationes omni exceptione majores, que nempe in animo judicis certam induent persuasionem, non solum de auctore delicti, sed etiam de moralitate actionis et de gradu culpabilitatis. Quare extrajudicialis confessio, praesertim si in iudicio impugnetur, merito non presumitur facta ex animi consilio, sed potius ex levitate aut ab extrinseca coactione.

A fortiori non valet uti plena probatio confessio sacramentalis, si in iudicio producatur. Nullum effectum sortitur, quia hujusmodi confessio fit Deo, non homini, et consequenter extra commicereum humanum est.

Haec revelatio proveuiret non tantum a sacerdote apud quem fit confessio, sed ab eis qui, cum proprius sacro tribunali adstant, peccata confitentis audirent; eum isti ad silentium eadem lege ac confessarius teneantur, hinc eorum revelatio nullum effectum in penitentem produceret. Idem dieatur si confessarius, ex licentia penitentis, aliquod ejus erimen revealaret, ut declaravit tribunal S. Rotae, in questione filiationis Ducis Sforza-Cesarini. Cf. Santi, lib. II, tit. XVIII, De Confessis, num. 25.

CAPUT II

DE TESTIBUS

In iudicio, testimoni depositiones recipiuntur ut moralis certitudo de rei veritate haberi possit; ipse testis est persona idonea que in iudicio, premisso juramento de dicenda veritate, aliquid testatur. Ut sit idonea persona, oportet ut testis in ea conditione versetur ut decipi non poterit et decipere

non voluerit, aliis verbis, requiritur ut testis habeat scientiam et probitatem.

912. Ad testimonium in judicio ferendum omnes admittuntur qui habent scientiam et probitatem.

1º Ex primo capite, a) *absolute* prohibentur, *jure naturali*, infantes, furiosi, amentes et omnes illi qui nee res percipere, nec aliis snam notitiam coinnuicare valent; *jure canonico*, prohibentur impuberes, ob judicii infirmitatem. Attamen quia impuberes rerum scientiam habere possunt, invit aliquando eos admittere ad praestandum aliquid administrum veritatis.

b) *Relative* excluduntur omnes illi qui in causa aliquod habent interesse morale aut patrimoniale, quia, ut fert regula juris civilis: "Nullus idoneus testis in re sua intelligitur."

Hinc testes esse non possunt litigantes ipsi, vel eorum advocati et proeuroatores in causis in quibus agunt; parentes pro filiis et vicissim, atque in genere consanguinei et affines; domestici pro dominis et domini pro domesticis; socii pro sociis et inimici in causa inimicorum.

2º Ex secundo capite, excluduntur infideles, haeretici, apostatae, excommunicati, infames et in genere criminosi. Atvero non est negandum interrogationem hujusmodi personarum esse quandoque valde utilem ad veritatem detegendam; unde possunt audiri, quamvis parva fides sit eis praebenda.

913. Personae quas jus positivum excludit a testimonio ferendo habendae sunt uti suspectae. (Multum deferendum est prudentiae iudicis, cuius est judicare de idoneitate testimoniis.

1º Judex tenetur *ex officio* testes excludere *jure naturali* inhabiles, uti sunt infantes, amentes, vel notorie infames; hos tamen potest audire, si ex eis putet se aliquid cognitum fore quod sententiae inserviat.

2º Judex, *ad instantiam partis*, non tenetur aliquem ex-

cludere a testificando, nisi evidentes sint rationes suspicionis, unde inutilis vel damnosa videatur ejus attestatio; verum examen suspicionis objectæ contra personam testis solet differri post attestationes factas, ex quibus melius dignoscitur an exceptio sit fundata. Aliquando testis deponit in favorem partis suspicantis de idoneitate testis; præterea judicis erit veritatem detegere a teste suspecto. Lega, De Judiciis, num. 473.

914. Testes debent citari a judice ut compareant;
in decreto citationis indicari debent locus, dies et hora com-
partitionis.

1º Citatio potest fieri modo solemni, adhibito apparitore qui eam deferat ad testes. Juxta presentem Ecclesiae economiā, citatio fit minus solemniter: judex, per medium litterarū, testem invitat ad comparendum coram tribunalī, juxta formulam sequentem: "Cum in quadam causa qua coram nobis in curia episcopali vertitur, necessaria sit praesentia tua, ad dictam curiam de nonnullis informandam, non graveris te a nobis citari ad comparendum die... mensis..., hora..., in tali curia. Datum..., die..., mensis..., anno..."

2º Die statuto, judex ipse, vel alius ab ipso delegatus, attestaciones excipiet. Citanda est etiam pars altera ut videat personas ad attestandum admissas, contra quas excipere potest; item consultum erit monere partem testes producentem de die, loco et hora constitutis pro examine testium, ut valeat contra ipsos excipere, si forte causa suspicionis oriatur.

3º Utraque pars potest instare apud judicem ut testes ab ipso judice citentur et coram ipso depouant.

**915. Testis in judicio non recipitur nisi Juramen-
tum ediderit.** (Hoc in cap. *Nuper nobis*, 51, tit. XX, lib. II, expressum est: "Nullius testimonium, quantumcumque religiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debet recipi.") Quare valet principium: "Testis non

juratus non probat." Dicitur *non probat*, sed si ceteris qualitatibus prædictus sit, præsumptionem inducit veritatis.

1^o Juramentum hujusmodi, *a)* comprehendit promissionem de veritate dicenda; id est, ut docent juristæ, testis jurare debet se dictum solam veritatem et totam veritatem.

b) Testis declarat se non venisse in judicium intuitu amoris vel odii erga aliquam personam, nece pretium receperisse pro dicendo testimonio.

c) Absoluta depositione, judex potest deferre testi jura-mentum de secreto servando, si opportunum ei videatur. Const. *Sacra haec*, 11 Junii 1880, art. 18.

2^o Quæritur an partes possint testibus remittere juramentum. In genere respondetur *in civilibus* non prohiberi hujusmodi renunciationem, quia juramentum inductum est in favorem partium, que suo juri possunt renunciare; datur exceptio, si renuntiatio lèdat jus tertie personæ. *In criminibus*, hæc reuissio fieri prohibetur.

3^o Regulariter testis juramentum præstare debet antequam examen ejus incipiatur; completo examine, majori cum difficultate inducitur testis ad corrigenda ea que dixit, præsertim ob timorem infamie, vel saltem suspicionis de ejus sinceritate. Hunc præsumitur in agere dicere veritatem qui juramentum præstat ante, quam qui præstat post examen. Santi, lib. II, tit. XX, num. 39,

916. **Partes interrogantur ab ipso judice vel ab alio a judice delegato.** (Interrogationes debent offerri judicii ut formas earum approbare possit. Non prohibitur quoniam in interrogationibus quedam positiones seu allegationes miscentur ad provocandam confessionem judiciale partium.

Relate ad ipsum interrogatorium, oportet 1^o ut testes seorsim audiantur, juxta art. 17 Instructionis 11 Junii 1880, ne videantur inter se colludere.

2^o Quæstiones parti proponuntur tantum in actu interrogatorii, non antea.

3º Responseiones debent redigi in scriptis a cancellario una cum interrogationibus.

4º Pars satisfacere debet *oretenuis* interrogationibns, quin perlegat scriptam relationem fūctorum. Tantummodo poterit recurrere ad scriptum documentum, si agatur, v. g. de referendis summis pecuniae, et ita porro.

5º Completo examine testis, universa depositio est ei perlegenda, et ipse potest corrigere, si quid precipitanter et minus caute dixerit. Deinde suam depositiouem ratain habet et sua subscriptione confirmat; si testis sit illitteratus, notarius id adnotat, et regulariter ab eo exigit ut tractum lineae rectae in cruce dividat.

6º Judex pro sua prudentia determinabit utrum pars interrogatorum proponens responsionibus adsistere possit; hoc prohibere posset gravi de causa, præsertim quando *ex officio* a judice debent addi interrogaciones, ad facti veritatem detegendam, quibus postea pars interrogans respondere debet. Quando judex interrogat unum ex litigantibus ad inquirendam veritatem in *causis criminalibus et spiritualibus*, tunc alius interrogationibus adesse non debet; verum etsi pars non adsit examini, jus habebit cognoscendi responsenes ut se defendere valeat, si casus ferat. Lega, num. 445.

7º Regulariter examen in loco judicij institui et confici debet. Verum si audiendæ sint personæ, quæ *egregiae* diennuntur, quemadmodum sunt personæ illustres, vel in dignitate ecclesiastica constitutæ, ipse judex, vel alter de illius mandato, cum notario accedet ad illas personas. Cap. 8, tit. XX, De Testibus, lib. II Decretalium.

Si testis extra diocesim versetur, ad Officiale illius diocesis mittuntur litteræ remissoria ut eum citet, et interroget, casu quo tribunal judicis ordinarii adire recusat.

8º Tandem interrogaciones a judice faciendæ debent esse *sufficientes et fallaciis carentes*.

a) Ut sint *sufficientes*, debent esse *generales et speciales*.

Per interrogations *generales*, iudex investigat testis idoneitatem, cumque interrogat de aetate, conditione, de ejus relatione cum partibus litigantibus et eum causa quae agitatur; per interrogations *speciales*, iudex investigat modum et causas quibus testis factum cognoscit, circumstantias loci, temporis et personarum, et ipsam testis eruditatem explorat.

b) Interrogations insuper fallaciis debent carere. Hinc merito reprobantur interrogations *suggestive*, tum in examine rei, tum in examine testium. Suggestiva interrogatio ea est in qua ipse iudex suggestio responsum; v. g. si iudex dicat: Tu vidisti tali loco et tempore et talibus armis Titium infilgentem vulnus Caio in peatore? Testis ex interrogatione credere potest judicem persuasum esse de culpabilitate Titii, et timere potest ne, si aptam interrogacioni responsum non proferat, indignationem judicis et paucum incurrat. Santi, lib. II, tit. XX, num. 42-43.

917. Ad legitimam probationem, generatim requiruntur et sufficiunt duo testes, modo sint omni exceptione maiores, nempe tales quorum testimonium nulla ratione excludi possit, ex cap. *Licet*, 23, De Testibus.

Ratio regulæ est, quia in uno teste, etiam probatae vitae et notæ famæ, potest forsitan deficere sincera cognitio facti, vel potest locum habere studiosa voluntas aut favor erga unum potius quam alium negotii respectum. Sed ubi adest coneors duorum idoneorum testium depositio, supponi nequit utrumque testem vel factum ignorasse, vel humanam fragilitatem adeo persensisse, ut contra rei veritatem in unam sententiam conspirent.

1º Attamen, in quibusdam causis, plures quam duo testes requiruntur: e. g. in causa nullitat's matrimonii ob impotentiam, producendi sunt septem testes ex utroque conjugi, qui deponant de conjugum probitate, necnon de propria persuasione matrimonium non fuisse consummatum. Cap. 5-7, De Frigidis et Maleficiatis.

2º Per se testis unus non plene probat, nisi sit omni exceptione major et testimonium dicat ubi abest prajudicium tertii, vel nisi sit testis qualificatus.

Ad primum, sufficit unus testis omni exceptione major ad probandum aliquem fuisse baptizatum, aliquem esse clericum, vel in extremis vitae dedito signa poenitentiae. Ratio est, quia nemo prudens presumitur in re gravi et religiosa gratis veritatem prodere, et peccatum perjurii intendere.

Ad secundum, testis qualificatus est ille qui ratione sui officii deponit. Testes qualificati sunt medicus vel chirurgus, circa qualitatem vulneris inflicti; notarius publicus, deponens de rebus a se visis et relatis in actibus suis; officialis tribunalis, qui testatur se fideliter executum fuisse munus suum. Iste omnes plenam fidem faciunt in judicio, ita ut eorum testimonium recipiatur ad plene probandum, nisi alias suspicio oriatur, et contra eorum depositionem militent valida argumenta.

918. **Ut testimetur valor depositionis, oportet attendere tum ad naturam attestacionis, tum ad quantitatem testis.**


1º Oportet ut testes sint concordes. Attestationes sunt adversæ, quando sunt inter se pugnantes et contradicentes; in hoc casu, nulla probatio est, inno ex hismodi contradictione argui potest fraus vel dolus, ut in casu Susanne, de qua in cap. 13 libri Daniel. Aliquando attestations sunt cumulativa, quando testes diversa adjuncta ejusdem facti referunt quae simul componi et uniri possunt, vel diversa facta quae simul coniungi possunt, ita ut unum sit alterius causa vel effectus. Si saltem duo testes habeantur pro cuiuslibet ejusdem facti probatione, et ex complexu eirem instantiarum, facti substantia resultet, attestatio plenam fidem facit. Santi, De Testibus, num. 23. Aliquando attestations sunt diversificativa, quando plures testes diversa facta referunt quae inter se non colliguntur relate ad punctum probationis.

G. J. M. / 1848
cens. 2.
Junij 18
testim.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc



1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax

In hac hypothesi, testes singuli tantum valent, quantum unus valeret.

2º Oportet ut testes factum cognoverint. Testes sunt *de scientia*, vel *de credulitate*, vel *de auditu*, vel *de fama*.

a) Testes *de scientia* illi sunt qui factum ex se cognoverunt; v. g. ille testis est qui vidit homicidium perpetrari, vel audivit aliquem proferentem blasphemiam, aut verbalem injuriam contra alium. Testes de scientia faciunt fidem in judicio.

b) Testes *de credulitate* illi sunt qui ex conjecturis et presumptionibus arbitrantur ita et non aliter rem se habere. Testes de credulitate proprie testes non sunt, nam credulitas non ex pereceptione ipsius actus procedit, sed ex conjecturis, indicis et presumptionibus; quare tantum valet depositio testis de credulitate, quantum valent indicia quibus nititur. Quaedam sunt indicia quae *violentum* inducunt presumptionem; v. g. in causa adulterii, si quis deponat se vidisse simul in eodem loco nudum cum nuda.

c) Testes *de auditu* ii sunt qui deponunt facti narrationem se accepisse ab hominibus fide dignis. Testes de auditu, cum non fundentur in directa et propria facti cognitione, sed in dicto tertiae personae, veri testes non sunt, nec veram probationem conficiunt; ex cap. 47, tit. XX, lib. II. Hi testes admittuntur ad probationem factorum antiquorum, modo receperint suam narrationem a viris fide dignis, qui neque decipi, nec decipere potuerunt.

d) Testes *de fama* sunt qui referunt aliquam opinionem et credulitatem in populo vigere. Tanti valet depositio horum testimoni quanti facienda est fama; jamvero cum opinio communis potest aliquo praejudicio inniti, hinc veram probationem veritatis non habet, sed tantummodo aliquam presumptionem, si fama procedat ab hominibus prudentibus et fide dignis. Santi, loco citato, n. 32.

919. **Testes cogi possunt ut ad testificandum veniant, tum si clerici, tum si laici fuerint,** ^{Cap. 2, tit.}
XXI, lib. II Decretalium.

Ratio est, quia testimonium dare habetur ut munus publicum, a quo nemo se subtrahere debet, absque rationabili causa. Quare judex, adhibitis poenis, cogere potest testimoniū ut sistat coram tribunalī et ferat testimonium cirea factum quod eognoseit; quod si persona sit alterius jurisdictionis, v. g. alterius diœcesis, ejus examen committitur judicii proprio, qui eam eoget ad testimonium fereundum.

Quid si clericus eitetur ut testis apud tribunal laicū? Clericus non subditur judicii laico, ob immunitatem personalem, ex can. *Statutum*, 38, eaus. II, quæst. VI. Hinc episcopus proprius examen clerici excepit ad instantiam judicis civilis et huic remittet acceptam depositionem; vel idem episcopus delegabit alium clericum qui adsistet judicii laico, quando clericus eitus ut testis in judicio deponet.

In loeis ubi privilegio fori non derogatur per concordata, clericus, citatus ut compareat coram tribunalī civili, adeat episcopum et ejus mandata recipiat et sequatur. Santi, tit. XXI, lib. II, n. 3.

Aliquaudo testes non volunt comparere, quamvis judex in eos poenis vel censuris animadverteret; in eo casu, Instructio 11 Junii 1880, art. 20, prescribit ut mentio fiat in actis de rebus praedictis, et suppleatur defectui talium testimoniū per depositionem aliorum testium, qui haberi possunt.

920. **Exploto testimoniū examine, sit locus publicationi attestationum:** id est, judex vocat partes litigantes, et per se vel per notarium suum legit, aut in scriptis communicat quidquid singuli testes ad singula puncta quæstionis responderunt.

Primus effectus publicationis est ut generatim neque addueti testes, neque novi possint supra iisdem articulis pro-

in transīd. sibi in dīc. mīt. rō. tēt. sc̄r̄tō. nūmō.
sc̄ncliam mīt. sibi in dīc. mīt. rō. tēt. sc̄r̄tō. nūmō.
judicis ecclēs.

duci; ex cap. 17, 18, 19, tit. XX, lib. II. Ratio est, quia per admissam publicationem partes censentur renuntiassc nevis depositionibus; præterea perieulum est, cognitis depositionibus, ne alterutra pars, videns exaūcu testium contigisse contra suam expectationem, vetercs vel novos testes corrumpat, et sibi studeat per fas et nefas favorable testimonium procurare.

Secundus effectus publicationis est ut attestations, receptæ et publicatæ in uno judicio, vim habcant etiam in alio judicio inter casdem personas, si contra testes nulla facta et probata sit exceptio.

Tertius effectus est ut post publicationem non admittantur exceptiones contra personas testium. Attamen exceptiones contra ipsum examen et dicta testium proponi possunt post publicationem attestacionum. Exceptiones hujusmodi proponi possunt non solum a parte adversa contra quam testes producti sunt, sed etiam ab ipso producente. Principium: "Testis productus probat contra producentem," excludit solummodo exceptiones contra personam testis, non vero contra modum instituti examinis et contra ipsam testium depositionem. Santi, in tit. XX, lib. II Decretalium.

CAPUT III

DE INSTRUMENTIS

*beinnit
et spciæ retinac
securi*

Ad facti controversi probatioem, iudex recurrit ad instrumenta. *Per se* major est auctoritas testium, quia instrumenta sunt testationes mntæ et surdæ quæ interrogatæ non respondent, dum e contra probatio per testes semper loquitur, ratiocinatur et sæpius interrogata respondet. Ob vero *improbabilitatem hominum*, prævalet fides instrumentorum testium auctoritati, nisi probetur instrumentum esse falsum.

921. **Instrumentum, si stricte sumatur, definitur:**

"Scriptura quae de aliqua re fidem facit judicii, seu ad aliquid probandum in judicio confecta et adhibita." Lega, tit. X, num. 507.

Dividitur 1º in *publicum* et *privatum*; *publicum* est, si a persona publica, puta a notario ad hoc specialiter ordinato, cum certis solemnitatibus conficiatur; aliter confectum instrumentum erit *privatum*. Instrumentum publicum, si actum contineat non privatorum sed communis, vocatur *monumentum*.

2º Utrumque instrumentum sive publicum sive privatum est *originale*, quando refert scripturam primitus confectam; dicitur *exemplar, copia*, si sit transcriptio originalis; quod si factum est manu vel auctoritate publica, dicitur *exemplar authenticum*.

922. **Ut instrumentum publicum rite conficiatur, plura requiruntur:**

1º *Ex parte confientis*, oportet ut sit notarius legitimus qui rite procedat. Est legitimus, si ex justis nuptiis procreatus, jurisperitus, suum munus habeat ab auctoritate publica, que potest notarios creare; rite procedit, quando rogatur a parte vel partibus, a quibus dependet instrumentum.

2º *Ex parte materie*, oportet ut negotium sit honestum et licitum, ut totum factum vel negotium cum debitiss circumstantiis et clausulis fideliter et integre describatur.

3º *Ex parte formae*, oportet, a) ut in proloquo praemittatur invocatio divini nominis, v. g.: In nomine Dei, amen; b) exprimatur nomen regis imperialis in societate uia cum anno sue dominationis; c) indicentur locus et tempus confectionis instrumenti et nomina testium; d) ipse notarius et testes subscribant, necnon et ipsae partes. De Luca, De Judiciis, num 209.

923. **Instrumentum publicum omnibus requisitis ornatum plene probat**, quoad partem dispositivam, tum

pro contrahentibus, tum contra eosdem, licet demortuae sint personae quae instrumentum obsignarunt. Cap. 2, tit. XXII, De Fide Instrumentorum, lib. II.

Hoc vero intelligi debet de instrumento originali et authenticō; exemplar per se fidem publicam non obtinet, sed tanti valet quantum constat illud referre documentum authenticum. Plenam facit fidem, quando constat illud auctoritate extractum et confectum esse ex originali et publico instrumento.

924. His documentis publicis equiparantur instrumenta privata authentica, quae, etsi a persona publica et cum solemnitatibus non sint confecta, tamen, ob testium subscriptionem vel sigillum, plenam merentur fidem. Hinc plene probant: 1^o acta judicaria, quae continent gesta coram judice, notario et dnobus viris idoneis adnotata; 2^o scripture publico et authenticō sigillo munitae, quod tamen debet esse illasum, recognitum cum subscriptione; 3^o scripture ex archivio publico depromptae; 4^o libri officialium publicorum, e. g. parochorum; 5^o scripturee private quibus, praeter earum auctores, subscripsérunt tres integri testes; 6^o littere contractuum quibus utraque pars subscrisp̄it. De Luca, De Judiciis, tit. XVI, num. 208.

925. Quoad scripturas stricto sensu privatas, vide-licet nec a notario in forma solemnī confectas, nec a personis privatis juxta modos expositos editas, sunt authenticæ et regulariter non probant in favorem scribentis, quia neim̄ est idoneus testis in causa propria. Diximus regulariter, quia hujusmodi scripture probant, si ab alia parte non fuerint impugnatae. Contra ipsum scribentem plene probant, si fuerint ab eodem recognitae; ratio est, quia talis scripture privata, qua quis aliquid scribit contra se, censetur esse confessio; atqui confessio est optima probatio.

926. Contra instrumentum excipi potest: 1^o ratione causæ efficientis, quod scilicet conficiens instrumentum non

fuerit notarius; 2º ratione *causæ materialis*, quod scilicet super tali negotio non potuerit legitime instrumentum confiei; 3º ratione *causæ formalis*, quod scilicet non habet solemnitates requisitas; 4º ratione *ipsius instrumenti*, quod nempe sit falsum aut suspectum de falsitate.

Multiplie modo probari potest instrumenti falsitas: 1º ex contrarietate contentorum in instrumento; 2º ex defectu in sigillo; 3º ex testibus contra instrumentum deponentibus; 4º ex variis conjecturis, quæ videri possunt apud Schmalzgrueber, iit. XXII, lib. II, num. 96 usque ad 113.

CAPUT IV DE JUREJURANDO

Juramentum inservit ad firmandas probationes: hinc in titulo de probationibus propriam sedem merito sibi vindicat.

Jam locuti sumus de juramento quod testes debent praestare, quando testimonium perhibent; impresentiarum loquimur de juramento emesso ad lites dirimendas. Cum vero lites dirimi possint *judicialiter* et *extrajudicialiter*, juramentum est *judiciale* et *extrajudiciale*.

927. **Juramentum est: "Invocatio divini nominis in testimonium alienjus rei."** Santi, lib. II, tit. XXIV.

1º *Juramentum extrajudiciale*, quod dicitur *voluntarium*, est illud quod una pars, ob periculum litis futuri, alteri parti defert, sub ea conditione ut si ausa fuerit jurae, juramentum pro veritate habeatur, et jurans, absque alio processu, vietoriam assequatur. Santi, lib. II, tit. XXIV, num. 22.

Illud juramentum habet naturam transactionis, et pars quæ defert juramentum alteri parti, eedit juri ulterius inquirendi.

2º *Juramentum judiciale* aliud est litis *decisorium*, aliud *suppletorium*, aliud *purgatorium*.

Juramentum *litis decisorum* habetur, quando una pars litigans, nempe sive actor sive rens, abhorrens moras iuecti judicij vel efficacioribus destituta probationibus, vult recurrere ad juramenti subsidiuum. Quapropter invocat judicis auctoritatem ut ei permittat alteri deferre juramentum sub ea conditione ut si ausa fuerit jurare, sententiam exinde obtineat favorablem. Juramentum decisorum in crimina-libus non admittitur.

Juramentum *suppletorium* est illud quo l' judec alterutri parti defert in supplementum probationis. Prestatur vel ad complendam probationem, quae completa et sufficiens non est, et in hoc easn dicitur *suppletorium*, vel ad destruendam præsumptionem quæ contra aliquem indueta est, præsertim per fauam publicam, et dicitur *purgatorium*, seu *purgatio canonica*. Cf. Lega, De Juramento, De Judiciis, part. I, tit. VIII.

CAPUT V

DE PRÆSUMPTIONIBUS

Ut factorum species in tuto et aperto ponatur, praeter probationes proprie dietas, a legibus introductæ sunt præsumptiones, quæ ante omnem probationem assumunt aliquid ut vernum.

928. **Præsumptio recte definitur:** "Anticipata de re dubia opinio ex indiciis per rerum circumstantias frequenter evenientibus desumpta, aut ex legum determinatione procedens."

Dieitur 1^o *anticipata probatio*, quia ante legitimas probationes aliquid pro vero assumitur.

Dicitur 2^o *de re dubia*, quia si res esset certa et evidens, nulla ex indiciis esset probatio.

Dicitur 3^o *ex indiciis*, quia debet procedere aliquod rationabilem an in dñm ei' vix.

Fras. venitio ter. - mo. t. m. report.

signum, secus suspicio esset judicium temerarium : jamvero indicium est aliquod signum delicti, vel rei de qua dubitatur.

Dicitur 4º *ex indiciis vel lege procedens*, quia præsumptio est vel facti, vel juris.

Specie. 929. **Præsumptio alia est facti seu hominis, alia juris.**

1º Præsumptio facti est conjectura nullo jure expressa aut firmata, sed quam quis concipit ex qualitate et circumstantiis alicujus facti. Triplex præsumptio hominis distinguitur, respondens triplici generi indiciorum.

a) Præsumptio levis dicitur, si ex vanis causis oritur ; e. g. si Titius dicatur adulter, eo quod liberius interdum versatur, etsi in loco non suspecto, cum aliena uxore.

b) Præsumptio gravis dicitur, quæ concipitur ex adjunctis et indiciis, quibus positis, experientia docet contigisse id quod presamitur ; e. g. si Titius dicatur turpiter egisse cum puella cum qua, in loco obeuro et sine testibus, versabatur.

b) Præsumptio gravissima, quæ *violentia* et *vehemens* dicitur, ea est quæ concipitur ex adjunctis et indiciis adeo proximis et evidentibus, ut, illis positis, non solum res soleat evenire, sed etiam si aliter eveniret, esset casus prorsus inverosimilis ; e. g. si Titius dicatur reus fornicationis, ex eo quod cum puella in eodem lecto fuit deprehensus.

2º Præsumptio juris est ea quæ in jure habetur expressa, id est, quæ a l*e*ge nominatim fit aut ab ea approbatur ; Reiffenstuel, lib. II, tit. XXIII, num. 19. Duplex et ipsa est, videlicet præsumptio juris tantum, et præsumptio juris et de jure.

a) Præsumptio juris tantum habetur, quandojus in dubio aliquid præsumit et pro vero habet, donec vel contraria probatione, vel fortiori præsumptione elidatur, exemplum hujus præsumptionis habetur, v. g. in causa civili : si dubitetur de proprietate alicujus prædii, tunc præsumptio favet possessori, juxta principium : Melior est conditio possidentis. In causa

eriminali, præsumptio favet reo et supponit ejus innocentiam, donee delictum probetur, juxta principium: Nemo præsumitur malus nisi probetur.

*Ex extenui
præsumptio
lur nivis as.
ita ut
est tot*

b) Præsumptio dieitur juris et de jure, quando lex ita aliquid præsumit, ut super tali præsumptione jus firmum statuat, eamque præsumptionem ita pro vero haberi vult, ut regulariter probationem in contrarium non admittat. Exemplum hujus præsumptionis habetur in religioso qui intra quinquennium non reclamat contra suam professionem: ita eam ratam habet ut non possit illam in futurum impugnare. Cone. Trid., sess. XXV, cap. 19, De Ref. *Acta, 1651, fol. 16v*

930. Quæritur an ex nudis præsumptionibus ferri possit sententia et reus condemnari.

Respondemus negative, *sul tem in causis criminalibus*, etsi præsumptiones sint violentæ. Ratio est, quia præsumptiones non sunt veræ et directæ probationes, sed tantum indicia quæ quandoque in civilibus ut veræ probationes assumuntur. Hoc in criminalibus evenire nequit, enim ad damnationem inferendam probationes directæ, certæ et luce meridiana clariores requirantur, ex cap. 14, De Præsumptionibus. Excepti sunt quidam eisns determinati in jure, v. g. si adulterium præsumatur ex actibus ipsi proximis. De Lne, De Judicis, tit. XV, num. 197.

Diximus *sul tem in criminalibus*, quia *in civilibus*, præsumptio violenta plene probat quoadusque elidatur.

3- Præsumptio non exigitur nisi probatur.

4- Clester (130) +

*Ita, a non in pto. in causa i - a
Nisi præsumtio nisi est in causa i - a
et ratiōnibz. in causa i - a, in causa i - a
ratiōnibz. in causa i - a, in causa i - a
Præsumtio non exigitur nisi probatur
in causa i - a, in causa i - a*

De Tunc in obec

SECU NDA PARS

DE CAUSIS DISCIPLINARIBUS ET CRIMINALIBUS *Apitur.*

"In manus novi antistitis consecrati, ait Barbosa, De Officio et Potestate Episcopi, baculus traditur, auctoritatis scilicet et discipline insigne, sustentaculum imbecillitatis humanæ, ut sit in coercendis vitiis sic saeviens, judicium sine ira tenens; in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate severitatis censuram non deserens ut revocet errantes, regat justos, pungat et stimulet ignavos et inertes, repellat nocentes, ac, juxta Ezech. 34, attrahat vagum, sustentet languidum, stimulet pigrum, portet in humeris suis, exemplo Principis Apostolorum, aegrum et debilem, ut increduli convertantur ad fidem, conversi non avertantur, perversi ordinentur ad rectitudinem, subversi ad veritatem revocentur, etc."

Jamvero prælatus hæc omnia peragere nequit, quin habeat tribunal rite constitutum; revera per remedia canonica præcavet vel eradicat gliscentes abusus apud populum sibi commissum; atqui ad applicanda prædicta remedia casibus particularibus, prælatus debet diligentem inquisitionem instituere ne innocentes puniantur, rei vero incolumes habeantur ab omnibus poenis. Imo si, prætermisis cantelis forensibus, prælatus subditos corrigeret, facile exurgeret conjuratio malorum contra bonos, et optimi sacerdotes calumniis vexati poenis afficerentur: quod esset in detrimentum justitiae et auctoritatis episcopalnis. Pierantonelli, Praxis Fori Ecclesiastici, tit. II.

Cause disciplinare et criminales sunt illæ in quibus Ecclesia imponit penas medicinales et vindicativas. Penæ medi-

cinales ordinantur ad praecavenda mala et voluntarias peccati occasiones removendas; ad hunc finem, p̄aelatus potest uti, juxta reatus naturam, monitionibus, præceptis, exercitiis spiritualibus et censuris. Pœnae vindicativæ ordinantur ad delicti repressionem et delinquentis coercionem; ad hunc finem, p̄aelatus potest clericos delinquentes suspendere, interdicere, transfeire de officio majori ad minus, privare officio, deponere et degradare. De pœnis medicinalibus et vindicativis acturi sumus in libro quarto.

Diversimode Ecclesia causas disciplinares et criminales cognoscit et dirimit: preter modum ordinarium procedendi, tres sunt modi extraordinarii, qui admittuntur vel ob delinquentis malitiam, vel ob delicti notorietatem. De diversis modis procedendi in causis disciplinaribus et criminalibus exoritur tractatio.

§ 54. *Nationes clericorum.*

DE MODO OECONOMICO PROCEDENDI

IN CAUSIS DISCIPLINARIBUS ET CRIMINALIBUS

Ecclesia in pluribus locis impeditur quoniamus suam jurisdictionem contentiosam explicet in rebus que ad ejus tribunal deferuntur. Ea est enim in fere omnibus regionibus lugenda Ecclesie conditio, qua non valeat effici et brachium saeculare invocare ut testes compareant eoram tribunalibus ecclesiasticis et deponant: unde Ecclesie relinquuntur tantum usus penarum spiritualium, que plures parum movent.

Saneta Sedes, praesenti Ecclesiae conditione mature persensa, et considerato defectu mediorum aptorum pro regulari euriarum episcopaliis ordinatione, indulsit Orlinariis locorum ut juxta formas magis oeconomicas procedere valeant in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum. Ad hunc finem, S. Congregatio Ep. et Reg., die 11 Junii 1880, edidit instructionem in favorem episcoporum Italie; sed episcopi Gallie quæsierunt et obtinuerunt, die 14 Jan. 1882, ut eadem methodo procedere possent in eausis disciplinaribus et criminalibus; imo instructio 11 Junii 1880 indicat modum quo nunc regulariter proeeditur apud eurias episcopales.

Vi decreti noni, concilii Quebecensis sexti, erectæ fuerunt officialitates quæ judicant eausas clericorum; archiepiscopus Quebecensis, in promulgando hujusmodi decreto pro sua dioecesi, merito reputat instructionem 11 Junii 1880 indicare normam qua officialitates seu tribunalia ecclesiastica hujus regionis procedere possunt in causis clericorum cognoscendis et dirimendis. Litteræ ad elerum, 18 Februarii 1882.

In Statibus Foederatis, norma proeedendi exponitur in

irstructione *Cum magnopere*, quam S. Congregatio de Propaganda Fide edidit anno 1884 et tertium concilium plenarium BaltimoreNSE explanavit. Tit. X, cap. 3, De modo procedendi in causis criminalibus clericorum. Hæc instructio *Cum magnopere* non differt substantialiter ab instructione *Sacra hæc*: unde in materiæ expositione attendemus annotationibus concinnatis sive a concilio BaltimoreNSE, sive a commentatore, S. B. Smith, Elements of Ecclesiastical Law, vol. III, et New Procedure.

Præmissa instructione *Sacra hæc*, exponemus modum œconomicum procedendi in titulis qui sequuntur.

12 Rationes enarrat. et statut. INSTRUCTIO

Est. v. 1. Vranc.

De modo quo canonice procedere debent curiae ecclesiasticae in causis disciplinaribus et criminalibus clericorum.

RATIO INSTRUCTIONIS

*Exordium
instructionis
Ratiocinatio
ratio et
processum
disciplinare.*

“ Sacra hæc Episcoporum et Regularium Congregatio, mature praesenti Ecclesiæ conditione perpensa, quæ pene ubique impeditur quominus externam explicet suam actionem super materias et personas ecclesiasticas, et considerato quoque defectu mediorum aptorum pro regulari Curiarum ordinatione, constituit facultatem Ordinariis locorum expresse concedere ut formas magis œconomicas adhibere valcant in exercitio sue disciplinaris jurisdictionis super clericis. Ut autem tota justitiae ratio sarta tectaque maneat, serveturque processuum canonica regularitas et uniformitas, opportunum censuit sequentes emanare normas, a Curiis servandas.”

EJUSDEM DIVISIO

“ Art. 1. Ordinarius, pro suo pastorali munere, tenetur disciplinam correptionemque clericorum ita diligenter curare

ut circa eorum mores assidue vigilet, ac remedia a canonibus statuta sive præcavendis, sive tollendis abusibus in clerum aliquando irrepentibus provide adhibeat."

"Art. II. Hæc vero remedia, alia *preventiva* sunt, alia *repressiva*. Illa quidem ad præpedienda mala, scandalorum *causa*, *notitia*, stimulos amovendos, voluntarias occasiones et causas ad *delinquentium proximas vitandas* ordinantur. Hæc vero eum in finem constituta sunt ut delinquentes ad bonam frugem revocentur, ac culparum *consecatoria* c medio tollantur."

"Art. III. Conscientiæ Ordinarii remittitur cujusque remedii applicatio, canonicis præscriptionibus servatis, pro casuum ac circumstantiarum gravitate."

REMEDIA PRÆVENTIVA

"Art. IV. Præventiva remedia sunt præcipue: *spiritualia exercitia*, monitiones, præcepta."

"Art. V. Antequam vero adhibeantur, summaria factorum recognitio præcedat oportet, cuius notitiam Ordinarius servari curet, ut, si opus sit, ad ulteriora procedere possit, et ut auctoritatè ecclesiastice superioris gradus, in casu legitimi recursus, totius rei rationem reddat."

"Art. VI. Canonicae monitiones, vel secreto fiunt (etiam per epistolam vel per interpositam personam), ad modum paternæ correptionis; vel juxta formam legalem, ita tamen ut illarum executio ex aliquo actu pateat."—Cf. art. XIV.

"Art. VII. Quod si monitiones in irritum cedant, Ordinarius jubet per curiam delinquenti analogum præceptum intimari, ita ut in hoc explicetur quid ipse vel facere vel vitare debeat, addita respectivæ pœnæ ecclesiastice communione, quam, si præceptum transgrediatur, incurret."

"Art. VIII. Præceptum delinquenti, a curiæ cancellario, coram vicario generali, injungitur, aut etiam coram duobus testibus ecclesiasticis vel laicis spectatæ probitatis."

“ 1º Aetus injunctionis præcepti signatur a partibus præsentibus, et a delinquente etiam, si velit.”

“ 2º Vicarius generalis jusjurandum testibus imponere potest de secreto servando, si prudenter a natura rei, de qua agitur, id requiratur.”

2^o Diversa eligenda - MEDIA REPRESSIVA

“ Art. IX. Quod vero pertinet ad remedia repressiva seu penas, animadvertant Ordinarii in suo plene vigore manere remedium extrajudiciale *ex informata conscientia*, pro occultis reatibus a S. Concilio Tridentino constitutum, sess. XXIV, cap. 1, de Ref.”

“ Art. X. In actione criminali, vel ob præcepti inobservantiam, vel ob communes reatus, vel ob ecclesiasticarum legum transgressionem, processus summarie et sine strepitu judicii, servatis semper in tota sua substantia justitiae regulis, conficiatur.”

PROCESSUS INFORMATIVUS

“ Art. XI. Processus ex officio instruitur, vel accepto supplici libello, vel accusatione, vel nuncio quoquomodo ad curiam perlato; et usque ad terminum perducitur eo consilio ut omni studio ac prudentia veritas detegatur, ac tum de crimine, tum de reitate vel innocentia accusati, causa eliquerit.”

“ Art. XII. Compilatio processus committi potest probo ac perito viro ecclesiastico, cui assistat actuarius.”

“ Art. XIII. In qualibet curia episcopali, procurator fiscalis constituatur, ut justitiae et legi satisfaciat.”

“ XIV. Pro intimationibus vel notificationibus, si apparatores curiae desint, utatur episcopus persona aliqua qualificata, que eas exhibeat, ac de hoc ipsum certiorem reddat; vel etiam a curia, per publicos tabellarios commendatae (quibus locis hoc systema vigeat), transmittantur, exquisita

fide exhibitionis atque acceptio*n*is vel repudii. Intimationes et notificationes semper in scriptis absolute fiant."

PROBATIONES

"Art. XV. Delicti fundameutum erui potest ex ipsa expositione habita in processu, quæ authenticis informationibus, vel confessione extrajudiciali, vel testium depositionib*us* confirmetur; transgressio vero præcepti ex ipso decreto et actu intimationis, ad normam art. 7 et 8 factæ, deducitur."

"Art. XVI. Ad admittendam rei culpabilitatem, necessaria est probatio legalis, quæ iis momentis constare debet, quibus veritas vere demonstrata elucescat, vel saltem moralis convictio inducatur, quocumque rationabili dubio oppositi remoto."

TESTES

"Art. XVII. Personæ quæ examini subjiciendæ sunt separatim audiuntur."

"Art. XVIII. Testes ad probationem, sive ad defensionem, si legalia impedimenta id non prohibeant, andiantur, præstito juramento de veritate dicenda, et, si res postulet, etiam de secreto servando. Itaque, antequam testificantur, tum de veritate, tum de secreto jurent.

Eo magis de officio fidcliter adimplendo, et de secreto pro rei de qua agitur exigentia servando, omnes juraimento obstricti sint oportet, qui in instructione processus, ex suo munere, partem aliquam habeant."

"Art. XIX. Testes qui in locis longe dissitis vel in aliena dioecesi degunt, mediante auctoritate ecclesiastica loci in quo manent, examinentur; in quem finem specimen factorum transmittetur: quæ quidem auctoritas, in responsione, uormas in hac instructione contentas obsrvabit."

"Art. XX. Si indicentur testes qui de factis vel circumstantiis ad meritum causæ substantiale spectantibus interro-

gandi essent, nec examinari possint, vel quia non licet aut debet eos citare in judicium, vel quia rogati adesse reusant, necesse est id in actis eommemorare; eorumque deficientiae suppletur testimoniis aliorum qui, vel de relato, vel aliter, rem, de qua queritur, noverint."

3^o Procedura criminalis - REI EXAMEN

"Art. XXI. Ubi id omne quod ad veritatem factorum constituendam, et culpam accusati probandam pertinet, absolutum fuerit, imputatus, intimatione scripta, ad examen vocatur."

"Art. XXII. In intimatione, nisi prudentia obstet, accusationes contra reum perlatae per extensum referuntur, ut ad responsionem se preparare possit."

"Art. XXIII. Qnod si, ob accusatioum qualitatem, vel alia de causa, haud expedit ut in intimatione exprimantur, in hoc satis erit innuere ipsum ad examen vocari ut in causa, de qua contra eum fit inquisitio, sese defendat."

"Art. XXIV. Si ad examen accedere reusset, iterum fit intimatio, atque in ea congruum tempus peremptorium prefinitur, intra quod reus eoram tribunali se sistere debeat, eique significatur, si nou pareat, contumacem esse judieandum: quam intimationem si, haud probato legitimo impedimento, transgrediatur, ut contumax de facto habebitur."

"Art. XXV. Verum, si ad examen accedat, audiatur; et, ubi inductiones alieujus valoris exhibeat, eæ, quantum fieri potest, accurate disentiantur."

CONTESTATIO DELICTI

"Art. XXVI. Dein accedendum est ad contestationem delicti et argumentorum quæ prostant, ut inquisitus qua culpabilis habeatur, et penas canonicas incurrisse censeatur."

"Art. XXVII. Inquisitus, ubi ex his noverit quæ in

actis contra ipsum relata sunt, ad ea respondere potest, ac, si velit, utetur iure defensionis a se ipso peragende."

REI PARANDA DEFENSIO

"Art. XXVIII. Potest etiam, si postulet, obtinere ut terminus ad defensionem scripto exhibendam præfigatur: maxime si, ob ea que art. 23 indieata sunt, responsione ad accusations contra se latas parare non potuerit."

"Art. XXIX. Absoluto processu, redactor actorum summarium præcipuorum argumentorum, quae ex ipso eluent, conficiat."

"Art. XXX. Qua die causa proponetur, inquisito fiet facultas defensionem suam per alium sacerdotem, suo nomine, peragendi. Quod si idoneum non reperiat, laicum catholicum adhibere potest. Quisque autem ex iis ab Ordinario approbatus est."

"Art. XXXI. Si vero reus defensorem deputare recuset, Ordinarius illum ex officio designabit."

"Art. XXXII. Defensor, debitibus sub cautelis, in cancellaria curiæ, processum ejusque summarium inspiciet, ut reum tueatur; ac defensionem, ante causæ ipsius propositionem, scripto exhibere poterit. Ipse quoque ad juramentum de secreto servando tenetur, quando judex insolem causæ id postulare censuerit."

PRÆPARATIO DISCUSSIONIS

"Art. XXXIII. Processus, ejusque summarium, ad procuratorem flscalem mittitur ut officio suo fungi possit; dein ad Ordinarium remittitur, qui, ubi in plenam causæ cognitionem devenerit, diem constituet in qua ejus discussio ac decisio locum habeat, idque inquisito significari curet."

PROPOSITIO CAUSAÆ

“Art. XXXIV. Praestituta die, causa coram episcopo vel vicario generali, praesente procuratore fiscalis, defensore et cancellario, proponitur.”

“Art. XXXV. Auditio fisci procuratore, ac defensione rei, sententia pronuntiatur, ejusque pars dispositiva cancellario dictatur, expressa mentione facta, si damnationi sit loens, sanctionis canonicae quae contra imputatum applicatur.”

“Art. XXXVI. Sententia reo intimetur, qui potest ad anuctoratem superioris instantiae appellationem interponere.”

*4 - Curia Appellativa
in causa de locis* APELLATIO

“Art. XXXVII. In appellatione, observentur normæ expressæ in Constit. sa. mc. Benedicti XIV, *Ad militantis*, diei 30 martii 1742; ac ceteræ indictæ a S. C. Episc. et Reg., decreto diei 18 dec. 1835, et epistola circulari dici 1 ang. 1851.”

“Art. XXXVIII. Intra terminum deceun dierum a notificatione sententiae, interpositio appellationis fieri debet: quo elapso tempore, sententiae exsecutio locum habet.”

“Art. XXXIX. Appellatione interposita, continuo curia ad anuctoratem ecclesiasticam superioris instantiae omnia acta causæ in suis autographis, id est, processum, ejus sumarium, defensionem ac sententiam mittit.”

“Art. XL. Hac porro superioris instantiae auctoritas, appellatione cognita, appellanti injungit ut intra triginta dics defensorem deputet, qui ab ipsa approbandus est.”

“Art. XLI. Eo termino peremptorio frustra elapso, censetur rens beneficio appellationis renuntiasse, quam propterea index gradus superioris peremptam declarat.”

“Art. XLII. In appellatione a sententia curiae episcopalibus ad metropolitanam, archiepiscopum, in causa cognoscenda ac definienda, eadem procedendi methodo utetur quæ in hac instructione indicatur.”

MONITA FINALIA

"Art. XLIII. Si clericus, ob communes reatus, a civili potestate, privilegio fori nou obstante, processui ac judicio subjiciatur, Ordinarius suminariam informationem criminis assumit, ac inquirit num, ad normam sacrorum canonum, infamiae, irregularitati, vel alteri ecclesiastice sanctioni loens esse possit.

Pendente judicio, vel imputato in carcere detento, prudens consilium erit ut Ordinariis ordinationes mere provisorias adhibeat.

Judicio absoluto, si liber accusatus remittitur, curia episcopalis, juxta informationes, ut supra, assumptas, ea ratione procedet que in hac instructione constituitur."

"Art. XLIV. In casibus dubiis, diversisque in praxi difficultatibus, Ordinarii Sacram hanc Congregationem consulunt, ut contentiones ac nullitatem actorum devitent."

"Art. XLV. Haud ita facile curiae episcopales ad damna vel expensas resarcendas damnari poterunt; quoties enim ex processu informativo indicia sufficientia ad ageundum contra inquisitum appearant, iudex appellationis a talibus damnationibus abstineat, cum ea indicia sufficient ut in judice, qui antea processit, ea vera et propria calunia excludatur, que ad hujusmodi damnationem requiritur."

*Accusatio modis iste quae per viam
inquisitionis seu. Non est pro illa
modo.*

TITULUS V DE INTRODUCTIONE CAUSA

Innocentius III, in Concilio Lateranensi IV, exposuit potiores modos incipiendi instantiam judicialem: "Ad corrigendos subditorum excessus, tanto diligentius debet p[re]latus assurgere quanto damnabilius corum offensas desercret incorrectas. Contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem et inquisitionem ipsorum: ut tamen in omnibus diligenter adhibeatur cautela ne forte, per levc compendium, ad grave dispendium veniatur, sicut accusationem legitima debet procedere inscriptio, sic et denuntiationem charitativa monitio et inquisitionem clamosa insinuatio prævenire: illo scupper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiae quoque forma dictetur." Apud Decretales, lib. V, tit. I, cap. 24. Unde tres sunt modi ordinarii quibus incipitur instantia judicialis in causis disciplinaribus et criminalibus, videlicet per viam accusationis, denuntiationis et inquisitionis, quibus addi potest exceptionis, ut colligitur ex capite *Super his*, 16, tit. I, lib. V.

Non loquimur de modo procedendi ex informata conscientia et ex notorio, qui sunt modi extraordinarii, de quibus postea erit disserendum.

CAPUT I

DE NORMA PROCEDENDI PER VIAM ACCUSATIONIS

Accusare
931. Accusare est affirmare judici aliquem delinqusse, ad publicam vindictam, et assumpto probandi onere. Ad accusatorem pertinet omnia probandi, *ad iudicem* ad hoc vicinam vindictam.

Plures a jure requiruntur conditions in ipso modo propo-

nendi accusationem.

Accusare ut eure est delatis vel
scientiis factis, ut ad iudicem con*petere*
ad hoc vicinam vindictam.
Si minor id est iudicis delationis
firri.

1º Oportet ut accusatio proponatur in scriptis, seu per libellum, ex canone *Accusatorum*, 1, causa 3, quæst. 8: "Accusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto." Attamen, ex legitima consuetudine, potest accusatio fieri oretenus et sine scriptura, dummodo per notarium publicum in scriptis redigatur.

2º Libellus accusatorius debet esse rite formatus; debet nempe exprimere: *a*) nounen judicis apud quem sit accusatio; *b*) nomen accusatoris et accusati; *c*) speciem delicti; *d*) annum et mensem quo delictum fuit commissum. Quod si una ex prædictis circumstantiis omittatur, libellus tanquam vitiosus ex officio rejici debet. Dies commissi criminis tutius omittitur, ob difficultatem probaudi. Excipe, nisi accusatus petat sibi diem et horam nominari; tunc accusator ad hoc cogi posset, ne alioquin reo tollatur defensio, quæ facilis ipsi est, si demonstret se eodem die, vel hora, qua crimen commissum dicitur, non fuisse in loco, vel cum aliis conversatum fuisse.

3º In libello apponi debet subscriptio qua accusator ad poenam talionis subeundam sese obligat, si falso accusasse deprehendatur, ut colligitur ex decretali citata: "Accusationem legitimam procedere debet inscriptio."

932. Plures sunt effectus accusationis:

1º *Quoad judicem*, *a*) si sit illegitima, tenetur judex ex officio repellere accusatorem inhabilem seu non idoneum, etiamsi pars adversa contra illum exceptionem non moveat; *b*) si accusatio sit legitima, tenetur judex eam admittere, etsi accusatus infamia delicti non laboret; *c*) posita accusatione legitima, potest judex accusatum citare ut personaliter compareat, et etiam apprehendere, modo delictum sit atrox. Schmalzgrueber, in tit. I, lib. V Decretalium.

2º *Quoad accusatorem*, *a*) tenetur intentatum crimen probare; si in probatione defecerit, et consequenter temere litigasse convictus fuerit, tenebitur ad reficiendas expensas

litis a se motæ; b) si constet accusatorem scienter et ex malitia calumniatum esse, ei applicanda est pena talionis, id est, eadem pena quam subire debuisset reus, si crimen fuisset probatum, vel similis; c) accusator, qui ex malitia accusavit, evadit de jure infamis.

3º *Quoad accusatum*, a) pendente accusatione, regulariter non potest accusatus ad novas dignitates promoveri; b) finita causa discussione et criminis legitime probato, reus condemnandus est ad penam ordinariam, id est, a jure pro tali criminis determinata, si qua sit; si nulla sit, ad penam arbitrio judicis determinandam.

Art. 2. art. 100
accusatur, ut
in criminis
reus, per cuius
fractione.

933. **Non censetur abrogata accusatio**, quamvis hodie in foro ecclesiastico sere nunquam procedatur per hanc normam. Ob penam talionis enim accusator erat obnoxius, pauci volnissent se exponere periculo accusationis, et crimina multa remanebant impunita; ad hos abusus coercendos, Innocentius III, in decretali citata *Qualiter et quando*, introduxit viam denuntiationis et inquisitionis. Accusatio non recessit a jure, et habenda est etiam hodie nisi modus legitimus incipiendi instantiam criminalem, ut probat Instructio *Cum magnopere*, art. 11.

CAPUT II

DE NORMA PROCEDENDI PER VIAM DENUNTIATIONIS

934. **Denuntiatio est: Manifestatio alienus delicti facta superiori, non assumpto probandi onere.**

Dividi solet in *evangelicam* et *judiciale*.

1º *Evangelica* (qua etiam paterna, fraterna et charitativa nuncupatur), ea est quæ fit superiori tanquam *patri*, non ad publicam vindictam, sed ad paternam correctionem et emendationem denuntiati. Vocatur evangelica eo quod a Christo Domino tradita et prescripta reperiatur in Evangelio S. Mat-

thaei, cap. 18, v. 15. Hæc ad iostri tractatus scopum non pertinet.

2º *Judicialis* ea est quæ fit superiori ut *judicii* ad vindictam publicam.

Judicialis denuntiatio dividi potest in denuntiationem *delicti patrandi* et in denuntiationem *delicti patrati*. Prior locum habet, quando denuntiatur impedimentum quo laborat qui vel matrimonium inire, vel ad ordines intendit promoveri. Posterior habetur, quando delictum ab aliquo commissum jndie declaratur.

935. Quenam delictu possunt denuntiari, resolvitur per sequentes regulas.

1º Denuntiati potest quodlibet delictum, de quo fama jam existit, etiamsi denuntiaus exhibere judicii nequeat ulla lia media ad delictum probandum. Talis denuntiatio prava dici nequit, ex eo quod denuntiati famam kedat, quia ex hypothesi denuntiatus est jam diffamatus; unde si forte innocens sit, expedit ei ut judicium interveniat et sic ab omni suspicione vindicetur.

2º Delictum occultum, etiamsi probari possit, denuntiari nequit judicialiter, seu ad vindictam publicam. Ratio hujus regule est, quia jus tuetur famam subditorum et eorum diffamationem prohibet; jamvero in hypothesi criminis occulti, reus adhuc sua bona aestimatione gaudet in communitate. In eo casu, datur locns denuntiationi evangelice, ut superior delinquentem secreto et nomine praesente moneat et paterne corrigat. Graviter peccaret superior si denuntiatum publice puniret et in eum judicialiter procederet, quia, ut ait Reiffenstuel, in tit. I, lib. V Decret., num 74, superior "injuste et graviter diffamaret subditum, nec paternus corrector sed injustus proditor esset."

3º Si crimen occultum remanserit et probari nequeat, denuntiari judicialiter non potest. Unde sequitur non posse delictum judicialiter denuntiari, si praeter denuntiam, unus

*Ex parte
causam faciens*

tantum illud noscat: revera ad probationem judicialem non sufficit unius testimonium, et denuntians testis esse non potest in causa denuntiata. In casu quo duo tantum delictum testari possint, et velint illud denuntiare, debent curare ut denuntiatio fiat per tertium, qui duos hujusmodi testes judicii nominabit.

Ad prefatam regnam dantur exceptiones: *a)* si delictum occultum, quamvis probari nequeat, communitati grave detrimentum sit illatum; *b)* si agitur de crimen heresios, ob periculum communne, ut colligitur ex propositione damnata ab Alexandre VII, hujus tenoris: "Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hereticum, non teneris denuntiare, si probare non possis." Manpied, De Judiciis, lib. XIII, pag. 859.

'936. JUS PLURA REQUIRIT UT DENUNTIATIO SIT JUDICIALIS:

1º Requiritur ut denuntiatio fiat per libellum, id est, ut in scriptis offeratur, vel oretenus a denuntiatore proposita, saltem per notarium publicum scribatur et in acta redigatur.

2º Ut exprimatur nomen judicis, denuntiantis et denuntiati.

3º Ut exprimatur delicti qualitas seu species.

4º Locus in quo patratum est.

5º Tempus, indicato saltem anno et mense. Haec omnia sunt de forma substantiali et ita necessaria, ut si quid horum omitteretur, processus esset nullus, et rens absolvendus, etsi nemo quidquam opponeret. Reiffenstuel, in tit. I, lib. V Decretalium.

6º Requiritur insuper ut denuntiator declareret testes, et judicis suggerat probationes et instrumenta quae habet.

7º Tandem, juxta plures, requiritur ut denuntiationem praecedat charitativa monitio; sed communior sententia negat. Cf. Bouix, De Judiciis, vol. II, part. II, pag. 48.

937. Plures sunt effectus denuntiationis judicialis:

1º *Quoad judicem*, a) denuntiatio judicialis aperit viam ad inquisitionem specialem, ita ut iudex, facta sibi denuntiatione vere judiciali, non tantum possit, sed teneatur ex officio inquirere et processum incipere, citando et examinando testes et alia probationis media per denuntiatorem contra delinquentem suggesta; Reiffenstuel, loco citato; b) si, facta denuntiatione, reus sit suspectus de fuga, vel ne testes subornet, impedit, terreat, etc., potest conjici in carcерem custodiae causa, etiam ante citationem, dummodo delictum sit grave et adsint sufficientia indicia delicti commissi.

2º *Quoad denuntiantem*, a) denuntians tenetur testes indicare et probationis media suggere; b) si verum non reperiatur delictum quod denuntiavit, denuntians habendus est ut *presumptus calumniator*, et ab officio et beneficio suspensi potest donec probaverit se bona fide egisse. Si convincatur ex malitia falso denuntiasse abetur ut *cerus calumniator*, et pœnas in calumniatores subire debet. Tit. II, De Calumniatoribus, lib. V Decret.

3º *Quoad denuntiatum*, pendente denuntiatione, non potest denuntiatns ad dignitates ecclesiasticas, nec ad sacros ordines promoveri, ex capite *Omnipotens*, 4, tit. I, lib. V. Sed denuntiatio non impedit honoris, dignitatis aut officii administrationem. Bouix, De Judiciis.

938. Hodie denuntiatio judicialis raro fit a privatis: in singulis curiis episcopalibus, constitundus est *procurator fiscalis* qui tueatur bonum commune, qui *ex officio* denuntiet reos judicii et in eos requirat ministerium judicis. Frequentior est denuntiatio quasi-judicialis, qua quis secreto judici manifestat delicta, testes et alia instrumenta quibus haec delicta probentur. Habita tali denuntiatione, iudex, pro

sua prudentia, videbit an ad inquisitionem sit proeedendum.
Stremler, Des Peines Eelesiastiques, pag. 105.

CAPUT III

DE FORMA PROCEDENDI PER VIAM INQUISITIONIS

Inquisitio est modus ordinarius ineipiendi instantiam erimalem ; aeeusatio et denuntiatio sunt modi antiquati qui rarissimi adhibentur. Remanent tamen etiam hodie modi legitimi, siquidem tum in Instructione *Sacra hoc*, 11 Junii 1880, tum in Instruzione *Cum magnopere*, anno 1884 edita, pro Statibus Fœderatis, inter modos ineipiendi instantiam adnumerantur. In ultima, art. 11, dicitur : " Processus ex officio instruitur, vel aeepto libello supplici, vel accusatione, vel nuncio quoquo modo ad curiam perlato."

939. **Inquisitio definitur : Investigatio criminis vel eriminosi per judicem legitime facta.** Reiffenstuel, lib. V, tit. I, num. 49.

Triplex est inquisitio: Prima est omnino *generalis*, qua in genere inquiritur an subditi servent leges, an eommittant erimina, an de ullo sit fama vel suspicio alieujus eriminis. Hac inquisitione generali utuntur prælati et superiores in visitatione provinciae et locorum subjeetorum.

Seeunda est *omnino specialis*, qua de certa persona et de certo ermine inquiritur : v. g. si queratur an Petrus eommis- serit simoniam, furtum, etc.

Tertia est *mixta*, quando vel solum erimen est speciale, vel sola persona : v. g. si queratur quis fecerit illud homieidium, vel an Petrus servet statuta.

Quælibet ex tribus formis inquitendi distingui potest in *paternam* et *judicialem*; *paterna* ad delinquentis emenda-

tionem instituitur, *judicialis* autem ad publicam delicti vindictam et in exemplum coeteris profuturum.

'940. Ad inquisitionem generalem, non requiritur ut existat clamosa insinuatio criminis. ^{ad hanc inquisitionem} ^{etiam} ^{inquisitio} ⁱⁿ ^{tit. I. lib. V. Decret., num. 161} ^{162.} Haec inquisitione, si fiat *paterne*, non ad vindictam criminis sed ad delinquentis emendationem ordinatur; cum de nemine in particulari inquiratur, nullius famam kedit et nulli nocet. Episcopus, ex officio et nullo denuntiante, nec nulla praecedente infamia, hanc inquisitionem perficit, quando visitat suam diocesim. Caput *Perniciosam*, 1, tit. XXXI, De Officio Judicis Ordinarii, lib. I,

2º Si inquisitio generalis fiat *judicialiter*, juxta plures quos sequitur Reiffenstuel, in tit. I, lib. V Decret., num. 161 et 162, requiritur aliqua suspicio vel presumptio criminis et debent haberi quedam indicia quod alicubi homines non bene vivunt. Ratio est, quia cum inquisitio generalis regulariter nonnisi modo paterno fiat, prelatus nequit sine causa aut motivo prudenti eam judicialiter instituere. Praeterea inquisitio judicialis tendit ad publicam vindictam et paucum; jamvero ad eam nemo condemnari potest sine accusatore. Ergo oportet ut ad minus habeatur rumor vel fama criminis, quae vicem accusatoris gerat.

3º Quando prelatus procedit ad inquisitionem generalem, debet declarare an *paterne* vel *judicialiter* procedat, quia aliter respondetur prelato interroganti qua *patri*, aliter si interroget qua *judex*.

'941. Quænam delicta licet manifestare in inquisitione generali? 1º In inquisitione generali paterna, licet omnia delicta etiam occulta prelato revelare, quia hujusmodi revelatio non ad vindictam publicam criminis, sed ad delinquentis emendationem ordinatur. Prelatus nunquam posset judiciale inquisitionem instituere circa delicta occulta quæ cognovit in paterna inquisitione, excepto tamen casu

quo tale esset oceultum delictum, ut qui novit teneatur illud judicialiter denuntiare, v. g. ne alioquin immineat grave damnum communitati, vel alicui tertiae personæ.

2º In inquisitione generali judiciali, debent prælato manifestari delicta notoria, de quibus existit fama publica.

a) Quando crimen est omnino oceultum, nee ullo modo potest probari, non debet revelari. Cum enim non possit probari, non potest quoque puniri, proinde non potest ex ejus revelatione aliud sequi quam infamia. Exeipe tamen duos easus quibus potest delictum superiori patefieri, etsi omnino occultum sit. Prior est quando id putatur neecessarium ad delinquentis emendationem : tunc aperiendum est superiori, non *ut judici*, sed *ut patri*, ut pro sua prudentia illud corrigat. Posterior est quando damnum tertiae personæ sine opera superioris averti nequit. Lessius, De Justitia, lib. II, cap. 29.

b) Quando erimen est quasi oceultum, id est, notum a duobus vel tribus testibus, cum in illo casu delinquentis fama adhue subsistat, non licet illud manifestare judici *judicialeiter* interroganti ; ratio est, quia, juxta caput *Qualiter et quando*, datnr obligatio revelandi sola delicta de quibus existit fama publica. Ita Lessius apud Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 97, et Stremler, Des Peines Eelesiastiques, pag. 140. Plures tamen huie sententiæ non subscrubunt.

942. Quoad inquisitionem mixtam, locum habet quando delictum est notum, sed delinquens non innotescit, vel viceversa quando quis diffamatur quin ullum ejus delictum innotescat.

1º In inquisitione mixta, generali circa personam et speciali quoad delictum, subditi regulariter non tenentur superiori manifestare auctorem oceultum delicti publici. Ratio est, quia superior non potest obligare subditos ut revelent oceultos peccatores, sed solum eos qui aliqua infamia labo-

rant. Multo minus occultus peccator tenetur seipsum prodere. Ita Lessius, loco citato. Dicitur *regulariter*, quia si ex delicto grave daninum alicui impenderet, interrogatus posset et etiam deberet auctorem delicti, etsi omnino occultum, manifestare.

2º Prædicta inquisitio mixta, generalis scilicet circa personam et specialis circa delictum, viam aperit inquisitioni speciali. Superiori quærenti: Quis commiserit tale sacrilegium, si respondetur quaedam indicia existere contra Titium, tunc superior incipiens inquisitionem specialem legitime poterit querere: An tale sacrilegium commiscerit Titius.

3º Inquisitio mixta, generalis respectu eriminis et specialis circa personam, qua inquiritur an Titius sit reus alicujus criminis, debet esse paterna, non judicialis. Ratio est, quia nemo potest accusari judicialiter de eriminibus in genere, sed requiritur prævia diffamatio de aliquo delicto in specie. Reiffenstuel, lib. V, tit. I, num. 169-70.

943. Inquisitio specialis est ea quæ fit de certa persona et de certo crimen, v. g. si queratur an Titius tale furtum ^{initiatum} commiscerit. Haec inquisitio fit *ex officio*, quando judex, *motu proprio* et nullo denuntiante, inqui. in aliquem ob indicia criminis; fit *ad instantiam denuntiantis*, quando ad querelam sive promotoris fiscalis, sive tertiae personæ, proceditur ad inquisitionem. Judex non potest *ex officio* procedere ad inquisitionem specialem nisi reus diffametur. Fungi potest sequens casus: Titius, clericus, grave delictum patravit, quod sufficientibus testibus et aliis documentis in judicio probari potest; fama tamen ejus illæsa remansit, cum delictum a paucis tantum innotescat. Quæritur an episcopus hoc resciens possit, nullo accusante vel denuntiante, contra Titium judicialiter per inquisitionis viam procedere.

Respondemus negative, quia est certa juris canonici regula superiorem non posse judicialiter contra quemcumque non-

dum diffamatum, per viam specialis inquisitionis, procedere. Rem omnino evineit caput *Inquisitionis*, 21, tit. I, lib. V Decretalium, in quo Innocentius III respondet pluribus episcopis; porro illi episcopi querebant utrum, cum duo aut plures jurati affirmant aliquem crimen aliquid, iisdem videntibus, commisisse, de quo aliqua infamia non laborat, aliquam illi poenam infligere debeant. De hoc casu Innocentius III sic jus declaravit et determinavit: "Ad haec respondemus nullum esse pro criminis, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non praecesscrit, propter delicta hujusmodi puniendum; quinimo super hoc depositum contra cum recipi non debere, cum inquisitio fieri debet solummodo super illis de quibus clamores aliqui praecesserunt." Hic agitur de crimine quod per idoneos testes probari potest in judicio; et nihilominus quia reus nondum est diffamatus, deeernit Pontifex eum non posse puniri; imo nec esse contra eumdem recipienda testimonia.

Idem evincitur ex capite *Qualiter et quando*, 24, tit. I, lib. V; ex capite *Postquam*, 1, tit. I, lib. V, in 6^o, et ex deeretali *Si is*, 2, tit. I, lib. V, in eodem 6^o Decretalium.

Ratio hujus depositionis est, quia jure naturali prohibetur ne cuilibet injuria per famae lesionem inferatur, nisi bonum communitatis, quod quisque tenetur etiam cum proprio detimento procurare, id exigat. Atqui in hypothesi criminis occulti, sed nec communitati, nec proximo nocivi, si fiat inquisitio, leditur fama rei quin excusat praetexta boni publici ratio: ergo talis inquisitio contra jus naturale consenda est. Non objiciatur tunc negligendam fore a superiori ipsius delinquentis salutem, nam consulendum est rei emendationi per viam *paterna* inquisitionis et correctionis.

¶ 944. **Prædicta regula plures patitur exceptiones:**

1^o Excipiuntur crimina heresis et apostasie; in his enim sine accusatore, etiam sine infamia, inquiri potest. Ratio est,

quia haec erimina sunt maxime nociva reipublicæ: ab his enim semper impendet aliis periculum perverionis. Requiritur tamen aliqua suspicio orta ex indieis non levibus.

2º Quando inquisitio non fit ad publicam delicti vindictam, sed ad malum aliquod imminens impediendum. Et sic inquisitio, etiam nulla precedente infamia, fieri jubetur, ne contrahatur matrimonium cum impedimento dirimente; similiter ne quis indignus ad prælaturam eligatur, jubetur præmitti inquisitio super vita, moribus et idoneitate promovendi.

3º Juxta communem sententiam, sine præcedenti infamia fieri potest inquisitio specialis de delictis quæ cedunt in damnum tertii, et a fortiori in damnum reipublicæ, dummodo aliqua saltem indicia adsint. Ad inquirendum contra haec crimina, sufficiunt minora ac leviora iudicia. Cf. Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 62.

1945. **Infamia a jure requisita ea est quæ oritur ab honestis, non a malevolis,** et insuper quæ ad aures superioris non semel, sed saepè pervenerit. Ita expresse declaravit Innocentius III, capite *Qualiter et quando*: "Si per clamorem et famam ad aures superioris pervenerit, non quidem a malevolis et maledicis, sed a providis et honestis; non semel tantum, sed saepè, quod clamor innuit et diffamatio manifestat." Rationem assignat Reiffenstuel, lib. V, tit. I, num. 191; "Si ex qualibet fama contra aliquem inquiri posset nullus, quantumvis honestus vir, unquam securus esset a speciali inquisitione et inde sequentibus præjudiciis, cum ex una parte vix ullus esset contra quem malevoli et improbi non male loquantur, ex altera vero parte dictum unius facile sequatur multitudo."

Requiritur infamia quæ per majorem partem communitatis fuit divulgata. Neeesse non est infamiam probari, quando judex procedit *ex officio*; sufficit ut judicis sit nota. Consultius est, ait Reiffenstuel, loco citato, ut judex, etiam dum ex

*delicta publica
revenit manus
et iudicis*

mero officio ad inquisitionem procedit, probati: nem infamiae præmittat. Nam poterit reus appellare, ex eo capite quod infamia non præcesserit; tunc coram judice appellationis tenebitur primus judex facere plenam fidem de prævia infamia.

1946. Antiquo juri Decretalium non est derogatum a Concilio Tridentino, nec ab Instructione 11 Junii 1880.

1º Ex capite 1, sess. XIV, Dc Ref., Patres Tridentini cesserunt episcopis facultatem procedendi extrajudicialiter, seu *ex informata conscientia*; cum non procedant *judicialiter*, non requiritur prævia infamia. Præterea, in capite 5, sess. XXIV, Patres memorant constitutionem Innocentii III, quæ incipit *Qualiter et quando*, et mandant ut ab omnibus servetur.

2º Instructio 11 Junii 1880 tradit modum procedendi œconomice in causis disciplinaribus, sed expresse cavit ut “tota justitiae ratio sarta tectaque maneat”; atqui, ut docent plures decretales tituli I, libri V, et confirmant veteres commentatores unanimi sententia, jus naturale omnino prohibet quominus procedatur judicialiter contra reum non adhuc diffamatum.

Plures sunt exceptiones quibus positis sufficienter tum justitiae administrationi, tum reipublicæ securitati consultitur. Auctores generatim admittunt judicem posse ad inquisitionem specialem procedere, quando reus delictum confessus est in judicio, vel judex scientiani illius sibi comparavit in inquisitione generali; ratio est, quia delictum in illis casibus fit notorium notorietate iuris. Item quando agitur de delicto quod juri tertiī vel reipublicæ adversatur, judex poterit inquire in non diffamatū. Quoad crima occulta, quæ soli reo nocent, Praelatus ad eorum repressionem procedere poterit per viam paternam.

**947. Quæritur an prævia infamia requiratur,
quando iudex procedit ad instantiam denun-
toris.**

*Culrone illi: si fisi vlaudum est tis inveni
l' objecti*

Denuntiator potest esse persona privata, vel persona publica, v. g. promotor fiscalis. Duæ sunt sententiae apud canonistas. Prima sententia negat, quando inquisitio specialis fit ad instantiam sive personæ privatæ, sive promotoris fiscalis diceesis. Ratio hujus sententiae est, quia non oportet ut quis eodem tempore sit iudex et accusator; hinc quando iudex *ex officio* procedit, requiritur prævia diffamatio quæ vicem accusatoris gerat, ut ait Innocentius III in celebri decretali *Qualiter et quando*: "Non tanquam idem sit accusator et iudex, sed quasi denuntiante fama, vel deferente clamore, officii sui debitum exsequatur." Unde nulla est necessitas præviæ diffamationis, quando adest accusator qui dat suum nomen, specificat delictum et indicat testes et argumenta quibus erimen probari posset.

Adest alia sententia quæ in utroque easu requirit præviam infamiam; eam tuetur Bouix, in suo tractatu *De Judicis Ecclesiasticis*. Argumenta utriusque videri possunt apud Stremler, *Des Peines Ecclésiastiques*, pag. 148 et seq.

948. Habita delicti denuntiatione, episcopus debet de illo inquirere.

Quædam sunt delicta *facti permanentis*, quæ post se relinquunt vestigia, ut incendium, homicidium, vulneratio, falsificatio monetæ; alia sunt delicta *facti transeuntis*, quæ nullum relinquunt vestigium, ut adulterium, blasphemia, injuriosa verba. Prelatus debet sibi comparare indicia et argumenta quibus probatur delicti existentia et auctor. Hinc, habita denuntiatione alicujus delicti, superior cui fit denuntiatio, probata infamia, colligit argumenta quibus aelictum ostenditur; hoc fit in aliqua inquisitione summaria et extrajudiciali, quam vocamus *ad notitiam Curiæ*.

Ex tali iuquisitione, videbit prelatus an et quomodo debeat procedere, scilicet *poterne* vel *judicialiter*. Cf. art. 5 Instructionis 11 Junii 1880.

949. Aliquando expedit ut res componatur sine iudiciorum incomunodis et superior sequatur viam paternam, præsentim quando reus fragilitate potius quam pravitate deliquit. Superior poterit recurrere ad media *preventiva* vel *repressiva*; præventiva ad occasiones peccati præcavendas ordinantur, sicut exercitia spiritualia, monitiones et præcepta; repressiva in hunc finem constituta sunt ut delinquentes ad bonam frugem revocentur, ac culparum consecratio e medio tollantur.

950. Monitio duplè fieri potest, ad arbitrii prælati, ncmpe 1^o vel in forma paterna et secreta, id est, extrajudiciali, non adstantibus quibuscumque personis; imo fieri potest per epistolam aut per interpositam personam, in qua eligenda nunquam satis cautus erit prelatus; 2^o vel in forma legali sen judiciaria, eam in actis redigendo. Ceterum tum in primo, tum in secundo casu, de monitionum exsecutione constare debet ex aliquo actu. Instructio 11 Junii 1880, art. 2, 3, 4, 5, 6.

Cf. 1104

951. Præceptum est jussio aliquid faciendi vel omittendi, ad penam delicti, a judice facta ei qui reus constiterit, saltem per summariam informationem, et præcedenter monitus fuerit.

1^o Præcepti forma traditur in citata Instructione 11 Junii 1880: Quod si monitiones in irritum cedant, Ordinarius jubet per curiam delinquenti analogum præceptum intimari, ita ut in hoc explicetur quid ipse vel facere vel vitare debeat, addita respectivæ penae ecclesiastice comminatione quam, si præceptum transgrediatur incurret.

2^o Præceptum delinquenti, a curiae cancellario, coram vicario generali injungitur, aut etiam coram duobus testibus ecclesiasticis vel laicis spectatæ pietatis.

a) Actus injunctionis præcepti signatur a partibus præsentibus et a delinquente etiam, si velit.

b) Vicarius generalis jusjurandum testibus impouere potest de secreto servando, si prudenter a natura rei de qua agitur, id requiratur. Art. 7 et 8 Instructionis 11 Junii 1880.

CAPUT IV

DE NORMA PROCEDENCI PER VIAM EXCEPTIONIS

Quartus modus ordinarius proponendi crima in judicio est per exceptionem, quod dupliciter fit: 1^o cum alieni crimen opponitur, ut a jure quodam privetur; 2^o cum alicui crimen opponitur ut arceatur sive ab agendo, sive ab accusando. Caput *Super his*, 16, tit. I, lib. V Decretalium.

952. **Exceptio in genere est exclusio actionis**, seu "Deponentum actione modus" seu *recessatio*, ob quam reus postulat ut actor dejiciatur ab eo quod interdit. Jamvero intentio actoris multipliciter impediri potest, e. g. objiciendo judicis incompetiam vel suspicionem; accusatorem non esse admissendum ad proponendam accusacionem; denuntiatorem ad denunciandum; testes ad testificandum.

Prout est modus coercendi crima, exceptio est objectio criminis facta alieni eo fine ut quodam jure privetur, vel ab agendo aut accusando arceatur. Res illustratur exemplis: Titius promovendus est ad aliquam parochiam, sed Caius, ejus adversarius, excipit Titium secreto adhaerere eidam propositioni haeretice; vel quidam parochus denuntiatur apud superiorem, sed clericus denuntiatns excipit denuntiatorem non mereri fidem.

953. **Exceptio criminis est medium legitimum defensionis.** *Non ille in causa nisi in causa* Reus excipiens debet exprimere locum et tempus criminis

commissi, sicut in via accusationis. Si excipiens probet crimen, accusator vel testis contra quem crimen illud probatur, non tantum removeri debet ab accusatione vel testificatione, sed etiam puniri poena a jure huic criminis statuta; si nulla poena statuta sit, condemnari potest ad penam arbitrio judicis determinandam.

Si e contra excipiens crimen non probet, a judice per sententiam specialem absolvi debet ille contra quem delictum objiciebatur; et quidem ita ut super eo crimine, etiam ab alio, denuo accusari non amplius possit. Cf. Schmalzgrueber, tit. De Accusationibus, num. 248, lib. V.

TITULUS VI

DE PROCESSU INFORMATIVO

Rubrica tituli VI, libri II Decretalium, prohibet ne, lite non contestata, procedatur ad testimoni receptionem vel ad sententiam definitivam; autem litis contestationem, punctum questionis determinatum non censetur, et incertum est utrum lis secutura sit, necne. Huic regulae derogatur in processu qui aconomice ventilatur: post libellum supplicem exhibitum, aut occasione querelae, aut eunuscumque notitiae a curia habita, processus ex officio instruitur, et colliguntur omnia instrumenta quae existentiam delicti ostendunt, etiam antequam reus citetur.

954. **Processus publico præmittitur processus præliminaris**, cum in fine ut juridice constet an adsint probationes legales, saltem semiplene, de delicto accusati: " Ubi id omne quod ad veritatem factorum constituendam et culpam accusati probandam pertinet, absoluendum fuerit, imputatus ad examen vocari potest." Inst. *Cum magnopere*, art 21.

Hinc quando prælatus, ex investigatione extrajudiciali, comperit accusationes contra clericum prolatas habere fundamentum non spernendum, et ex altera parte iutiliter adhiberi remedia preventiva et repressiva, debet fieri processus præliminaris et secretus, unde semiplene saltem constet de delicto. Et sane hoc ipso quod quis citatur ad comparendum in judicio criminali, supponitur reus alicujus delicti, fit suspectus de crimen apud populum, famæ diminutionem patitur et gravi meroe conficitur. Porro ipsa lex naturalis prohibet quominus cuiquam tantum gravamen inferatur

absque causa sufficiente, id est, absque delicti probatione legali saltem semiplena.

Hinc merito Instructio citata *Cum magnopere*, art. 44, innuit curias episcopales veram calumniam committere, et ideo ad damna reparanda condemnari posse a judice appellationis, quoties reum publice convenienter coram tribunal, antequam in processu informativo indicia sufficientia ad agendum apparent. Smith, *Compendium*, num. 1055.

Hic processus preeiens, ad informationem curiae, æquiparari potest investigationi quæ præmittitur processui criminali, in nostris curiis sacerularibus.

Concilia Mariae apocyni
Tit. III.
Pro St. I. Tercia.
Cf. Conc. II. Barium
Tit. I. art. 7

955. **In qualibet curia adesse debet procurator fiscalis ad justitiae et legis tutelam.** Art. 13 Instructio-

nis. Procurator fiscalis est persona quæ in curia episcopali defendit jura fiscalia, in quibus agitur de publica vindicta. Cf. quæ diximus supra, tit. II, num. 883.

1º Procurator fiscalis constitui debet, quando judex ex officio procedit; revera est essentiale in quovis judicio ut tres saltem adsint personæ, nempe judex, iudex et actor. Barbosa, *De Judiciis*, num. 7, judicium definit: "Actum trium personarum, judicis, actoris et rei, in judiciis legitime contendentium." Si procurator fiscalis non constitutatur, episcopus, qui est judex, deberet partes accusatoris suscipere, id est, ut judex et actor simul judicio adstare: quod essentiae judicii repugnat.

2º Procurator fiscalis æquiparari potest advocate publico (*Avocat de la Couronne*), qui coram tribunalibus criminalibus tuerit jura publica.

956. **Processus informativus confici potest ab aliquo ecclesiastico viro, probo ac idoneo.** Art. 12 Instruc-

tionis.

Hic vir idoneus solet vocari *Auditor curie episcopalis*, et comparari potest *Judici instructionis* (*Juge des sessions*)

Cf. - N° 883

de la paix), qui, habita notitia eriminis, convenit reum, eitatis testes, et in quadam præliminari inquisitione judicat an accusatus debeat deferri ad tribunal criminale, neene.

1º Episcopus, aut Officialis, nulla lege tenetur notionem causæ alteri committere; eam posset sibi reservare, quanvis multum deceat ut ab alio perficiatur. Revera judex, qui audit testes et damnavit reum ad tribunal criminale ut judicetur, pro certo habet accusatum esse reum eriminis quo arguitur; hinc quomodo posset, jam persuasus de culpabilitate rei, praesce eum aequitate processui publico? Index, ad instar *Justitiae*, quæ tenet stateram ejus utraque lana stat in equilibrio, debet, ante processum publicum, aequaliter sese habere ad innoecitiam vel culpabilitatem accusati. Cf. D. Peries, pag. 40.

2º Quando inquisitio judicatur necessaria, procurator fiscalis auditori porrigit libellum qui indicat delicta quibus accusatur rens. Episcopus, ex sola denuntiatione et inquisitione extrajudiciali, nequit aperire processum publicum; sed constituit auditorem judicem delegatum, qui colligat argumenta, audiat testes et definiat an locus sit proeedendi judicialiter contra accusatum, vel non. Hinc auditor habet solam notionem causæ, et eo consilio proeedit, ut majori quod fieri potest cautione ac prudentia veritas detegatur. Art. 11 Instructionis 11 Junii 1880.

'957. **Auditor curie adstare debet actuarius.** Solent pro synonymis adhiberi vocabula aetuarii et cancellarii; item ^{in fiduciis} *ad*h*abita notarii*; item ^{et} plures aetnarios eum notariis confundunt. Abstrahendo a particularibus locorum consuetudinibus circa modum haec vocabula interpretandi, haec differentia videtur inter notarios et aetuarios seu cancellarios existere, quæ inter genus et species interredit. Qui fuit creatus notarius, sed nondum ad exercendum in aliqua curia aut cancellaria officium suum deputatur, servat nomen notarii; notarius dieitur actuarius,

ex eo quod aeta judicialia et processum consignat et confirmat; quia illud officium exercetur in aliqua curia aut cancellaria, hinc actuarius passim dicitur cancellarius. Craisson, Manuale Jur. Can., vol. IV, num. 5775.

'958. Auditor, habita sua commissione, debet ad compilationem processus procedere.

1º Auditor, non eitato reo, debet colligere argumenta quae ad existentiam delicti referuntur; fundamentum delicti eritur ex violatione precepti, vel argumentis quibus accusatio nititur. Art. 15.

a) Unde auditor citat testes qui ad mentem procuratoris fiscalis possunt in reum deponere. Si desint apparitores in curia, citationes per qualificatam personam aut litteras assecuratas mitti possunt, ita tamen ut de exhibitione atque acceptance vel repndii certo constet. Art. 14.

Testes qui in locis longe dissitis vel in aliena diocesi vivunt, mediante auctoritate ecclesiastica loci in quo manent, examinantur. Si testes eitati renuant comparere, vel quia nolunt reo nocere, vel quia timent apparatus judiciale, auditor *per se* posset in eos animadvertere censuris. In praxi, consultius est ut a paenitentiis et censuris se abstineat, et testibus non eocomparentibus suppleat per alios testes, ad normam articuli 22.

b) Auditor debet deferre juramentum testibus antequam admittantur ad deponendum; prius eos gravibus verbis monet de obligatione veritatem dicendi, et postea petit ab eis juramentum, tactis saerosanctis evangelii, praestari. De jure communi, deberet admoneri adversarius ut ad præstationem juramenti et eorum depositionem veniat; haec in pluribus casibus nequeunt servari. "Plures testes, ait anetor Praelectionum Sti Sulpicij, nolunt deponere nisi sub lege secreti, ea scilicet conditione ut reus penitus ignoret illorum nomina, nec ea legitimate suspicari queat: unde impossibile est servari jura quibus prescribitur ut nomina testium communieentur

prævento, ito ut iidem testes stent in curia et juramentum præstent co[m] illo." Vcl. Tif, pag. 99.

c) Testes debent præstare juramentum de veritate dicenda, et, si res postulet, de secreto servando. Art. 18. Non tantum testes, sed omnes qui partem habent in processu præliminari tenentur ad illud præstandum : scilicet auditor curiae, proeurator fiscalis, cancellarius, apparitores spondent et jurant suum officium fideliter adimplenturi, et silentium servaturi, si res postulet. Ipse advocatus rei eogi potest ad juramento de secreto servando præstandum, si natura rei secretum suadeat. Smith, New Procedure, num. 245.

d) Testes debent audiri separatum, ita ut testis depositionem alterius testis non audiatur, ad vitandum periculum collusionis. In capite *De Testibus*, exposuimus regulas a judice servandas in testes interrogando. Regula generalis est quod testes debeut examinari in loco rebus contentiosis adscripto ; datur exceptio pro *personis egregiis*, seu in dignitate constitutis, ad quas judex cum aliis officialibus tribunalis accedere debet ut examinentur. Quoad personas miserabiles, eis erogentur subsidia unde tribunal adeant, vel judex eas audeat. Peries, La Procédure Canonique pag. 55.

e) Casus dari potest quo factum criminis illis imotescat quos super criminibus clericorum testes adhibere imprudens, imo damnandum esset. Hoc fit quando hujusmodi testimonia perhibenda essent ab impiis hominibus religioni adversis, qui valde latentur quando ipsis opportuna datur occasio delictum clerici in vulgus edendi et extollendi. Tunc maxime curandum est ut alii inveniantur testes, qui de relato, id est, de rebus quas ab aliis narrari audiverunt, deponant. Eadem ratio agendi servetur, quando testes, licet vocati, ad curiam accedere renuant. Acta Sancte Sedis, vol. XV, pag. 388.

f) Data depositione, testi permittitur ut eam legat, corrigat et ei subserbat.

2º Auditis testibus et perpensis aliis argumentis ad eausam spectantibus, si non emerserit saltem semiplena probatio delicti, judex edet decretum de non ulterius procedendo, in hunc aut similem modum. Bouix, De Judicis, pag. 548 :

“ Cum ex informatorio processu jam absoluto, ne semiplena quidem emerserit probatio de praetenso delicto a Domino N. perpetrato, nempe quod (et ibi exprimatur delictum), cumque hoc ipso desint a jure requisita ut dietus Dominus N. legitimate possit reus constitui et examinari, decrevit reverendus N., Judex, non esse contra eum ulterius procedendum.

Aeta sunt haec die..., mensis..., anno...

N..., Judex.

N..., Actuarius.”

Hoc documentum in archiviis curiae servandum est.

3º Quando, absoluto informatorio processu, exurgit saltem semiplena probatio delicti, reus citandus est, quod fieri potest juxta hanc formulam ab actuario adhibendam :

“ Cum ex aetatis haetenus, ad minimum semiplena habeatur probatio de delicto (vel delictis) Domino N. objecto, nempe quod (et ibi delictum vel delicta exprimantur); cumque sic ex informatione summaria emerserint a jure requisita ut dietus N. possit reus constitui, et constitutus legitimate examinari; deerevit reverendus N., Judex, prefatum N. reum constituere et examinare, aliaque prout de jure prosequi.

Aeta sunt haec die..., mensis..., anno...

N., Judex.

N., Actuarius.”

hinc eruntur et inde et initur s.

1959. Quoad citationem intimati, haec notentur:

1º Reus non est citandus, antequam omnia collecta fuerint quae facti existentiam atque delictum ostendant. Fieri enim potest ut testes culpam rei pretensi excludant: in hoc easu, ut diximus, processus ad secerum archivium relegandus est, quin imputatus se criminosa actionis accusatum fuisse sciat.

Livelbus est

2º Citatio accusati fieri potest ad normam articuli 14, scilicet per apparitores curiae, vel per personam qualificatam, aut litteras assecuratas, ita tamen ut de citatione in actis constet.

3º Non est semper prudens ut accusationes in actu intimationis comunicentur reo; aliquando accusationes suunt naturae ut tutum non sit eas scriptae intimationi tradere, vel concurrunt circumstantiae quae circumspectionem suadent. Quo in casu, satis erit, in actu citationis, intimato in genere indicare ipsum examini subjici oportere, ut accusationi cuidam respondeat. Acta Sanctae Sedis, vol. XV, pag. 389.

4º Quod "si ad examen accedere recuset, iterum fit intimatio, atque in ea congruum tempus peremptorium praefinitur, intra quod reus coram tribunali se sistere debeat, cique significatur, si non parcat, contumaciam esse judicandum; quam intimationem si, haud probato legitimo impedimento, transgreditur, ut contumax de facto habebitur." Art. 24. Contumacia non aequivalet confessioni, ita ut intimatus non comparens confiteatur implicite delictum quo arguitur, et judici liceat in eum procedere sicut in confessum; ut ait concilium Baltimorensis III, num. 313, quamvis contumacia argumentum reitatis maximum quidem suppeditet, quod confessioni comparatur, reitas contumacis non est presumenda, sed legaliter probanda. Contumacia inducit presumptionem reitatis; unde judex potest aperire processum publicum, ut reus judicetur et reitatis probetur.

Reus non habet iuramentum, va illa

960. **Quoad examen rei, plura debent notari:**

1º Reo non defertur iuramentum, ob periculum perjurii. Benedictus XIII, in concilio Romae habito, pro Dominio Temporalis, prohibuit ne "a reis in futurum per quoscumque judices et ministros, sub quocumque praetextu, causa et quæsito colore, juramentum exigatur; alias examen sive constitutum, ac acta omnia nulla sint in eo ipso, et irrita, omnique careant

contra reum effectu." Haec præscriptio, *præceptiva* in Dominio Temporali, est saltem *directive* in aliis euriis.

2º In interrogatoris, procedendum est eum ordine, et judex non debet transire de una re ad aliam pene diversam ut deinde redeat ad primam, plura cumulare quæ diligenter separanda sunt et singillatim proponenda; a levioribus et generalioribus indiciis ad proximiiora et urgentiora procedendum erit.

3º Judex, si fieri potest, debet eodem die totum examen rei explere. Revera, ut ait Pellegrini, *Praxis Vicarii Generalis*, part. 4, sect. 9. num. 37: "Si examen (eodem die) non finiatur, et reus aliquod verbum audiverit ex quo conjeeturari possit fuisse indicium contra illum, eum reassumetur examen, eauctius respondebit, quia nox quæ intermediat, eum sit cogitationis mater, suppeditabit insinuabitque illi responsiones captiosas et æquivocas." Unde, concludit idem auctor, magnam patientiam habere debet judex ut examen perficiat, eum ad interrogationes pervenerit in quibus sunt urgentiora et proximiiora delicti indicia.

5º Cum ad exitum perduetum fuerit examen, reo exhibendum erit, ut ipse sua manu quæ depositum subseribat, vel si seibere nesciat, ut sigillum crucis propria manu apponat. Deinde subseribent judex et notarius, seu actarius.

'961. Quando reus inductiones alienjus valoris exhibet, ea, quantum fieri potest, accurate discentur. Art. 25 Instructionis 11 Junii 1880.

Aliquando reus citatus plura allegat quæ, si vera sint, dispensant a litis contestatione; v. g. si reus litteris et documentis probet se, ipsa criminis hora, in loco penitus dissito moratum fuisse, vel delictum non ex malitia, sed ignorantia commisisse. Unde ad delicti contestationem non procedatur, quia hujusmodi inductiones expendantur, et ea omnia, quæ ad easdem referuntur, ad exitum perdueantur.

Reus potest movere exceptiones peremptorias vel dilatorias, quae actionem criminalem penitus eliminent vel retardent.

962. Expleto rei examiné, auditor functus est officio suo.

Ex relatione processus quæ apud episcopum aut officialem deponitur, colligitur innocentia vel reitas intimati. In primo casu, reus absolvitur, et omnia acta processus informativi deponuntur in archiviis secretis curiae; in secundo easu, aperiendus est processus publicus ut reus valeat se defendere et ejus culpabilitas juridice probetur; nisi reus malit confiteri et coram episcopo comparere ad poenam luendam.

Quando ex processu præliminari multa remanent indicia criminis contra reum, judex potest recurrere ad purgationem canonicanam, ad præceptum, vel ad processum publicum.

963. *Purgatio canonica*, ^{cum sacramentis} in his duobus consistit,
nempe 1º ut præsumptus reus juret suam innocentiam; 2º ut testes fide digni jurent quod ipsi credunt reum vera jurasse; hujusmodi testes vocantur *compurgatores, conjuratores*, vel etiam *sacramentales*.

Tenorem canonice purgationis tradit Innocentius III, in capite 5, De Purgatione Canonica. "Porro purgationis tenor hie erit: Episcopus (accusatus de crimine simoniae) jurabit primum super sancta Dei evangelia quod pro ecclesia Sancti Petri presbytero P. danda, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo, se sciente, pretium receperit: deinde compurgatores super sancta Dei evangelia jurabunt quod ipsi credunt eum verum jurasse."

Ad hoc ut compurgatores idonei sint, requiritur 1º ut noscant vitam et mores præsumpti rei; 2º ut ipsi sint vita probati, ita ut verisimile sit eos nolle, obtentu pecuniae, pejicare. Pierantonelli, Praxis Fori Ecclesiastici, num. 19.

Si compurgatores concludant in favorem accusati, ita ut ad

uihilum redigant que contra ipsum adducebantur, non ulte-
rius proeeditur, et aeta processus sunt deponenda in archiviis
secretis curiae.

**964. Aliquando consultius erit si episcopus recur-
rat ad præceptum,** et intimato explicit quid facere vel
vitare debeat, addita comminatione pœnae ecclesiasticeæ, quam,
si præceptum transgredietur, incenrret. Art. 7 et 8 Instruc-
tionis.

Aliqnando tandem intimatus profitetur se esse innocentem,
et non vult acceptare præceptum : unde prælatus debet aperire
processum publicum.

7 rataq; illa i est in die audiencia

TITULUS VII

DE INTRODUCTIONE PROCESSUS PUBLICI

Ex processu p̄æliminari, indicia delicti non spernenda contra reum militant; ex altera parte, res nequit componi pacifice, vel quia reus processum requirit, vel quia bonum commune exigit ut delictum juridice coeretur. Hinc episcopus ut judex intervenit, processum publicum aperit in reum, ne quis damnetur nisi comprobatus vel excommunicetur nisi discussus.

Episcopus est judex ordinarius in sua dioecesi, et causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, in prima instantia, coram Ordinariis locorum dumtaxat cognosci debent. Infra biennium a die motæ litis terminari debent, alioquin, post id spatium, liberum erit partibus, vel alteri illarum, judices superiores alias tamen competentes adire, qui causam, in eo statu quo fuerit, assumant. Trid., sess. XXIV, cap. 20. Cf. vol. I, num. 384.

Non congruit generatim ut episcopus sedeat pro tribunali; qua judex ordinarius, potest committere illud officium vel officiali, vel alteri judici delegato. Quamvis, per commissione generalem officii, cogitio causarum transferatur in vicarium generalem, tamen generatim causas criminales videre et decernere non potest, absque speciali mandato. Quod si officialis præsit tribunali, videre est an sedeat ut vicarius, aut delegatus episcopi; in primo casu, officialis procedit cum jurisdictione ordinaria, et appellatio non poterit fieri ad episcopum; in secundo casu, officialis utitur jurisdictione delegata, et appellatio, si adsit, ad episcopum delegantem interjicitur.

Opportunum est ut officialis, in prima sessione, ostendat

mandatum quo judex constituitur. Pérès, Procédure Canonique, pag. 89.

Etiam congruum est ut judex sibi adjungat assessorum, quorum consilio uti potest in causae instructione et definitione; ad hoc tenetur iure particulari hujus provinciae. Cf. tit. II hujus libri, num. 888.

In pluribus capitibus, recensebimus actus qui introductio-
nem causae praecedunt et constituant.

CAPUT I

DE LIBELLO ACCUSATIONIS ET CITATIONE

Primus actus processus publici est libellus accusatorius, quo procurator fiscalis reum arguit apud judicem.

965. Libellus accusatorius est brevis scriptura continens actoris, id est, procuratoris fiscalis, intentionem.

Ex actibus processus præliminaris, procurator fiscalis præparat libellum accusationis. 1º In eo exprimendum est judicis nomen coram quo agenda erit causa, ut sciatur an sit competens, vel non. 2º Inserendum est in libello nomen proprium actoris, ut judex sciat quis agat et reus a quo conveniatur. 3º Designandum est nomen rei, ut intelligat se, non alium, actione impetri. 4º Detur narratio brevis facti criminosi cum necessariis circumstantiis. 5º Debent indicari delicti locus, annus, mensis, adeo ut, his omissis, libellus ipso jure sit nullus, etiam parte adversa non opponente. Dies commissi delicti exprimendus est, saltem si accusatus petat sibi diem et horam nominari. Schmalzgrueber, in tit. III, lib. II Decretalium.

Attamen si ob delictorum qualitatem, vel alia de causa, non expedit ut delictum et ejus adjuncta in libello exprimantur, satis erit ut procurator fiscalis in libello vocet reum,

ut in causa, de qua contra eum sit inquisitio, sese defendat.
Art. 22 Instructionis.

Libellus plerumque sic concluditur : " Super his omnibus peto justitiam administrari hoc et omni alio meliori modo et forma, quae de jure, etc. fieri potest." Hujus clausulae, quae clausula salutaris vocatur, is est effectus, quod per illam actor seu accusator conseatur omne jus suum in judicium deduxisse, etsi de omnibus et singulis non fecerit expressam mentionem.

'966. Queriter an libellus jam judicetur porrectus a procuratore fisci mutari vel emendari possit.

Libellus dicitur *mutari*, quando aliquid in eo mutatur quod pertinet ad ejus substantiam ; *emendari* dicitur, quando aliquid additur vel tollitur quod ejus substantiam non officit.

Hisce præmissis, sic respondetur :

1º Usque ad sententiam definitivam, emendari potest libellus accusationis, v. g. obseura declarando, superflua detrahendo et ad illustrationem etiam aliquid addendo.

2º Mutari potest a procuratore fisci ante litis contestationem, ita tamen ut, in eo casu, reo concedantur novæ dilatationes ad deliberandum et respondendum.

3º Post litis contestationem, non potest amplius mutari libellus, Smith, Elements of Ecclesiastical Law, vol. II, n. 985.

'967. Judex, habitu libello accusationis, edit decre-

tum de reo constitudo, *est cito*

1º Citatio est actus legitimus quo quis, mandato judicis, vocatur in judicium, juris experiendi causa.

2º Citatio multiplex distinguitur : a) Alia est *publica*, alia est *privata* seu *personalis*. *Publica* dicitur, si fiat per vocem praœconis in loco publico, vel per edictum in locis publicis affixum ; *privata* dicitur, si notificetur reo aut illius procuratori. b) Alia est *realis*, alia *verbalis*. Est *realis*, si manus in reum injicia tur ; *verbalis*, si fiat viva voce aut scripto. Prior non est amplius in usu apud judices ecclesiasticos.

In præ-
Cito
in rei
personam
-cancel-
larium
re rei litterarum
enfistet

c) Alia est *simplex*, alia *peremptoria*. *Simplex* continet merum preceptum comparandi coram tribunali et tribus vicibus repeti debet, antequam reus censeatur contumax; *peremptoria* ea est quae triplici aequivalet, et, qua spreta, reus argui potest de contumacia.

3º Intercedere debet certum tempus inter singulas citationes simplices, ut puta quinque dierum; si fiat citatio peremptoria, concedi etiam debet tempus convenientius reo ut deliberet et sibi consulere valeat. Quantum vero temporis debeat assignari, nullo jure praefinitur; id judex determinat ex aequitate, ratione habita circumstantiarum. Prael. Sti Sulpicii, vol. III, n. 664.

968. **Citatio est omnino necessaria, et per se invalida est sententia contra absentem non requisitum prolatu.** Revera 1º lex naturalis prohibet quominus index se exponat periculo condemnandi innocentem; atqui huic periculo se exponit, qui partes inauditas judicare presumit. Dato enim quod corpus delicti certum sit, possunt multa concurrere que forte reum excusant, aut saltem notabiliter delicti gravitatem minuant, quaeque omnia judex ignorabit plerumque, nisi detur reo facultas se defendendi.

2º Hoc confirmat jus canonicum: "Nos contra partem inauditam non possumus aliquid definire," ait S. Gregorius Magnus, cap. *Susceptis*, tit. XII, De Causa Possessionis, lib. II.—"Omnia quae adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur, aut judicantur, omnino evanescuntur; quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat." Can. *Omnia*, 4, causa III, quest. IX.

Dieitur *per se*, quia videtur citationem necessariam non esse, quando delictum rei notorium est, ut certo constet nullam causam exceptionis intercedere. Attamen ne judex se fallat, jure communi providetur ne, etiam sub praetextu notorietas, pratermittat citationes canonicas. Aliunde citatione opus erit ut praesens sit reus, quando profertur sententia.

'969. **Piura sunt servanda in citatione.**

Primum requisitum est ut "citatio fiat auctoritate judicis," idque constet ex citationis forma, ita ut citatus agnoscatur se ab illa affici et arctari ad comparendum, ne ut contumax judicetur.

Secundum requisitum est ut contineat causam propter quam reus citatur. Attamen, ex articulo 22 Inst. 11 Junii 1880, prudenter omittitur causa citationis in quibusdam casibns, et solummodo insinuatren vocari ut se defendat in causa quae in ipsum agitabitur in curia.

Tertium requisitum est ut in citatione exprimantur nomen rei qui vocatur in judicium, dics et locus quo debeat coram judice comparere.

'970. **Citatio debet exsecutioni mandari, quia iniurias est citatio nisi ad notitiam partis deducatur.**

1º Modus citandi ordinarius est ut fiat reo *personaliter*, non tantum ejus domi; attamen sustinetur citationis exsecutio facta domi solita habitationis penes domesticos, vel, si nullus sit domi et reus latitet, penes vicinos, relicto ibidem commissionis exemplo, ut ad reum citatio perveniat. Pierantonelli, *Praxis Fori Ecclesiastici*, tit. V, num. 8.

2º Regulariter citatio fit per nuntium curiae, quo in easu, citatus tenetur ei (utpote personæ publicæ) credere; si vero fiat per alium ad hoc specialiter deputatum, is tenetur simul cum litteris citationis, ctiam commissionis sibi factæ litteras exhibere. Si judex citans sit tantum delegatus, debet citationi inseri tenor ipsi factæ delegationis, quia nempe judex delegatus tenetur se legitimare, id est, delegationem suam probare; alioquin citatus non tenetur credere ipsius jurisdictioni. Craisson, *Manuale*, vol. IV, num. 5898.

3º Quatenus in curia desunt cursorcs, citatio potest fieri per personam qualificatam, quæ subinde curiam de exsecutione certiores, vel per litteras assecuratæ, vel alio modo, ita tamen

ut de secuta receptione aut recusatione testimonium in curia habeatur. Art. 14 Instrunctionis.

4º Juxta Pellegrini, Praxis Vicarii Generalis, cursor ita testari solet de citatione facta: "Refero ego, N., Cursor, die..., mensis..., anni..., me citasse N. personaliter, domi sue solite habitationis. In ejus fidem, etc. N., Cursor."

'971. Quid si citandus extra territorium citantis moretur? Citatio extra territorium citantis tripliciter fieri potest: 1º per nuntium a judice citante missum qui reo item futuram insinnet: hec citatio valet, cum non sit actus jurisdictionis in territorio alieno, sed mera exsecutio; 2º per litteras renissoriales, quae et subsidiariae vocantur. Scribit judex qui citat ad judicem loci in quo moratur citandus, et requirit ut is posterior index citationem per suos ministros exequatur; 3º per edictum affixum in locis finitimi. Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 161.

Posset judex citare per litteras assecuratas, quia hujusmodi litterae non remittuntur, nisi ille ad quem diriguntur de illis receptum quoddam dederit. Hinc de exsecutione citationis quae per hunc modum fit, expedite documentum obtinetur.

'972. Citatio producit plures effectus: 1º Per citationem, negotium judiciale fit inceptum, seu res non est amplius integra: unde citatio firmat jurisdictionem judicis delegati, ita ut procedere possit intra limites sui mandati, si, facta citatione, delegans moriatur aut ab officio removeatur. 2º Post citationem legitime factam et intimatam, inducitur litis pendentia, et verificatur juris regula: "Lite pendente nihil innovetur." Hinc, facta citatione, prohibetur, in causa civili, ne vendatur, vel ecomutetur, aut quoquinque modo alteretur objectum controversiae; item, pendente lite circa beneficium, prohibetur ne possessor eo privatetur. 3º Per citationem, interrumpitur præscriptio, quia præsumitur cessare bona fides.

CAPUT II

DE CONTUMACIA

Citatione expleta et executioni mandata, citatus reus, si intra peremptorium terminum comparere negligat, contumax efficitur.

973. Contumacia (a contemnendo dicta) definitur: "Inobedientia a legitime vocato erga judicem, in iis quae ad judicem pertinent, commissa." Schmalzgrueber, in tit. XIV, lib. II Decretalium. *Sacra. Tad I*

Communiter dividitur in *veram* et *presumptam*. Contumacia *vera* dicuntur, cum quis, peremptorie citatus et citationis notitiam habens, comparere noluit, nullo ipsum excusante impedimento. Dicitur autem *presumpta*, seu *ficta*, quando dubium est an ad citatum et non comparentem citationis notitia pervenerit. Hoe dubium contingere potest quando quis fuit citatus non personaliter, seu in faciem, sed tantum ad domum, vel per edictum ad valvas affixum.

Stante hujusmodi dubio, qui citatus non comparet, nec procuratorem ad execusandam moram mittit, dicitur *presumptam* contrahere contumaciam.

Maximi autem refert distinguere an quis sit *vere*, vel *presumptive* contumax; nam *vere* contumax non auditur amplius; et contra *presumptive* contumax auditur, si venerit et suam absentiam exensaverit.

974. Contumacia pluribus modis committitur: 1º Quando reus, tribus edictis simplicibus aut uno peremptorio citatus, et nulla justa causa impeditus, non comparet. 2º Quando reus malitiose discedit a domo, ne citatio ad ipsum pervenire possit. 3º Quando comparuit quidem, sed postea sine licentia judicis recedit, non perfecto negotio, quin revertatur. 4º Quando partes non parent mandato judicis, mandantis ut praestetur juramentum, ut exhibeantur instrumenta

et alia ad causam pertinentia. 5º Quando recusant parere exsecutioni sententiae.

Casus contumaciae continentur in illis versiculis : Ex glossa, in cap. 2, tit. XIV, De Dolo et Contumacia, lib. II Decret :

Non veniens, non restituens, citiusque recedens,

Nil dicens, pignusque tenens, jurareque nolens,

Obscureque loquens, isti sunt jure rebelles.

975. **Plura sunt remedia ad compescendam contumaciam.** Triplex hypothesis fugi potest : 1º vel actor et reus sunt contumaces ; 2º vel solus actor ; 3º vel solus reus.

1º In prima hypothesi, habetur lis deserta, et judex declarat finem instantiae judicialis.

2º In secunda hypothesi, contra actorem contumacem, haec sunt remedia : a) Actore non comparente in termino citationis reo intimatae, judex effectum citationis rescindit, et actor non admittitur ad aliam eitationem, nisi reo solvat expensas, et præstet cautionem quod eoram judicem comparebit.

b) Verum si reus habet probationes paratas, expetere valet ut ejus excipientur probationes, absente actore, co consilio ut judex valeat sententiam definitivam reo favorablem pronunciare.

c) Quando lis jam fuerit contestata, et reus nolit fatigari in prosequendo judicio, petit se absolvi *ab observatione judicii* : hinc, actore eitato et non comparente, rescinduntur omnia acta talis instantiae.

Hæc sunt remedia ordinaria quæ in causis civilibus adhiberi possunt ad frangendam actoris contumaciam ; præterea habentur penae spirituales, censuræ, inuletæ, privationes, etc. Atvero Concilium Tridentinum, cap. 3, sess. XXV, monet superiores ut parcant censuris ne vilescant, et ad eas non deveniant nisi adhibita fuerint omnia alia remedia.

*Adversarius
rei iuris iudicis*
3º In tertia hypothesi, id est, quando reus est contumax, judex debet summarie cognoscere an reus sit vere vel præsumptive contumax. Plures sunt rationes quæ excusant

reum a comparendo, puta si nullo modo vel illegitimie fuerit citatus; judex investigabit an reus tunc absens habeat justam causam absentiae, sicque excusat a delicto contumaciae. Contumacia rei est quæstio incidentalis, quam judex definit antequam ulterius procedat; ea judicata, et poenis iu reum impositis, judex instantiam judicialem prosequitur usque ad sententiam definitivam.

4º Rens qui in termino citationis peremptoriae non comparet, non censetur coufiteri crimen quo accensatur, sed præsumptionem contra seipsum inducit, quæ non dispensat a formalitatibus quibus probetur rei culpabilitas. Unde, die assignato, si reus non compareat, index, ad instantiam actoris, item prosequitur usque ad sententiam definitivam, rem absolvendo vel damnando, secundum quod ex *actis et probatis* ejus iucentia vel reitas ostenditur. Smith, Elements of Ecclesiastical Law, vol. II, p. 191.

'976. **Contumacia reo nocet multipliciter**: 1º dat judici jus prosequendi instantiam, reo absente; 2º inducit præsumptionem reitatis, quæ tamen non dispensat judicem ab inquisitione argumentorum quibus reitas directe probetur; 3º subjicit reum contumacem poenit ecclesiasticis, quas judex imponere potest; 4º aufert jus appellandi a sententia definitiva, modo contumacia sit vera, nou antem facta. Cf. Reiffenstuel, in tit. XIV, De Dolo et Contumacia, lib. II Decretalium.

'977. **Longe mellius est ut reus citatus in termino citationis peremptoriae compareat**. Quod si falso accusetur, debet cavere ne præsumptio criminis in eum inducatur; quod si juste accusetur, ipsi importat aliud delictum priori non addere. In eo ultimo casu, rens posset recurrere ad episcopum pro pacifica compositione: in libello compositionis, reus, quin expresse suum fateatur delictum, se submittit justæ poenæ judicis, ea conditione ut judex processui finem et fisco silentium imponat. Habito libello, poterit episcopus precibus indulgere.

CAPUT III

DE EXCEPTIONIBUS

Caeptio est de rebus quae sunt contra libellum accusatorum se defendat, potest contra actoris intentionem opponere exceptiones, quae sunt in media defensionis.

'978. **Exceptio, quae derivatur a verbo excipere, recte definitur:** "Actionis exclusio, qua reus actionem contra se institutam vel retardat, vel penitus elidit." Schmalzg., in tit. XXV Deeretalium, num. 1.

Ex ipsa definitione, eruitur divisio exceptionum in *peremptorias* et *dilatorias*. *Peremptoriae* vocantur exceptiones quae jus actoris penitus elidunt, v. g. tales sunt quae ostendunt actionem nunquam ortam fuisse, ut si quis excepiat non donatum, non legatum fuisse quod alter donatum, legatum dieit. Exceptiones *dilatoriae* dieuntur illæ quæ actionem non permunt, sed tantum differunt ad tempus.

Hujusmodi exceptiones sunt diversi generis : 1º quædam respiciunt *personam judicis*, quibus nempe contenditur eum esse suspectum, vel juris imperitum, vel incompetenter, vel rem fuisse ab alio judice præventum ; 2º aliæ respiciunt *personam actoris*, v. g. quod sit excommunicatus ; 3º aliæ respiciunt *personam rei*, v. g. reus fuit ab aetore spoliatus, ideoque petit se in integrum restituí antequam respondere cogatur ; 4º aliæ respiciunt *locum et tempus judicii*, v. g. quod locus non sit tutus, quod tempus sit feriatum, quod terminus sit nimis angustus ; 4º post litis contestationem, fieri possunt exceptiones contra testes. Bouix, De Judiciis, vol. II.

Sunt etiam in litteris ipsorum in tralatatione.

'979. **Reus jus certum habet opponendi exceptions ad sui defensionem**, quia exceptio est medium defensionis a jure introductum.

1º Disputant auctores an jure naturali vel positivo exceptio

Causa in iustificatione

fuerit introducta; quidam juri naturali originem exceptio-
num adscribunt, eo quod exceptio sit defensio, et facultas sese
defendendi jure naturae reo competit; quidam ad jus positi-
vum eam referunt, eo quod exceptio sit exclusio actionis, et
actiones jure positivo fuerint introductae. Rationes utriusque
sententiae invenies apud Schmalzgrueber, in tit. XXV, lib. II
Decretalium, num. 7.

^{2º} Hinc reus, ante aut immiediate post litis contestationem
debet exceptiones opponere. a) Quoad exceptiones dilatorias,
debent proponi ante litis contestationem; ratio est, quia hujus-
modi exceptiones plerique impediunt litis ingressum, et
respiciunt ea quae judicium constituunt, ne...pe personas,
locum, tempus. Unde reus, qui in principio contra ea non
excipit, in ea consentire videtur et juri excipiendi renuntiare
consetur. Hoc procedit maxime de iis exceptionibus quae
respiciunt personam judicis, puta quod iudex datur suspectus
vel incompetens: si reus ante contestationem non exce-
perit, censemur in judicem suspectum consentire, vel incom-
petentis jurisdictionem prorogare. Haec regula plures patitur
exceptiones, quae videri possunt apud Schmalzgrueber, loco
citato, n. 21. b) Quoad exceptiones peremptorias, regulari-
ter post litis contestationem proponuntur; attamen nonnullae
opponi possunt etiam antequam lis fuerit contestata, et non-
nullae post sententiam.

Dieitur *regulariter* post litis contestationem opponendas
esse exceptiones peremptorias, quia hujusmodi exceptions
proprie sunt exclusio actionis; atqui excludi non potest actio
antequam proposita sit in iudicio, quod fit per litis contesta-
tionem. Hoe *regulariter* fit, nam quædam opponuntur ante
litis contestationem, uti est exceptio *litis finita*: v. g. si quis
accusaretur de delicto quo fuit judicialiter punitus. Revera,
lis semel aliquo modo finita inchoari non debet.

Quædam opponi possunt post sententiam, talis est exceptio

nullitatis sententiae ex quacumque causa. Cf. Schmalzgrueber, loco citato.

'980. Reus excludendo fit actor, et exceptionem a se propositam probare tenetur, alioquin effectum non habebit.

Dilatoriæ exceptiones probari debent, *regulariter* loquendo, ante litis contestationem, sicut ante illam opponi debent. Hinc ad judicis officium pertinet ut probationes super his accipiat, et ad examen principalis negotii accedat, quando per sententiam interlocutoriam super dictis exceptionibus pronuntiavit. Ratio est, quia si non est necesse exceptiones dilatoriæ probari ante litis contestationem, falso dicentur dilatoriæ, cum non different iudicium, sed solam sententiam.

*Begriaco
et ius
consanguineum
de illo dia
inimicis iuxta
-ca -rica*

'981. Potissima exceptio fit per recusationem judicis, ob causas que illum suspectum reddunt, v. g. si inimicitias reo exercuerit, si sit consanguineus aut affinis cum parte adversa, si, antequam officium judicis suscepit, partes advocati gesserit in eadem causa. Hæc timorem injiciunt ne judex prouuntiet, præoccupato animo: unde ius canonicum vult ut in talibus rerum adjunctis liberum sit reo judicem recusare. "Quod suspecti et inimici judices esse non debeant, et ipsa ratio dictat, et multis exemplis probatur," ait S. Nicolaus Papa, can. 15, cause III, quæst. V.

1º Recusatio proponitur in aliquo libello, in quo simul rationes exceptionis allegantur.

2º Judicium de recusatione non ab ipso judice cuius interest, sed a superiore vel ab arbitris fertur, juxta dispositiones decretalium *Secundo requiris*, 41, et *Cum speciale*, 61, tit. XXVIII, De Appellationibus, lib. II.

a) In priori, Cœlestinus III præcipit ut qui affirmat se habere judicem suspectum, causam suspicionis coram eodem allegare teneatur et partes constituant arbitros, coram quibus causa suspicionis intra terminum competentem ostendatur.

Probata causa suspicionis, iudex supersedere tenetur causæ cognitioni.

b) In alia deeretali, Innocentius IV declarat quomodo debeant eligi arbitri: Reus nempe et iudex arbitros mutuo consensu assument; si non possint in eisdem consentire, "ipse unum, et ille aliud eligat, qui de suspicionis causa cognoscant; et si nequierint in unam concordare sententiam, advocent tertium, ut quod duo ex ipsis deereverint robur obtineat firmitatis. Causa suspicionis probata legitime, de rebus suis assensi, personæ idoneæ committat negotium reeensus, vel ad superiorem transmittatur." Unde causa suspicionis, quæ est quæstio in eidem, definitur per arbitros, qui non valent cognoscere causam principalem.

3º Recusato iudice, suspenditur processus, eum iudex supersedere debeat donee sublata fuerit exceptio. Queritur inter auctores utrum suspendatur iudicis jurisdictio, ita ut irrita sit sententia prolata, non obstante reeusemente. Dicendum videtur suspendi omnino jurisdictionem in duplice easu: a) si causa suspicionis fuerit notoria; b) si electi fuerint arbitri.

His duobus easibus exceptis, probabiliter non est ipso iure nulla sententia lata a iudice suspecto, sed i. ndi potest; quod deducitur ex eap. *Super quæstionum*, 27, tit. XXIX, De Officio Judicis Delegati, lib. I. Innocentius III hæc habet: "Quod si iustum reeusemente causam noluit admittere delegatus, sed eoram suspectis eum litigare cogebat, a tali gravamine potuit lieite ad nostram audientiam appellare; quodque post appellationem hujusmodi est præsumptum, judicari debet irritum et inane." Præl. S. Sulpicii, vol. III, num. 667.

982. **Exceptioni respondere potest auctor per replicationem, quæ est exceptionis elisio.** Quod si reus replicationi ab auctore productæ respondeat, eamque repellat, diebitur fieri *duplicatio*; si duplicationi respondeat auctor, fit

triplicatio; et sic deinceps dari potest *quadruplicatio*, *quintuplicatio*, etc.

Ne procedatur in infinitum, fit in potestate judicis numerum replicationum limitare; ex stylo curiae ecclesiastice, prohiberi solet ne *triplicatio*, vel ad summum *quadruplicatio* excedatur. Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 171.

CAPUT IV

DE LITIS CONTESTATIONE

*Causa major
processus est
legit - reus
negat*

Postquam propositae fuerunt et resolutae omnes rei exceptiones et inductiones, aeedendum est ad litis contestationem, ut eruitur ex verbis Instructionis, *Sacra*, art. 26: "Deinde aeedendum est ad contestationem delicti et argumentorum quæ prostant, ut inquisitus ut culpabilis habeatur, et poenas canonicas incurrisse censeatur."

983. **Litis contestatio, modo generali sumpta, definitur:** "Petitio actoris in jure proposita et congrua negativa responsio rei, faeta animo litigandi." Cap. unicum, tit. V, lib. II.

Objetum controversiae debet limitari; hinc, praesentibus partibus eoram judicie, videndum est quid petat actor et neget reus. Ut ait Gregorius IX, in cap. citato, allegationes actoris et responsiones ad eas non constituunt litis contestationem; illæ allegationes, quæ dieuntur positiones, sunt assertiones factorum quæ ad causam controversam pertineant. Actor potest plures edere positiones supra quibus petitur ab adversario congrua responsio, ut liberetur ab onere prebandi id quod a reo admittitur; item reo concessum est jus positiones preferendi adversus auctorem, quibus actor satisfacere

tenetur. Quibus expletis, actor petit coram judice, et reus negat id quod ab actore petitur, eum animo litigandi. Sicut, lib. II, tit. V, num. 2.

'984. **In judicio criminali, judex assignat procuratori fiscalis terminum ad articulandum**, seu edendas varias accusationes quas revelat processus preliminaris; deinde eitur reus et ei terminus assiguatur ad dicendum contra capitula, seu accusationes.

Die ad contestandum determinato, procurator fiscalis legit positiones, vel articulos qui continent quae contra reum militant. Post siugulos articulos, judex querit a reo an confiteatur vel neget; ejus responsio sedulo et accurate conscribitur ab actuario.

Ea omnia quae reus non negat, sunt confessiones judiciales, de quibus argumentatio non fiet; ea quibus illicite non vult respondere, consentitur admissa, juxta regulam juris: Qui tacet consentire videtur; ea quae positive negat, constituant substantiam judicii, seu dubia quorum erit judicialis disceptatio.

Hinc, in judicio criminali, contestatio litis definiri potest: Affirmatio delicti facta eoram judice a procuratore fiscali, et ejus negatio a reo. In Instructione, vocatur *contestatio delicti*. Smith, New Procedure, num. 316.

'985. **Positiones differunt ab articulis aut capitulis.**

1º **Positiones** sunt breves narrationes alienus facti, super quo petitur ab adversario responderi, ut ponens per confessionem adversarii ab onere probandi relevetur. **Articuli** sunt positiones quas reus negat, et consequenter actor probare debet. In processu criminali, articuli dieuntur capitula.

'986. **Ex litis contestatione, plures sequuntur effectus:** 1º Per litis contestationem, ineipit judicium, quod autem proprius et simpliciter inchoatum dici nequit; 2º lite contestata, judex amplius reusari non potest, nisi supervenientibus.

nerit nova suspicionis causa; 3º litis contestatio p̄aecludit viam opponendi exceptiones dilatorias, nisi de iis antea fuerit interjecta protestatio, aut ex nova causa emerserint; 4º per litis contestationem, quasi contrahitur inter litigantes ut neuter, adversario suo invito, possit discedere, nisi tanquam temerarius litigator ad damna et expensas adversario suo in arcendas condannari velit. Schmalzgrueber, in tit. V, lib. II Decretalium, num. 8.

CAPUT V

DE PROCESSUS INFORMATIVI PUBLICATIONE

987. **Facta litis contestatione, fit publicatio processus informativi et offensivi, ut reus sciat quae in actis contra seipsum existant, et seipsuim defendere valeat.**

1º Fit autem publicatio legendo totam seriem processus hucusque habiti. "Rotulus examinis, seu dicta et attestations testium p̄aeleguntur et publicantur. Hac publicatione facta, petunt partes copiam...; neque hoc illis a judice negari potest. Originalis autem scriptura manet, vel apud judicem, vel apud notarium, tanquam scriptorem." Schmalz., in tit. XX, lib. II, n. 116.

2º Necessaria est in jure canonico hujusmodi publicatio, ut per lectionem et copiam actorum reus sese defendere possit. "Quae publicatio, ait Pellegrini, Praxis Vicarii Generalis, pars IV, sect. 10, n. 8, in criminalibus est adeo necessaria, de jure canonico, ut, si omitteretur, processus esset nullus ipso jure: quia tolleretur reo facultas sese defendendi. Neque condeinnari posset nisi decerneretur ei copia processus, cum termino competenti ad faciendum suas defensiones. Hinc est quod inolevit praxis fere in omnibus curiis, ut unico

contextu fiat publicatio processus offensivi et declaratio quod ejus copia parti tradatur, una cum termino ad faciendas suas defensiones, etiamsi reus illum non petat.

Est autem advertendum, quod copia processus informativi tradenda est sumptibus ipsius rei, qui petere illam debet a notario sive actuario cause, cum iudex functus sit officio suo in hoc, dum deerevit illam esse tradendam. Fallit tamen hoc in pauperibus, quibus tradenda est copia, sive originalis processus, loco copiae, gratis."

988. **Quamvis iudex, publicato processu offensivo, teneatur reo petenti concedere ejusdem processus copiam,** non tamen tenetur ad manifestanda ipsi testium nomina, antequam testes ~~repetantur~~^{repetantur}. Ratio est, quia attestations quas iudex obtinuit, reo non constituto, non sunt probationes legales, et non probant antequamrenoventur coram reo, aut ab ipso legitimuntur. Si nomina testium reo manifestentur, timendum est ne reus, vi aut pecunia, impeditat testes quominus compareant in processu publico ut suas attestations iterent, aut eosdem corruptat ut sibi contradicant. Hinc actuarius ea tradere debet reo quae in actis non manifestant nomina testium qui in processu informativo deposuerunt. Smith, New Procedure, num. 339; Péries, Procédure Canonique, pag. 108.

989. **Ut reus cognoscat etiam nomen testium** qui deposuerunt in processu informativo, debet processum hucusque habitum legitimare, id est, declarare se habere testes in informativo processu receptos pro rite et recte citatis et examinatis. Reus potest sibi consulere per clausulas salutares, puta, si reservet jus excipiendi contra personas et dicta testium, et repetendi testes, quatenus illos repeteret voluerit. Hinc in formula qua iudex dictam copiam concedit, apponit hanc aut similem clausulam: Absque nomine testium, nisi expresse reus declaraverit se dictos testes habere pro rite et recte exami-

natis, qua facta declaracione, etiam nomina testium ipsi pandantur.

Facta dieto modo publicatione processus, dataque reo aetnum copia, ei assignatur terminus ad porrigenda interrogatoria, si qua exhibere velit. Hoe autem nomine, dieuntur capita illa de quibus reus postulat interrogari testes pro informatione euriae jam examinatos. Bouix, De Judicis, vol. II, pag. 216.

Sie absolvitur processus offensivus, in quo judex audivit testes, et omnia argumenta sibi comparavit quibus erui possit rei delictum.

TITULUS VIII

DE INSTRUCTIONE PROCESSUS PUBLICI

Publicato processu offensivo et ejus copia reo concessa, cum aut sine nominibus testimoniis, index debet reo assignare convenientem terminum ut sese defendat, id est, ut porrigit suos artielos defensorios et producat testes et instrumenta in horum articulorum probationem. Si arctior sit assignatus terminus, prorogationem petere poterit reus, et appellare, si injuste denegetur.

990. **Reo concedenda est dilatio sufficiens ut possit se defendere.** Canonistæ distingnunt quatuor dilationes, quas vocant *substantiales*.

Prima dilatio dicitur *terminus ad articulandum aut capitulandum*, et aliud non est quam terminus datum procuratori fiscalis ut proponat *capitula*, seu accusationes quae reo adversantur.

Secunda dilatio dicitur *terminus ad dicendum contra articulos aut capitula*, et reo datur ad deliberandum quos articulos confiteri, quos autem respuere debeat.

Tertia dilatio dicitur *terminus ad produceendum omnia*, et indulgetur tum procuratori fiscalis, tum reo ad probandum contenta in articulis et in responsis ad eosdem.

Quarta dilatio dicitur *terminus ad dicendum contra producta*, et utrique parti indulgetur ad dicendum contra probationes in tertio termino ab adversario productas. Smith, New Procedure, num. 382.

Hæ quatuor dilationes, quæ dicuntur *substantiales*, non possunt a jndice denegari, etiam in processu summario, alias oriretur nullitas processus et invaliditas actorum.

Si terminus ad preparandam defensionem insufficiens videatur, peti potest ejus prorogatio.

991. **Terminus defensorius assignandus est illi qui sponte delictum suum est confessus**, quia, ait

Petit.

Pellegrini, part. IV, sect. X, num. 22, reus diversimode impugnare valet propriam confessionem, v. g. si ostendat eam esse extrajudicialem, et inconsulto vel sub influxu metus aut violentie fuisse emissam.

Elapso termino ad defensionem assignato, si reus, qui sese delicti auctorem spontanee confessus est, defensionibus renuntiet, poterit judex statim ad sententiam condonatoriam procedere.

Propria rei confessio vocari solet a pragmaticis regina probationum.

^{1^o et 4^o}

992. In cause tractatione, reus potest, si velit, representari et defendi sive ab alio sacerdote, sive a iure, qui tamen prius ab Ordinario sunt approbandi. Art. 30 Instructionis.

1^o Advocatus semel approbatns ab episcopo debet cognoscere omnia acta processus offensivi, ut reum defendere valeat : hinc advocato remittitur ab actuario copia actorum. Aliquando expedit ut advocatus nomina testium cognoseat, ut contra illos excipere valeat ; tunc reus tenetur admittere testes habitos in processu offensivo pro legitime citatis, admissis et examinatis. Hujusmodi admissione, non privatur advocatus jure excipiendi contra testes, eorum dicta plura impugnandi et eorum repetitionem exigendi. Péries, Procédure Canonique, pag. 115.

2^o Si ea sit eausæ indoles ut silentium requirat, judex poterit advocato deferre juramentum de secreto servando. Art. 32 Instructionis.

3^o Termino ad dicendum contra articulos elapso, judex, procurator fiscalis, advocatus rei et actuarius constituant tribunal. Advocatus rei potest querere quosdam testes processus offensivi iterum citari et interrogari unde eorum depositio compleatur ; hinc previe debuit transmittere ad judicem interrogatoria, super quibus interrogari postulat hos testes.

4º Da' r' judieci facultas hos articulos corrigendi, qui inutilis ant dictamatorii viderentur.

993. Testium repetitio est actus quo testes jam citati et examinati iterum vocantur, ut suas depositiones iterent. *(C. curia. spicilegium. non est laudabile. 63. sum. re. sect. re.)*

1º Si reus noluerit declarare se habere testes pro legitime citatis et examinatis, omnino necesse est fieri ipsorum repetitionem, id est, eos denuo examinari, citato prius reo ut videat hos testes juramentum de veritate dicenda praestantes. Alias illi testes nihil contra reum probarent, etiamsi mille essent omni exceptione maiores; nec posset judex ex eorum depositionibus reum condemnare; ratio est, quia hujusmodi testimonia non habent vim legalem, nisi legitimenter per eorum admissionem a reo, vel per eorum repetitionem.

2º Repetitio testium debet fieri perinde ac si nondum fuissent examinati, id est, servatis iis omnibus que in examinandis testibus servari debent: "Quamobrem citandus est ante omnia reus ad videndum repeti testes et ad dandum interrogatoria, quatenus dare voluerit, et ad videndum jura-menta testium repetendorum. Datis vero per reum interrogatoriis, vel elapso termino ad illa dandum præfixo, eitantur et voeantur testes, alias in processu informativo examinati, ad comparendum in judicio coram judice et notario, seu actuario causæ. Quibus eitatis atque comparentibus defertur per jndieem juramentum veritatis dicendæ, perinde ac si nunquam jurassent. Et toties jurare tenebuntur, quoties repeti necesse erit. Et tunc præstito juramento, quilibet testis separatim interrogatur, prius super interrogatoriis per reum datis, juxta que respondere debet, deinde super examine alias ab ipso teste facto." Pellegrini, Praxis Viearii Generalis, part. IV, sect. XI, n. 5.

3º Quando testis vocatur, non ut depositionem suam iteret, sed tantum ut declareret aliquid in prima depositione obscure dictum, necesse non est iterum ab ipso jurarum tum emitti.

4º In repetitione testium, testis primo examinatur super articulis interrogatoris a patrono rei propositis, postea, facta a notario lectione prioris depositionis, interrogatur num huic depositioni velit quidquam mutare aut addere.

7994. **Confrontatio testium habetur, quando judex eos in faciem rei addueit**, atque, ipso audiente, primam depositionem iterare jubet. Fit autem confrontatio hoc modo :

1º Petitur a reo an cognoscat Dominum N. (nempe unum ex testibus), et enim habeat pro viro probo; 2º adducitur dietus testis, et postquam iuramentum de veritate diceuda præstítit, ab eo petitur an eognoscat reum et vicissim a reo an cognoscat testem; 3º interrogatur testis an deposita ab ipso in primo examine vera sint et adhuc tanquam vera deponat. Postquam autem ab actuario lecta fuit prima testis depositio et is eam confirmavit, petitur a reo an adhuc deposita contra ipsum falsa esse contendat; 4º datur interim reo facultas testem interpellandi et interrogandi et vice versa, et utriusque dicta ab actuario notantur; 6º dimisso teste, vocantur successive alii et pari modo examinantur.

Confrontatio personalis est remedium extraordinarium et raro adhibetur; unde Pellegrini, vir in rei judicariæ praxi versatissimus, ait : "Quia confrontatio requirit magnam circumspectionem, et practicam in ipsa bene facienda, ego nunquam facerem, vel saltem de raro, sed semper curarem fieri repetitionem." Apud Bouix, dc Judiciis, vol. II, pag. 222.

7995. **Quid juris si reus repetitionem omnium testium exigat?** Testes qui in processu informativo deposuerunt debent in processu publico suas depositiones iterare, unde habeant vim probandi; nisi reus admiserit testes pro legitime citatis et examinatis. Quid juris si reus non velit depositiones testium admittere, et omnium repetitionem requirat? Res videtur gravis, eo quod testes, qui in processu offensivo deposuerunt, plerumque nolint iteruni adire curiam ut, praesente reo, suam depositionem confirmant, et, ex altera

parte, Ecclesia non possit uti brachio sæculari ut testes ad comparenduni cogat.

Remedium indicatur in littera circulari S. Cong. Episc. et Reg., 1 Aug. 1851: Judex mandat actuario ut legantur omnes depositiones, reo datur facultas excipiendo contra ipsos testes et eorum dicta.

Hic modus legitimandi processum offensivum, primo introductus in Dominio Temporali, ab aliis curiis episcopalibus fuit in posterum usurpatus. Nam curias episcopales posse ad hunc modum recurrere, quando ex una parte reus exigit repetitionem testium, ex ex altera parte testes nolunt aut non possunt iterum coram tribunali comparere. Périé, La procédure Canonique, pag. 180; Smith, New Procedure, pag. 291, in ota.

'996. Fac. & testium repetitione, patronus rei partem defensivam processus incipit.

1º Præsentat articulos defensorios in favorem rei, et instat et petit quod super iis integraliter et nullo excepto examinentur omnes testes, quos opportuno tempore producet.

Porro articuli possunt esse hujus generis:

a) Quod delictum de quo agitur fuit commissum a Domino N., et non a Domino N., suo cliente.

b) Quod Dominus N., reus prætensus, mense..., die..., et hora..., erat in loco N., distanter a loco in quo commissum fuit delictum, et permansit ibi ab hora... usque ad horam...

c) Quod Dominus N., qui testificatur de visu contra reum, die et hora qua accidit delictum erat in loco N., distanter a loco delicti.

d) Quod Dominus N., testis contra reum, est excommunicatus, perjurus, infamis, inimicus.

e) Quod Dominus N., alias testis, est ebriosus et mendax, etc.

2º Constituto die, judex monet renum ut producat testes et documenta quibus articulos defensorios probare intendit;

tunc reus, aut advocatus, nominat testes super tali vel talibus articulis examinandos, qui, nisi sponte compareant, auctoritate judicis sunt citandi. Siugulos testes ad defensionem productos, delato prius juramento, judex more solito examinat, eorumque depositionem recipit. Et pariter fit examen instrumentorum pro parte rei productorum.

3º Judex, in examine testium qui in favorem rei deponunt, debet procedere cum magna aequitate, unde reus habeat facultatem se defendendi. Si judex aegre ferat quod testes in favorem rei deponant et malum animum prodat in eum, advocatus potest confidere libellum quo recusat judicem tanquam suspectum et petere ¹⁴¹²¹ apostolos; ex hujusmodi appellazione, suspenditur jurisdictio judicis.

4º Item si judex, in repetitione testium aut in processu defensivo, aliquem testem omisit interrogare, aut responsum suggesserit, vel in favorem rei non exacte examinaverit, aut alia gravamina intulerit, potest patronus rei per libellum petere ut defectibus suppleatur; et si renuat judex, appellare et petere apostolos.

5º Sicut potuit reus contra testes sibi oppositos exceptiones proponere, ita potest promotor fiscalis contra testes ad defensionem rei productos excipere, neenon interrogatoria judicii porrigeret, petendo ut secundum ea dicti testes interrogentur.

6º Finito testium et instrumentorum examine, fit publicatio totius processus tum offensivi, tum defensivi, id est, judex mandat ut procuratori fiscali et rei patrono communificantur omnia documenta et omnium testium depositiones. Art. 32 Instructionis 11 Junii 1880.

697. Quando procurator fiscalis et patronus rei produixerunt omnia argumenta, et judex habet eam suificienter instructam, fit conclusio in causa.

1º Per conclusiounem in causa, partes declarant novos testes non esse citandos, nec nova argumenta producenda, et renuntiant novis exceptionibus.

2º Couclusio in causa, stricte loquendo, verificatur in cibilibus, non autem in criminalibus; in his, ante prolataim sententiam, renanet semper reo facultas novas defensiones producendi. Novae defensiones, quoties producuntur, locum dant novo processu: examinantur nempe testes noviter producti, vel nova documenta; exceptiones suas proponit fiscus, quibus respondet patronus rei.

3º Haec facultas non datur promotori fisci, qui, post conclusionem in causa, nequit nova argumenta eontra rem prodere, nisi ut respondeat testibus et argumentis quae patronus rei, post conclusionem in causa, produxit. Smith, New Procedure, art. 29, pag. 162.

1998. **Absoluto processu, auditor curiae summarium præcipnorum argumentorum que in ipso illud, conflict.** Articulus 29 Instructionis.

1º Illud compendium a) refert omnes actus processuales puta, processum informativum, citationes, testium repetitiones, etc, ita ut uno adspectu videatur omnes formalitates fuisse servatas; b) auditor refert, per summa capita, potiora testimonia procuratoris fiscalis et patroni rei, et conclusiones quae ab eis deduci videntur.

2º Auditor non dat suam sententiam, sed tantummodo refert, attentis argumentis procuratoris fiscalis, quid *legaliter* sequi videatur; eo modo, attentis argumentis patroni rei, exponit quid inde sequatur.

3º Illud summarium imitatur hunc *restrictum juris et facti* qui preparatur a secretario vel auditore sacrae congregationis, antequam causa proponatur et definiatur a cardinalibus; restrictus ille, sicut summarium, referre debet omnia argumenta partium et conclusiones quae, attento jure canonico, sequi videntur. Hic restrictus cardinalibus e congregationis, ad informandam eorum mentem, remittitur octo diebus antequam causa eoram ipsis proponatur. Smith, in articulo 29 Instructionis 11 Junii 1880.

Re plaidoyer
The Plea
Liquo iacet omnia
Tir à l'encre
libelli.

Alors je prétends
La réplique de
Qui ne peut pas
Y en a pas
Le tout avec
Et c'est

999. Datur advocato rei et promotori fisci terminus ad respondendum contra producta.

Interim - **advocatus rei præparat defensionem. Ad præparandam hujusmodi defensionem, nulla certa tradi potest regula, cum a varietate causarum pendeat. Dici potest quod defensor debet probare, ex actis processus, sequentia puncta, si non omnia, saltem aliqua:**

1^o Positive constat prætensum delictum a nemine fuisse commissum; 2^o etiamsi forte commissum sit, id tamen sufficienter non probatur; 3^o gratis admisso quod sufficienter probetur delictum patratum fuisse, positive constat ejus auctoren non esse Dominum N., reum prætensum; 4^o etiamsi positive non probaretur insontem esse Dominum N., prætensum reum, tamen certum remanet nullam existere legitimam et sufficientem probationem de crimine ab ipso patrato, tum quia acta processualia sunt nulla, tum quia indicia non fuerunt probata, tum quia testes contra ipsum producti inhabiles sunt, vel sibi contrarii et nihil concludentes; 5^o etiamsi concludenter probaretur a Domini N., reo prætenso, materialiter patratum fuisse delictum, non tamen probatur eum cum premeditatione et malitia egisse.

Probato ergo aliquo aut aliquibus ex præmissis punctis, concludit defensor clientem suum esse ab observatione judicii absolvendum. Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 587.

Procurator fiscalis, ex sua parte, omnia colligit argumenta unde suam intentionem probet. Die a judice prefijo, auditur primo advocatus rei, et postea procurator fiscalis; advocato rei conceditur replicatio, et advocato fisci replicatio ad replicationem, et sic deinceps usque ad numerum replicationum per stylum curiae determinatum. Qui numerus talis esse debet, ut ultimo loco semper audiatur defensor rei. Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 224. *G. 95*

TITULUS IX

DE PROCESSUS DEFINITIONE ET SENTENTIA EXECUTIONE

Processu sufficienter instrneto, judex citat partes ut audiant sententiam tribunalis.

1000. **Sententia definitur:** "Pronuntiatio judicis quæ causam sive incidentem, sive principalem definit." Praelectiones S. Sulpitii, vol. III, num. 676.

Multiplex distinguitur sententia, nempe *interlocutoria*, *provisionalis* et *definitiva*.

1^o Sententia *interlocutoria* dicitur ea quam judex, inter litis contestationem et conclusionem, pronuntiat super his quæ in eadem causa incedunt vel emergunt. Dicitur interlocutoria, quia eam judex *loquitur*, seu pronuntiat, *inter* litis principium et sententiam definitivam.

Sententia *interlocutoria* subdividitur in *mere interlocutoriam* et in eam quæ *habet vim sententiae definitivæ*; prior fertur super dilationibus dandis, testibus producendis, examinandis aut repellendis, et per eam negotium principale non terminatur; posterior implicate negotium principale terminat, puta si judex pronuntiet reum damnatum non posse appellare a sententia.

2^o Sententia *provisionalis* ea est qua judex providet necessitati praesenti, antequam de causa principali pronuntiet; v. g. si jubeat custodiri tale instrumentum, fieri talem inquisitionem. Est potius cautio adhibita atque præscripta a judice, quam sententia proprie dicta.

3^o Sententia *definitiva* ea dicitur quæ causæ finem imponit absolutione, condemnatione, vel declaracione.

1001. **Plura sunt discrimina inter sententiam definitivam et interlocutoriam.** Hæ differentiæ conside-

rari possunt respectu rei controversæ, ordinis judiciarii et effectuum qui ex illis sententiis sequuntur vel non sequuntur.

1º *Respectu rei controversæ*, differunt ambæ sententiae inter se, quia sententia definitiva terminat controversiam principalem; e contra sententia interlocutoria non terminat, nec definit causam principalem, sed terminat solum questiones emergentes et incidentes, quæ oriuntur inter principium et finem controversiae principalis.

2º *Respectu ordinis judiciarii*, multipliciter differt sententia definitiva ab interlocutoria. a) Sententia definitiva non potest ferri quin præcesserit ordo judicialis, adeo ut si feratur, non servato substantiali ordine judiciali, nulla sit ipso jure, nec auctoritatem rei judicatae inducat; sententia interlocutoria potest ferri, nullo ordine judicialio præcedente qui ad illam ordinetur. b) Sententia definitiva non valet, nisi feratur in scriptis et de scripto recitetur; secus dicendum est de sententia interlocutoria, quæ ferri potest sine scriptura, quamvis postea debeat redigi in scriptis, ut appareat inter acta processus. c) Insuper sententia definitiva non potest ferri, nisi judice sedente pro tribunal, et partibus presentibus, aut saltem legitime citatis et contumaciter absentibus; secus dicendum est de sententia interlocutoria, quæ potest proferri etiam parte absente, per nuntium vel epistolam.

*Italiae sua
contra i...
coquidem
Sic; e loco "potest
Iudicis senten...
ta in senten...
Roma v.*

3º *Respectu effectuum*, sententia definitiva differt ab interlocutoria, quia sententia definitiva semel a judice prolata, dummodo valida fuerit, ab eodem revocari nequit; secus est de interlocutoria, quam judex ante sententiam definitivam potest revocare et corrigere. Ratio disparitatis est, quia "judex posteaquam dixit sententiam, judex postea esse desinit, ut amplius sententiam suam (definitivam) corrigerem non possit; semel enim, sive male, sive bene, officio functus est," ut legitur in Jure Romano, De Re Judicata. E contra vero judex, si sententiam interlocutoriam protulerit, adhuc remanet judex in eadem causa, donec eam per sententiam definitivam termi-

naverit. Reiffenstuel, tit. XXVII, De Sententia et Re Judicata, lib. II.

Diximus dummodo valida fuerit, nam prædicta proeedunt, quando sententia definitiva judieis existit valida, seu non est contra jus constitutionis, licet sit iniqua, id est, contra jus partium; quod si sententia sit invalida, id est, contra juris dispositiones, judex ordinarius potest eam revocare et eansam denuo cognoscere. Reiffenstuel, loco citato.

1002. Quædam requiruntur ex parte ipsius sententiae. Oportet ut sit certa, absoluta, scripta et juri conformis.

1º Certa, id est, nihil ambiguum exprimens. Judex reum condemnet, si delicti sit convictus; vel absolvat, si non fuerit convictus. Ratio est, quia finis sententiae est ut lis dirimatur; quod non fit, quando sententia est incerta. Hinc nulla est sententia, si judex dicit: Reus solvat quod debet.

Quando causa principalis elucidari non potuit, et urget tamen necessitas statuendi regulas agendi, judex ferre debet sententiam *provisionalem* qua huic necessitati consultit, quoduscque, obtentis novis probationibus, valeat sententiam definitivam proferre. Hinc in causis matrimonialibus, quando non constat an intercesserit impedimentum dirimens in matrimonii celebratione, S. Congregatio rescribere solet *non constare de matrimonii nullitate*.

2º Absoluta, id est, sine conditione de futuro, vel de praeterito ineerto; ratio est, quia tali sententia non imponitur finis controversiae. Hinc non valeret sententia qua judex diceret: Condemno Titium, si probatum fuit eum debere.

3º Scriptis consignata, ut de ea certius constet, et remaneantur diversæ interpretationes quibus sententia oralis locum dare potest. Decretalis *Etsi*, in 6º Deeretalium, tit. XIV, declarat sententiam judicialem aliter prolatam non mereri nomen sententiae.

4º Juri conformis. Dupliciter sententia aliqua potest esse contra jns. Est vel contra jus constitutionis, quando judex judicat contra id quod a lege definitur; vel contra jus litigantis, quando judex male negat id ad quod jus se habere satis probavit litigans. a) An valeat sententia contra jus constitutionis lata, sic respondet Sennalzgrueber, in tit. XXVII, lib. II Deeret., num. 41: Vel id in quo sententia laedit legem est *causa extrinsecum*, v. g. si judex, quamvis notorie excommunicatus, sententiam pronuntiet; vel est *causæ intrinsecum*, v. g. si judex pronuntiet validam electionem factam a clericis suspensi.

Si *prius*, sententia est ipso jure irrita, nam regulariter quidquid fit contra jns est nullum.

Si *posteriorius*, et error in sententia exprimatur, v. g. si judex pronuntiet electionem validam esse, *quia suspensi possunt eligere*, talis sententia est ipso jure nulla, ita ut etiam post clapsum terminum ad appellandum possit impugnari usque ad 30 annos. Si vero error in sententia non exprimatur, dicendum est sententiam, etsi legis læsivam, esse validam, ita ut, nisi intra decem dies appetetur, transeat in rem judicatam.

b) An valeat sententia contra jus litigantis lata, dicendum est hujusmodi sententiam, quantumvis iniquam, esse validam et transire in remi judicataim, nisi ab ea fuerit appellatum intra decem dies. Apud Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 230.

1003. **Ex parte judicis, plura requiruntur:**

1º Oportet ut proferatur *a judice*, nisi sit ipse episcopus, seu alius prelatus major, cui, ob dignitatis praerogativam, conceditur ut sententiam profereat per alium recitet. Decreto talis *Etsi*, 5, De Sententia, in 6º.

2º Ut proferatur *a judice pro tribunalí sedente*, non in *causa* plano, nec stante: quod jure sanctum fuit ut major auctoritas demonstretur, et melius appareat causam, sedato delibera-
ratoque animo, et omniibus accurate perpensis, definiri. Auctor Prael. S. Sulpicii, vol. III, num. 677.

3º Citatis partibus et præsentibus, nisi contumaces sint. Tenent canonistæ partes triplie citatione simplici vel unica peremptoria esse citandas, ne sententia vi careat. Decet sententiam proferri in loco publico, ubi judex jus dicere consuevit; verumtamen cum episcopus, in quolibet loco sue diœcesis non exempto, possit pro tribunali sedere, nihil obstat quominus officialis, vel delegatus, qui eertam sedem non habet, locum non consuetum sibi eligat, prout existimaverit.

4º Die, non nocte. In re cavetur ne judex suas sententias dicat per noctem; unde dicitur in cap. *Consuluit*, 24, De Officio Judicis Delegati: "Ne judicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris... Nos eam procedendi horam intelligimus ex qua possis ante noctis tenebras perficere quod incumbit." Excipe, si consuetudo aliter induxit, vel id fiat cum assensu saltem tacito partium, quæ præsentes non contradicunt.

5º Præterea requiritur ut sententia non feratur die feriato; ex capite *Conquestus*, 2, De Feriis, lib. II Decretalium.

6º Regulriter ncessse non est ut judex *causam expri-
mat ex qua motus est* ad sententiam ferendam, et in dubio præsumitur ex justa causa pronuntiasse, ut constat ex capite *Sicut*, 16, De Sententia, tit. XXVII, lib. II.

Dicitur *regulariter*; excipiuntur plures casus in quibus expressio cause est necessaria: primo, in causis criminalibus, præsertim excommunicationis; secundo, in causis appellationis, quando sententia in prima instantia lata revocatur; ex capite *Bertholdus*, 18, De Sententia.

/1004. **Hujusmodi solemnitates adeo requiruntur,** ut, iis non servatis, sententia definitiva, regulariter loquendo, reddatur ipso jure nulla. Reiffenstuel, in titulo XXVII, lib. II, num. 65.

Dicitur *sententia definitiva*, siquidem sententia interlocutoria non requirit omnes prædictas formalitates.

Dicitur *lata in judicio ordinario*, nam in judicio sum-

mario judex potest omittere has solemnitates; ex Clementina
Supe contingit, De Verborum Significatione.

Quando judex procedit juxta instructionem *Sacra*, 11 Junii 1880, non debet omittere prædictas formalitates. Ex articulo 35, eruitur quod "sententia profertur, cancellario dispositivam partem scribente ex dictato, et in ea mentio expressa fieri debet, si reus damnetur, canonice sanctionis que contra ipsum adhibetur." Pérès, Procédure Canonique, pag. 141.

1005. Sententia parit plures effectas, tum quoad judicem, tum quoad litigantes, tum quoad ipsam causam.

1^o *Quoad judicem*; sententiam definitivam a se latam nequit judex revocare aut corrigere, quamvis manifeste agnoscat injustam esse sententiam suam et partes consentiant ut corrigatur hujusmodi sententia. Dantur ad predictam regulam due exceptiones: primo, si agatur de Summo Pontifice, certum est eum posse suam et antecessorum sententiam revocare et corrigere; secundo, quilibet judex ordinarius potest suam sententiam definitivam corrigere, si haec jure nulla et irrita foret.

2^o *Quoad partes litigantes*; sententia definitiva, modo sit valida, inter partes jus facit et ad parendum obligat, nisi ab ea intra decem dies fuerit appellatum. Constat ex capite *Inter*, 13, De Sententia. Ratio est, quia tunc pro veritate habetur, et pro se habet *præsumptionem juris et de jure*, quod sit justa. Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 236.

3^o *Quoad causam ipsum*; per sententiam definitivam finitur controversia. Si sententia sit lata in favorem actoris, efficit ut actor habeat *jus actionis* unde obtineat id ad quod reus fuit damnatus; si sit in favorem rei, reus habet *exceptionem rei judicator* unde conveniri nequacat in cadenti causa.

1006. Sententia a qua non appellatur transit in rem judicatam. Res judicata est sententia quæ nequit retractari ob *præsumptionem juris et de jure*, quæ amplius

directe impugnari non potest. Fundamentum presumptionis est duplex : 1º creditur judex legitime omnia gessisse, donec a partibus contrarium demonstretur ; ex cap. 16, De Sententia et Re Judicata ; 2º partes tacite vel expresse reuuntantes appellationis remedio, presumuntur approbare sententiam cique consentire ; ex cap. 15 ejusdem tituli.

1007. **Sententia definitiva generaliter vim sortitur rei judicante, positis duabus conditionibus :**
 1º Oportet ut lata sit a judice competenti, servatis regulis substantialibus juris. Sententia lata a judice incompetenti, aut contra jus, retractari potest, secundum doctrinam commune, usque ad triginta annos ; neque appellatio in eo casu necessaria est, quia appellatio requiritur quando sententia valet.
 2º Oportet ut intra decem dies non appellatum fuerit.

Dicitur generaliter, quia quedam sunt sententiae quae non transeunt in rem judicatam :

a) Sententiae invalidae, de quibus locuti sumus ; b) sententiae iu re matrimoniali. Quamvis pro validitate matrimonii tres conformes sententiae habita sint, si postea exurgat valida probatio de existentia impedimenti diriunctis, haec admittenda est, quia jus divinum prevalet cuicunque juri humano ; c) sententiae in causis criminalibus. Si constet innocentem fuisse condemnatione perculsum, admittenda est revocatio sententiae per judices ordinarios, vel saltem recursus excipiens est a Principe, ad justitiae ordinem restitendum. M. Lega, De Judiciis Ecclesiasticis, tit. III, De Re Judicata, num. 666.

1008. **Sententia que transit in rem judicatam debet executioni mandari.** Judex non tantum habet jurisdictionem qua possit jus dicere, sed mixtum imperium unde sententiam ad executionem efficaciter deducere valeat ; alioquin inaniter pro tribunali sederet judex, cuius sententiam impune contemneret reus.

Judex potest invocare brachium saeculare, et potestas

*Biens à
ordre & d'usage*

civilis, ob subordinationem potestati ecclesiasticae, tenetur urgere executionem sententiae tribunalis ecclesiastici, quin de ejus merito inquirat. Hoc modo res procedunt, quando viget inter utramque potestatem concordia.

/1009. Quedam sententiae nulla executione indigent.

1º Si sententia sit absolutoria; nam per ipsam sententiam, reus habet quod volebat, id est, absolutionem. Si tamen judex simul actorem condemnet ad resarcendas reo expensas, executione opus erit ut reus ejusmodi expensarum solutionem efficaciter obtineat.

2º Neque executione indigent sententiae condonatoriae quibus reus excommunicatur, aliave censura feritur; nam ejusmodi sententiae secum trahunt executionem. Idem dicendum de pena privationis, quando ad illam poenam observandam condemnatus non habet aliquem actum ponendum, sed debet ab aliquo actu se abstinere: v. g. quando quis privatur voce passiva aut activa, vel declaratur inhabilis ad aliquod officium.

3º In ceteris vero casibus, post prolatam sententiam, sequi debet canonica executio; quia aliter inanis remaneret sententia. Hoc patet, v. g. si judex ecclesiasticus pronuntiet in reum penam pecuniariam, vel penam depositionis ab officio, vel degradationis. Bouix, loco citato.

/1010. Executio sententiae fit auctoritate publica, quia si a privatis facienda relinquetur, facile oriuntur rixae, et praeterea de ea in posterum non satis constaret.

1º Quando sententia lata est a judice ordinario, et non in gradu appellationis, ad primum pertinet sententiae executio. Potest autem sententiam exequi, vel per seipsum, vel per alium ad hoc deputatum aut requisitum.

2º Si judex, qui sententiam tulit, sit delegatus Papæ, ad eum pariter pertinet executione; si sit delegatus ab inferiori, disputatur an ad eum aut delegantem pertineat sententiae executione.

3º Arbitri sententiam suam exequi nequeunt, quia ad pronuntiandum tantum censentur constituti; ejus executio ad judicem ordinarium remittitur.

4º Quoad judicem appellationis, distinguendum est: vel ejus sententia est *reformatoria* sententiae judicis *a quo*, vel *confirmatoria*. Si *reformatoria*, exequitio ejus spectat ad judicem appellationis; si *confirmatoria*, videtur executionem remittendam esse judicii *a quo*. Bouix, De Iuris, vol. II, pag. 240.

1011. **Si exsecutio fieri debet in territorio alterius, in aliena sellicet diocesi** judex in aliquibus requisitorias ad judicem hujus territorii additam alii vicini requirit ut sententiam ipse exequi vult. In loco, cui committitur exsecutio sententiae, illam exequi debet, recepto exemplari authentico sententiae. Non habet officium in iniurandi de illius justitia, sed simpliciter causa assignandi; quod efficere tenetur, nisi tamen appareat causa manifesta injustitiae, vel opponantur, ex parte illius cuius interest, exceptiones legitimae contra executionem. Prael. Juris Can. Sti Sulpicij, vol. III, 679; Bouix, De Iuris Ecclesiasticis, vol. II, pag. 238 et seq.

1012. **Quondam expensas, haec statuantur jure parti-
ticulari.** Conc. Queb. VI, dec. 9:

1º Ubi res agitur de bono religionis et cieri honore, ipse Promotor, de assensu Ordinarii, causam nomine publico suscipiat, et expensæ ferende erunt a curia, si causa ceciderit.

3º Si accusator pro proprio commodo egerit, cautionem in forma legali dare debet in favorem Officialis pro solvendis expensis, ad quas damnandus erit, si accusationem probare non potuerit.

3º Si accusatus se reum esse negaverit, similem cautionem dare teneatur, pro casu quo causa ceciderit.

Idem decretum ediderunt pro sua provincia Patres Concilii Marianopolitani, tit. XIII, dec. 1.

Parte 3º. Bollandiani Conc. 18

*expensæ ferentur
in curia
et terminatio
in vicie, habe-*

TITULUS X

DE MODIS LEGITIMIS SENTENTIAM IMPUGNANDI

*Quod sententia
exsercitur
radus iuris
est et cetera.*
Sententia a judice prolata, quamvis statim jus faciat inter partes, tamen firmum et irrevocabile non constituit, quamdiu legitime impetri potest, seu quousque sententia non pertransierit in rem judicatam.

Modi ad sententiam impugnandam ordinati, alii sunt ordinarii, alii extraordinarii.

Modi ordinarii continentur in appellatione late sumpta, que potest esse judicialis vel extrajudicialis.

Modi extraordinarii sunt querela nullitatis, restitutio in integrum, recursus ad principem, beneficium novae audientiae.

CAPUT I

DE APPELLATIONE

*gravis si nra
xcelerare curru
Tosunt appellare
sp. iuris iuris
non pro se
cula sonere*
1013. **Appellatio definitri solet:** "Provocatio ab inferiori judice ad superiorem ratione gravaminis illati vel inferendi." Reiffenstuel, tit. XXVIII, De Appellatione, lib. II. Dicitur 1^o *provocatio*, quia per appellationem imploratur officium judicis altioris ordinis.

Dicitur 2^o *a judice inferiori ad superiorem*, quia appellatio fit ad judicem superiorem, cui competit sententiam inferioris rescindere aut revocare. Utrum appellatio debeat fieri ad judicem immediate superiorem postea dicemus.

Dicitur 3^o *ratione gravaminis illati vel inferendi*, quia appellari potest non tantum a gravamine jam illato, sed etiam inferendo. Revera si quis appelleat a sententia definitiva, appellat a gravamine jam illato; appellans a sententia inter-

locutoria, movetur a gravamine quod timet in sententia definitiva, ob influxum decisionis interlocutoriae.

1014. Appellatio dividitur 1^o in judiciale et extra-judiciale.

a) *Appellatio judicialis* dicitur, quae fit ab aetibus judicialiis quibus se gravatum quis existimat, qualis est illa quae fit a sententia tum definitiva, tum interlocutoria; item si quis appellat ex eo quod sibi datus est terminus nimis brevis ad probandum; ex cap. 1, De Dilationibus.

b) *Appellatio extrajudicialis* e contra dicatur, quae fit ab actibus extrajudicialibus quibus gravamen timetur; hujusmodi appellatio dicenda est potius *provocatio ad causam*, juxta caput *Cum sit Romana*, 5, tit. XXVIII, lib. II: "Si vero a gravamine et ante litis ingressum fuerit appellatum, hujusmodi audiatur appellans, quoniam sacri canones etiam extra judicium passim appellare permittunt; nec solent hujusmodi dici appellations, sed *provocationes ad causam*."

2^o Dividitur in *rationabilem* et *frivolam*, quae denominations satis per se patent.

Quoad questionem utrum ad jus naturale referenda sit appellationum institutio, an vero ad jus positivum, distinguendum est inter appellationis substantiam et ejusdem formalitates. Quoad formalitates, eam esse juris positivi concedunt canonistæ; quoad substantiam, diversimode sentiunt, ut videre est apud Iega, *De Judiciis Ecclesiasticis*, cap. De Appellationibus, num 619.

1015. Appellare generatim permittitur omnibus qui gravamen quoddam, sive in Judicio, sive extra-judicium, patiuntur.

Appellare possunt partes litigantes, ad corrigendum effectum sententiae; item qui judicio extranei sunt, quando sententia sibi nocet.

Dicitur *generatim*, quia 1^o nequit appellare qui sententiam contra se latam approbavit sive expresse, sive tacite, id est,

non appellando intra temporis spatiū ad appellationem interponendam concessum ; 2º neque appellare potest qui condemnatus est tanquam reus criminis notori, quia appellatio esset frivola ; 3º neque is contra quem tres conformes sententiæ in eadem causa, eodemque articulo, latæ sunt.

¹ Quoad excommunicatum, distinguendum est inter appellationem judiciale et extrajudiciale ; prior ipsi permittitur, quia est species defensionis, quæ nemini denegari potest ; posterior ei denegatur, quia habet naturam conventionis ; jam vero prohibetur quominus excommunicatus conveuiat aliquem. Cf. Schmalzgrueber, in tit. XXVIII, lib. II, num. 11.

1016. Appellari potest in omnibus causis etiam minimis et levioribus, nisi expresse prohibetur a jure.

Prohibetur appellatio 1º in causis incidentibus, nisi earum sententiæ vim definitivæ habeant, aut afferant gravamen per sententiam definitivam irreparabile. Conc. Trid., sess. XXIV, cap. 20, De Ref.

2º Quoad censuram excommunicationis, suspensionis et interdicti, distinguendum est. Si judex censuram proferat post interjectam appellationem ab ejus sententia, censura hanc omnino nulla est, et appellatio a sententia nullatenus per eam censuram impeditur. Casus nempe ille est : supponamus pronuntiatam ab episcopo fuisse sententiam contra aliquem clericum, non tamen ullam censuram, clericum vero appellasse ab hac sententia. Tunc si episcopus contra hunc clericum censuram proferat, irrita erit hujusmodi censura ; revera per interjectam legitimam appellationem, suspenditur, quoad hunc clericum, ejus jurisdictione. Si vero censure fulminentur ante interjectam appellationem, ab iis censuris non datur appellatio quoad effectum suspensivum, quia censuræ secum trahunt executionem ; datur vero quoad effectum devolutivum. Schmalzgrueber, in titulo De Appellationibus, num. 24.

3º Prohibetur appellatio in cansis notoriis, cum remedium appellationis in istis cederet in detrimentum justitiae. Excipitur, nisi in appellatione exprimatur legitima causa per quam delictum notorium aliquo modo defendatur; ut si quis aliquem oecedit in conspectu populi, sed alleget illum oecidisse ad sui defensionem. Tunc admitti potest appellatio, et, ea pendente, judex sententiam exsequi non potest.

4º Non datur appellatio a sententia notorie invalida, sed remedium contra eam est *querela nullitatis*, de qua postea dicemus.

5º In genere adiuititur appellatio a quocumque gravamine extrajudiciali etiam futuro, etsi nondum illato, nee comminato; sed in judicio appellari solum potest a gravamine iam inflito, et a communione gravaminis infereudi injuste facta per judicem. Quando appellatur a gravamine extrajudiciali, appellatio in pluribus casibus habet solum effectum devolutivum.

6º Denique in genere non admittitur appellatio quae aperte videatur frivola et frustatoria; ex eap. 53, tit. XXVIII, lib. II. Cf. Sehmalzgrueber, in hoc titulo, num. 29. /

1017. Appellari potest a quocumque judice qui sententiam tulit. Ratio est, quia appellatio est species quædam defensionis, quæ datur oppressis contra iujuriam judicis.

Attamen plures sunt judiees a quibus, vel simpliciter, vel iuertitis causis, non permittitur appellatio.

1º A sententia Papæ non datur appellatio, ad concilium generale, nee ad ullum aliud tribunal; ratio est, quia appellatio nequit esse nisi ad superiorem, atqui Papa superiorem non habet in Ecclesia. "Doeemus et declaramus, aiunt patres Concilii Vaticani, Sedis Apostolieæ, ejus auctoritate major non est, judicium a nemine fore retractandum, neque euiquam de ejus licere judicare judicio. Quare a reeto veritatis trahite aberrant, qui affirmant licere a judiciis Romanorum

Pontificum ad oecumenicum concilium, tanquam ad auctoritatem Romano Pontifice superiorem, appellare." Coust. *Pastor eternus.*

a) Ideo excommunicationi latæ sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae subjacent: " Omnes et singuli, cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum, pro tempore existentium, ad universale concilium appellantes; necnon illi quorum auxilio, consilio, vel favore, appellatum fuerit." Const. *Apost. Sedis*, tit. I, num. 4.

b) Et " interdictum, Romano Pontifici speciali modo reservatum, ipso jure ineurrunt Universitates, Collegia et Capitula, quoemque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani Pontificis, pro tempore existentis, ad universale futurum concilium appellantia," Tit. VI, num. 1.

2º A sententia S. Congregationis Romanae non datur appellatio ad Summum Pontificem, quia S. Congregationes procedunt nomine et auctoritate Summi Pontificis, sed obtineri potest beneficium novae audientiae, de quo postea.

3º A sententia *arbitrorum compromissariorum*, quos partes libere sibi elegerunt, appellari nequit, et eorum sententia, quæ *loudum* dieitur, est definitiva.

1018. **Secluso casu appellationis ad Papam, appellandum est a judice inferiore ad proxime superiori.**

1º *Jure antiquo*, cap. 66, tit. XXVIII, lib. II, appellatio *per saltum* poterat a partibus rata haberi, si contra illam exceptio non moveretur; et inde intelligebatur sanari defectus per prorogationem competentiae.

2º *Jure Tridentino*, sess. XXIV, cap. 20, de Ref., omnes causæ ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in *prima instantia* coram Ordinariis locorum debent deferri, ut infra saltem biennium cognoscantur et solvantur, et partes non valent competentiam, ratione gradus, mutare.

3º Ob primatum Pontificis, a quoenunque judice ad Papam appellari potest, omissio medio, et etiam ad Congregationes Romanas, nomine et auctoritate Pontificis judicantes.

4º Item licet appellare ad judicem Papa inferiorem, omissio medio, si judex intermedius faetus sit inhabilis physice vel moraliter. Santi, Prael. Juris Can., tit. XXVIII, nnn. 9.

1019. Jure quo nunc utimur. hic est iudicio servandus:

1º A iudicibus episcopis inferioribus, vel ab episcopi delegato fit appellatio ad tribunal episcopi, et, sede vacante, ad vicarium capituloarem, vel ad administratorem. Cum, sede plena, episcopus et vicarius generalis unum efforment tribunal in rebus contentiosis, ad utrumque indiscriminatim appellari potest.

2º Ab episcopi tribunali, aut, sede vacante, a vicario capitulari, vel ab administratore appellatur ad metropolitanum, nisi appellans velit uti jure suo provocandi, omissio medio, ad Summum Pontificem, vel episcopus egerit *tanquam Apostolice Sedis delegatus*.

3º A sententia metropolitani, in secunda instantia, appellatur immedie ad Sedem Apostolicam, quia jam exolevit auctoritas primatialis; si sententia proferatur a metropolitano in prima instantia, appellatio debet fieri ad Sedem Apostolicam.

1020. Jure extraordinario vigente vi indulti:

1º In provincia Quebecensi, in causis matrimonialibus, quando sententia prodiit a curia suffraganei, appellatur ad curiam metropolitani; si vero a metropolitani curia prodierit, appellatur ad vicinorem suffraganenum.

2º In Statibus Fœderatis, in causis matrimonialibus, si prima sententia a curia metropolitana prodierit, appellabitur ad curiam metropolitanam vicinorem. Ad S. Sedem appellatio erit semper facienda, quoties primæ dñe sententiae inter se conformes non fuerint, nisi partibus placeuerit causam ad

ipsam S. Sedem ab initio et immedate deferre. Inst. super causas matrimoniales, num. 26.

Hi sunt gradus appellationis, quoad potestatem ordinariam; quoad potestatem delegatam, retinendum est illud principium, scilicet a delegato ad delegantem appellari et a subdelegato ad subdelegantem. Cf. Lega, Prael. Juris Can., num. 623.

'1021. Hic est modus servandus in appellationibus proponendis :

1º Appellatio interponenda est eoram judicee qui sententiam tulit, seu eoram judicee *a quo*, ita ut securus sit nulla, nee producat effectum sive suspensivum, sive devolutivum; ex cap. 59, tit. XXVIII, lib. II. Quod si nequeat appellatio interponi eoram judicee *a quo*, appellari potest directe eoram judicee *ad quem*; quod si sit difficile aut dispendiosum adire judicem, emittatur protestatio eorum viris honestis, qui postea de voluntate appellandi testentur. Santi, De Appellatiouibus, num. 15.

2º Jure deeretalium, forma legitima interponendæ appellationis duplex erat: vel enim *stante pede et viva voce* interponebatur post prolatam sententiam et inserebatur a notario inter acta judicialia, vel *ex intervallo*, seu post editam sententiam, intra 10 dies fiebat, et tunc proponi debebat per libellum appellatorium rite conscriptum.

3º Si appetetur *stante pede et viva voce*, sufficit ut appellans dicat judicii pro tribunali sedenti: *appello*, aut modo æquivalenti manifestet suam voluntatem; si appetetur *ex intervallo*, appellans manifestet suam mentem in scriptis.

4º In libello appellationis ab interlocutoria sententia, inseri debet causa appellationis, quia index sententiam interlocutoriam revocare aut corrigere potest; e contra in appellatione a definitiva non requiritur expressa mentio cause ob quam appellatur, eum judex *a quo* de hac sententia valida amplius videre non possit. Attamen proponenda est appellatio apud judicem qui sententiam protulit, eo consilio ut, perpensa

natura causæ ob quam appellatur, significet judici ad quem appellatur an justa et legitima sibi videatur appellatio. *Judex a quo* nequit appellationem denegare, nisi in casibus a jure expressis. Lega, De Appellationibus, num. 641.

5º Hinc libellus appellatorius debet exprimere : *a) nomen illius qui appellat ; b) nomen illius contra quem appellatur ; c) a quanam sententia appellatur ; d) tempus quo fuerit appellatum ; quia jus assignat tempus utile ad appellandum, quo inutiliter elapso, appellatio deneganda est.*

/1022. **Ad appellationem inepliendam, prosequendam et finiendam certa sunt tempora,** intra quae appellatio inchoari, prosequi et terminari debet, ne sententia transeat in rem judicatam. Haec tempora dicuntur *futuliu*, / quia lapsus temporis extinguit appellationem.

Fatalia alia sunt ad *inchoandam*, alia ad *prosequendam*, alia ad *finciendam* appellatiouem.

1º Fatalia ad inchoaudam appellationem sunt deceim dies computandi a tempore intimatio seu publicatio sententiae ; ita ex capite *Quod ad consultationem*, 15, De Sententia et Re Judicata : "Cum per deceim dierum spatiū sententia in auctoritatē rei judicatē transeat, qui a l provocationis subsidium intra id temporis non recurrat, appellandi sibi auditum denegavit, eum per hoc videatur, per interpretationem juris, latē sententiae paruisse."

Deedendum currit a momento latē sententiae, si reus fuerit præsens, vel a die quo illam noverit, si fuerit abseus.

2º Secundum fatale datur ut reus exquirat litteras quas *judex a quo* dirigit ad judicem *ad quem*, ut eum certiorem faciat de appellatione interposita et de ejus merito. Hujusmodi litteræ dieuntur *apostoli*, quia reus appellans mittitur ad judicem superiorem.

a) Apostoli dieuntur *dimissorii*, quia dimittunt reum appellantem ad judicem *ad quem*; *2º reverentiales*, quia

judex *a quo* testatur se appellationem admisisse, non ob ejus justitiam, sed tantum ob reverentiam superioris; 3º *refutatorii*, quibus judex *a quo* testatur se non admisisse appellationem, quo in casu, debet indicare rationes cur illam non almittat.

b) Jure decretalium, ex capite *Ab eo*, 6, De Appellacionibus, in 6º, reus appellans intra 30 dies debet petere apostolos. Potest judex *a quo* predictum triginta dierum tempus abbreviare et appellanti assignare breviorem terminum ad petendos apostolos. Quo elapso termino, si appellans eos petere neglexerit, censetur appellationi renuntiasse perinde ac si elapsi forent 30 dies de jure communi concessi.

c) A quo tempore currere incipient 30 dies ad petendos apostolos concessi, inter auctores controvertitur. Alii volunt eos currere a die latæ sententiae; alii a die interpositæ appellationis; alii a die quo notitia de sententia lata ad appellatorem pervenit. Cf. Schmalzgrueber, in tit. XXVIII, lib. II, num. 76.

d) Hodie nullus est nsus apostolorum, et appellatio interponitur per libellum appellationis intra decem dies in actis exhibitum; hinc, ut monet Instructio 11 Junii, art. 39, facta intra decem dies appellatione, curia absque mora transmittere debet ad superiore ecclesiasticum ad quem appellatum est, omnia acta cause originalia, scilicet processum, restrictum, defensionem et sententiam. Reus appellans tenetur intra viginti dies adire superiorem et appellationem introducere. Potestas ecclesiastica superior, habita notitia appellationis, appellantem monet ut intra viginti dies defensorem sibi constituat ab eadem potestate superiore approbandum. Et eo termino peremptorio inutiliter elapso, censetur reus beneficio appellationis renuntiasse, quam propterea judex gradus superioris peremptam declarat. Inst. 11 junii 1880, art. 40, 41.

3º Fatale datur ut judex *ad quem* judicet de merito appellationis; in capite *Cum sit Romana*, 5, tit. XXVIII, lib. II,

conceditur annus integer ad finiendam appellationem. Quod si adsit causa rationalis et notoria, conceditur biennium computandum a die interpositæ appellationis.

1023. Duo effectus tribuntur generatim appellationi, scilicet effectus devolutivus et effectus suspensivus.

Dicitur *generatim*, quia aliquando solus effectus devolutivus appellationis locum habet.

Effectus *devolutivus* in eo est positus, ut judex superior non solum cognoscere debeat utrum ratio appellandi sit justa, necne, sed etiam ut totam causam ad se revocet et de ejus meo decernat.

Effectus *suspensivus* in eo consistit, ut per appellationem sententia judicis, vel actus extrajudicialis contra quem appellatur, non quidem perimitur, sed in suspenso maneat. Hinc ea quae aguntur, pendente appellatione, habentur ut totidem attentata, quia censentur posita ab eo qui vera et actuali jurisdictione caret: unde servandum est principium: Pendente appellatione, nihil innovetur.

1024. Omnis appellatio canoulee facta prodicit effectum devolutivum. Hoe ermitur ex natura et fine appellationis, quae non alio tendit quam ad sublevandum reum a gravamine; jamvero gravamen non potest reparari nisi causa devolvatur ad superiorem unde sententia reformatur. Hinc judex a quo, interjecta appellatione, debet mittere ad judicem ad quem omnia aeta processus. Art. 39 Instructionis.

Judex appellationis, cognita legitimitate appellationis, eausam in merito videbit, et non solum sententiam proferet, sed poterit ipse eam executioni mandare, quin eam remittat judicii inferiori. Si appellatio facta fuerit a sententia definitiva, judex appellationis cognoscet non solum meritum causæ principalis, sed ejus accessoria et consequentias.

Quod si appellatio facta fuerit ab interlocutoria sententia, primum videbit judex utrum admittenda sit appellatio, vel

non. Si appellatio non sustineatur, judex appellationis remittet totam causam ad judicem inferiorem, simul condemnans appellantem ad refundendas adversario suo expensas judicij. Quod si vero constiterit de legitima appellatione, hoc in easu, judex superior decernet de causa sententi, seu de gravamine a quo appellatum est. Santi, Prael. Juris, tit. XXVIII, lib. II, n. 44.

1025. Appellatio, regulariter, sive sit judicialis, sive extrajudicialis, habet effectum suspensivum: unde dicitur in canone *Post appellationem*, 31, caus. II, quæst. 6: "Appellatione interposita, sive ea recepta fuerit sive non, medio tempore nihil innovari oportet."

Diximus *regulariter*, quia plures casus excipiuntur. Primus casus exprimitur in capite 8, tit. XXVIII, De Appellationibus, in quo traditur superiorum regularem posse exequi correctionem et punitionem religiosi sui, juxta regulam ordinis, quamvis religiosus appellaverit a mandatis superioris.

Secundus casus exceptus exhibetur in Tid., sess. XXIV, cap. 10, De Ref.; episcopi, in omnibus iis quæ ad visitationem ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus et potestatem habent, etiam tanquam Sedis Apostolice delegati, ea ordinandi, puniendi, moderandi, exsequendi quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione ac diœcesis snæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, executionem eorum quæ ab his mandata, decreta aut judicata fuerint, quoquo modo impedit aut suspendat.

Tertius casus respicit censuras ecclesiasticas absolute illatas, sive sermo sit de excommunicatione, sive de suspensione, sive de interdicto cujuscumque generis. Cum censuræ sint penitentiales medicinales ad corrigendos fideles institutæ, si ab istis censuris jam inflatis appellatio proponatur, ea non valet in

suspensivo. Hinc, e. g. excommunicatus poterit denunciari et proventibus ecclesiasticis privari, licet appellaverit.

Diximus *jam infletis*, nam si solum facta fuerit comminatio censure, appellatio interposita valet etiam *in suspensivo*; ex cap. 40, De Appellationibus.

Plures sunt casus quos recenset constitutio Benedicti XIV
Ad militantis, die 30 Martii 1742 edita, cui non derogat Instructio 11 Junii 1880, Art. 37.

1026. Quæritur utrum appellatio valeat etiam in suspensivo, quando episcopus procedit judicialiter tempore visitationis. Quando p̄ealtus, tempore visitationis diocesis, corrigit mores, *ad instar patris et extrajudicialiter*, appellatio non valet in suspensivo; secus dicendum videtur quando p̄ealtus, tempore visitationis, vel etiam præter occasionem visitationis, iu aliquem procedit in causa correctionis aut reformationi, servata forma judiciali. Tunc appellatio conceditur etiam *cum effectu suspensivo*, ut declaratum fuit in decretis Clementis VIII, 16 Oct. 1600: "Cum visitator, eitata parte et adhibita cause cognitione, judicialiter procedit, tunc enim appellationi loens erit, etiam quoad effectum suspensivum."

Praeterea mornu correctio, quæ non admittit appellationem suspensivam, illa intelligitur, ad mentem canonum, quæ non excedit limites paternæ correctionis et sit extrajudicialiter. Si imponantur pœnæ graviores, ad vindictam delicti potius quam ad rei emendationem, v. g. reclusio per diuturnum tempus in monasterio, interdictum perpetuum ab officio, privatio tituli inainovibilis, p̄ealtus nequit deserere viam judicialem, et appellatio valet in suspensivo.

1027. Appellatione Interposita, judec ad quem appellatur plura servare tenetur.

1º Expendere debet an appellatio interponitur tempore opportuno, an reo nou interdicatur beneficium appellationis ob contumaciam, an renuntiaverit expresse aut tacite appel-

*via. formule
indirexer
coheretanum.*



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc.



1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax

lationi. Si enim per negligentiam appellantis, vel per desperationem appellationis, lapsa fuerint fatalia, sententia transit in rem judicatam et judex *ad quem* nihil juris habet in eam.

2º Expendit an sit justa causa appellationis. Duplii præsertim in easu judex *ad quem* non desert appellationi : neimpe, a) si sit *frivola*; b) si judex *a quo* removerit eausam propter quam appellabatur. Appellatio dieitur *frivola* et mere *frustratoria*, quando ex futilibus rationibus interponitur ; hoc in easu, index illam non admittit. Quando appellatur a sententia interlocutoria, judex *a quo* revocare potest gravamen injuste illatum, qua in hypothesi, denegatnr appellatio.

3º Si probabilis appareat eansa appellandi, judex *ad quem* inhibere potest judici *a quo* ne ultra in eausa procedat, vel quid attentet in præjudicium appellationis ; et si, non obstante illa inhibitione, fiant *attentata*, jus habet illa revocandi, et, ante omnem eause disceptationem, omnia reducendi in pristinum statum. Caput *Non solum*, 7, De Appellationibus, in 6º.

Appellatio a sententia definitiva eximit appellantem a jurisdictione judicis ordinarii, eamque suspendit quoad illam causam. Unde quod interim attentat, ensetur factum a judice non competente, et revocari debet a judice ad quem jurisdictione devolvitur. Quod si appetetur a sententia interlocutoria, aut proeedendum est, quia quamdiu eausam principalem non definicrit judex, servat suam jurisdictionem ; nihilominus in illo etiam easu, si sententia interlocutoria gravamen sit induetura quod a sententia definitiva reparari nequeat, et appareat fundata ratio appellandi, ipsi injungi potest ne ultra proeedat, donec judex *ad quem* pronuntiaverit. Prael. Sti Sulpieii, vol. III, num. 708.

4º Judex *ad quem*, in eausa cognoscenda et definienda, eadem proeedendi methodo utatur quam adhibuit index *a quo*.

/ 1028. **Reus, si sententia confirmetur, iterum appellare poterit.** In hae regione, rens damnatus in secunda

instantia apud archiepiscopum, appellare poterit ad Excellentissimum Delegatum Apostolicum, qui praest hicarchiae, vel ad Sanctam Sedem, etiam cum effectu suspensivo, prout natura rei hunc effectum indulget.

Illud jus appellandi soli reo faveat, in causis criminalibus : hinc reus, si in aliqua instantia absolvatur, ad tribunal superius nequit provocari; ex cap. 6, tit. I, De Accusationibus, lib. V : " De his criminibus de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari."

Confirmatur causa *Medionalensi*, agitata coram Congregatione Concilii, 18 Aprilis 1885 ; Acta S. Sedis, vol. XVIII, pag. 75. Ex causae definitione, eruitur sententiam absolutioriam accusati, statim ac edita est, in rem judicatam transire.

1029. *Reo damnato patet aditus, in ultima instantia, ad S. Sedem.*

In nostris regionibus, appellatio ad S. Cong. de Prop. Fide interponitur. Appellans pre oculis habeat dispositionem 26 Martii 1886 et responsum 13 Julii 1886, quæ hic refcriimus :

I

DISPOSITIO PROVISORIA PRO ACTIS APPELLATIONIS IN CAUSIS CRIMINALIBUS EDITA DIE 26 MARTII 1886

" Sacra hæc C. Episcoporum et Regularium pro certo habens quod modi procedendi œconomice, ordinati per instructionem diei 11 Junii 1880, pro curiis ecclesiasticis in causis criminalibus quæ clericos respiciunt, observari quoque debeant in actis appellationis, quæ apud Sacrum Concessum interponitur a sententiis ipsarum curiarum, opportunam censuit publicationem sequentis dispositionis : "

" I. Defensor rei vel reorum eligendus inter advocatos a Saeris Congregationibus approbatos, prævio deposito de more, prudeenter notitiam sumit de restrictu et processu coram judice relatore."

“ II. Quatenus vero ratione causæ expedire censcat Emus Dom. Card. Praefectus, injungitur defensori secretum cum jurisjurandi vinculo.”

“ III. Exhibitibus defensionibus in scriptis, eædem, quatenus Emus Dom. Card. Praefectus æque opportunitum censcat, communicari queunt procuratori fiscali curiae *a qua*, ut ille, si necesse esse crediderit, in scriptis respondeat.”

“ IV. De responso procuratoris fiscalis defensor, sub debita cautela, cognitionem sumere potest coram judice relatore, ut replicare ultimo valeat pariter in scriptis.”

“ V. Omnino autem excluditur defensoris et procuratoris fisci presentia in comitiis cardinalium, quando causa resol-venda proponitur.”

“ VI. Excepta dispositione praecedentium articulorum, in sua plena vi, quoad omnes partes, ea omnia permanent quæ S. C. constituit per decretum diei 18 Decembris 1835, per litteras circulares diei 1 Augusti 1851, et per ordinationem diei 6 Junii 1847.”

Hæc approbavit SSmus Dnus Noster Leo XIII, die 26 Martii 1886.

II

RESPONSUM SACRE CONGREGATIONIS DE PROP. FIDE, 13 JULII 1886

“ Declarat S. Congregatio nunquam sese fore admissuram recursum vel appellationem sacerdotum, qui ad iudices laicos trahere ausi fuerint, vel clericum sine venia Ordinarii, vel episcopum sine venia Apostolice Sedis, sive in causa ecclesiastica sive non, nisi prius recursum ad civile tribunal interpositum deseruerint. Episcopi vero, juxta declarationem capititis *Cogentes*, a Suprema Inquisitionis Congregatione, die 28 Januarii 1886 editam, possunt iu prædictum clericum

animadvertere paenit et censuris ferendae sententiae, maxime suspensione a divinis, servatis tamen servandis, et pro gravi-
tate cause, si id expedire in Domino judicaverint."

CAPUT II

DE REMEDIIS EXTRAORDINARIIS CONTRA SENTENTIAM p. 266

Praeter appellationem, que est remedium ordinarium impugnandi sententiam, presto sunt alia remedia extraordinaria quibus sententiae revocantur aut rescinduntur, videlicet *querela nullitatis, recursus, beneficium nove audience et restitutio in integrum.*

1030. Querela nullitatis est remedium extraordinarium quo queritur a judeice ut nullam declaretur sententiam. *causa in ipsam -*

Diversimode sententia dicitur ipso jure nulla, juxta Pelle-
grini, Praxis Vicarii Generalis, parte 2, sect. 3, num. 79:

1º Ratione judicis, v. g. quando judex publice excommunicatus, vel infamis, aut mercede corruptus sententiam pronun-
tiavit; quando contra episcopum in criminalibus, absque
speciali mandato Sancte Sedis, pronuntiavit;

2º Ratione jurisdictionis, quando judex, qui illam profert,
nullam omnino jurisdictionem habet; quando non est com-
petens; quando pronuntiavit ut delegatus et litteræ delega-
tionis sunt false; quando est delegatus super una causa et
pronuntiavit super alia;

3º Ratione loci, quando eam judex profert extra locum *J 2, 115-*
sue jurisdictionis;

4º Ratione temporis, quando profertur die feriato; item *4-7, 78, 113.*
quando profertur de nocte;

5º Ratione causæ, quando neque absolutaria, neque con-
demnatoria rei est;

6º *Ratione modi*, si judex eam ferat stando, non autem sedendo (excepto easu quo summarie proceditur); ita si eam prouatiet non scriptam;

7º *Ratione processus*, si proferatur lite non contestata, et in genere si quid in processu fuerit omissum ex iis quae sunt de substantia ordinis judicarii;

8º *Ratione manifestæ iniquitatis*, si feratur contra jus scriptum; si contineat manifestum errorem aut aliquod impossibile.

1031. Quomodo proponitur querela nullitatis?

1º Querela nullitatis, jure scripto proponi potest tunc coram jure ordinario qui sententiam tulit, tum coram judice appellationis. Judex, per prolationem sententiae, funetus est officio suo et non potest amplius in suam sententiam reagere; hoc tamen intelligitur de judice qui sententiam *validam* pronuntiavit. Sententia nulla nullum parit effectum, nee suspendit jurisdictionem judicis, qui, declarata nullitate prioris sententiae, aliam validam proferre valet. Bouix, De Judicis, vol. II, pag. 408.

Diximus *coram judice ordinario*, quia judex delegatus, postquam prouintiavit, sive bene sive male, funetus est officio suo, sieque cessat ejus anctoritas et jurisdictionis; et proinde non potest amplius sententiam suam nulliter prolatam eorrigere, sed oportet adire superiorem.

2º Ex consuetudine omnino generali, querela nullitatis proponitur apud judicem *ad quem*; eo vel magis quod solet cumulari appellatio eum querela; jamvero hoc fieri nequit, nisi eausa apud superiorem proponatur.

3º Tandem non requiritur omnino ut querela intra decem dies proponatur; sententia nulla non transit in rem judicatam, unde de nullitate sententiae argui potest usque ad triginta annos, eum omnis actio dicto tempore prescribatur. Schmalzgrueber, in tit. XXVII, lib. II, num. 64.

1032. Proprie recursus dicitur provocatio que sit tantum ad Sedem Apostolicam in nonnullis causis appellationem non admittentibus. 1^o Hujusmodi sunt sententiae que proferuntur *ex informata conscientia*, quae appellationem proprie dictam non admittunt, sed recursum ad Sedem Apostolicam; tales sunt sententiae quibus parochi ad nutum amovibiles, sine causa sufficienti, transferuntur ad parochiam minorem. Non competit juris remedium ordinarium iis quorum positio in jure determinata non est, sed fit recursus ad S. Congregationem de Propaganda Fide; ex responsione 23 Martii 1887, vol. I, num. 597.

2^o Hie recursus fieri posset ad Excellentissimum Delegatum Apostolicum hujus regionis, qui tali jurisdictione videatur instructus ut hujusmodi controversias solvere valeat.

3^o Recursus dicitur supplicatio quedam facta principi ut, ex quadam benignitate, restituat supplicantem adversus sententiam contra quam non competit medium ordinarium. Quando quis tempore utili a sententia iniqua non appellaverit, ei indulgetur recursus ad principem supremum, qui, ob plenitudinem potestatis, potest effectum sententiae corrigere.

4^o Recursus differt ab appellatione: *a)* Recursus est remedium extraordinarium; appellatio est remedium ordinarium, unde non debet interponi recursus, ubi adhuc potest appellatio fieri. *b)* Deinde recursus potest in quacunque causa interponi; non sic appellatio, quae in quibusdam causis prohibetur. *c)* Appellatio debet fieri intra decem dies, dum recursus, si fiat principi, potest proponi intra biennium. *d)* Pendente appellatione, nihil est innovandum; e contra, pendente supplicatione, sententia mandatur executioni, prestita tamen cautione quod si retractetur sententia, omnia restituantur. Reiffenstuel, in tit. XXVIII, De Appellationibus, num. 22.

1033. Beneficium novae audience est remedium extraordinariorum quod est in usu apud tribunalia suprema Ecclesiae. Causa judicata a Sacra Congregatione,

pars victa, intra decem dies, id est, antequam sententia transeat in rem judicatam, potest apud eamdem congregationem proponere appellationem sequenti modo: debet secretario congregationis porrigeri supplicem libellum quo petit se iterum audiri in eadem controversia. Aliquando beneficium novae audientiae conceditur, sed, ne sit præjudicium jurium, præscribitur interim exsecutio sententiae: tunc dicitur beneficium valere *in devolutivo tantum*; aliquando conceditur ut valeat *in suspensivo et devolutivo*.

Congregatio, si clara sint partium jura, respondere solet: "Non esse locum novae audientiae." Si, admisso recursu, legitimum appareat jus recurrentis, S. Congregatio respondet: "Recedendum a decisio[n]e." E contra quando nova argumenta non producuntur, solet Congregatio respondere: "In decisio[n]e." M. Lega, De Judiciis in specie.

1034. Restitutio in integrum est medium extraordinariorum corrigendi sententiam. Definitur actus quo qui lesum se contendit, per officium judicis, reducitur in eum statum in quo foret, si asserta laesio non contigisset.

Restitutio in integrum conceditur 1^o *minoribus*, et iis qui jure minorum gaudent, ut sunt ecclesie, monasteria, hospitalia et alia loca pia, etiamsi laesio ex ipsorum culpa contigerit; 2^o etiam *majoribus*, si probent laesionem ex ipsorum culpa non contigisse, et ipsis jam non pateat remediorum ordinariorum via ad repellendam laesionem. Cf. Schmalzgrueber, in tit. De in integrum Restitutione.

Restitutio in integrum non adhibetur in judiciis criminalibus, unde non juvat de ea ulterius disserere.

naestus ad res co

DE MODIS EXTRAORDINARIIS PROCEDENDI IN CAUSIS CRIMINALIBUS

Praeter modum ordinarium proeedendi quem explieavimus, extant in jure quidam modi extraordinarii quorum sermo fiet in titulis sequentibus.

TITULUS XI

DE MODO PROCEDENDI EX INFORMATA

CONSCIENTIA

*Agit est ut vel recurrat ipsiuscum
Præcedentibus titulis immixtus cautelas quibus prelati se
præmuniunt antequam præsumptum reum citent et judicent.
Casus in quibus prelati sententiam in subditum proferre et
exsequi possunt, quin ei detur eopia defensionis, constituant
objectum præsentis tituli.*

*Si et res moti -
ciamus abus
ches ips
ut exercere
iustitiam.
tantum autem
modicæ
ordine.*

*Quoq; jis
habebant
magno ante
Corde & ip.*

1035. **Ante Concilium Tridentinum, episcopus non poterat aregere ab ordinibus suscipiendis, nisi ob causas in foro externo demonstrabiles.** Cap. 4, tit. XI, De Tempore Ordinationis, lib. I.

Episeopus occulæ indignos monebat et suadebat ut ab ordinatione suscipienda se abstinerent, præ oculis eorum posito Dei judicio, at nulla pena valebat eis interdicere ne ordinarentur atque in receptis ordinibus ministrarent.

Excipiebantur: a) rei oeculti homicidii, qui, etiam peraeta penitentia, eitra dispensationeiu non poterant in suseptis ordinibus ministrare; b) rei eriminis haereseos, ex quo licet

*De rebus & inform. conscientia
& iudiciorum superiori exercitacionis (Episc. ut sup. 4.
urbatum, 7. idem de exercitu eliam
excitum implati ad eum in self
exercitum ridens.
Actus suo episcopatu aliqui merito ex causa
rebus & iudiciorum superiori exercitacionis
ridens.*

occulto poterat clericus judicari et suspendi; c) regulares, qui rei criminis etiam occulti poterant a suis p̄aelatis interdicti, quominus ad ordines ascenderent. Cap. 5, *Ad aures*, loco citato.

1036. Contra haue praxim tot seculis precedentibus vigentem, Concilium Tridentinum, sess. XIV, cap 1, De Ref., statuit sequens caput, quod juvat referre:

"Cum honestius ac tutius sit subjectis, debitam prepositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deseruire quam cum praepositorum scandalō gradum altiorum appetere dignitatem, ei cui ascensus ad sacros ordines a suo p̄aelato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus, aut qui a suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius p̄aelati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores ordines, gradus et dignitates, sive honores, restitutio suffragetur."

Duplicem facultatem Tridentini Patres, in citato capite, impertinent praelatis, scilicet extrajudicialiter prohibendi ne quispiam vel 1^o ascendat ad sacros ordines quos nondum possidet, vel 2^o exerceat ministeria ordinum, graduum, dignitatum quibus jam potitur.

Hie modus procedendi dicitur *ex informata conscientia*, quia p̄aelatus procedit non ex iuridica informatione, sed ex causis *sibi notis* et in *conscientia perpensis*.

1037. In pleno vigore remanent dispositiones Concilii Tridentini, ut testatur Instructio 11 Junii 1880, art. 9: "Insuper vim suam plane retinet remedium extrajudiciale, quod *ex informata conscientia* appellatur, et pro criminibus occultis adhibendum deerevit Concilium Tridentinum." Eadem doctrina, eisdem quasi verbis, assertur in Instructione *Cum magnopere*, art. 9.

Eadem motiva quibus innixum est Concilium ut ederet hoc remedium extrajudiciale, militant ut suam vim retineat. Stremler, Peines Ecclésiastiques, c. X, pag. 310.

14^o Quod in hisce causis vel ex commissione apostolica vel ex jure episcoporum proprio tractandis majorem in modum curari et observari debet illud est, ut eadem cause, utpote ad fidem attinentes, secretissime peragantur, et postquam fuerint definite et exsecutioni jam traditæ, perpetuo silentio omnino premantur. Omnes curiae ecclesiastice administrari, et qui eumque alii ad has pertractandas, vel patroni ad descendendas causas assumuntur, iuramentum de secreto servando debent emittere, et ipsi episcopi aliisque locorum Ordinarii ad servandum secretum obstringuntur, prout in jure cautum est, cap. *Statuta, De Hæreticis, in 6^o, et in Clementina Multorum, De Hæreticis.* Qui vero denunciationis oneri satisfaciunt, quippe in hisce causis examini subjiciuntur, juramentum ab

initio de veritate dicenda, et, actu expleto, de secreto servando, tactis sacrosanctis Dei Evangelii, etiamsi sint sacerdotes, praestare tenentur. Haec si caute sancteque teneantur, nullum invidiae infamiaeque, vel aliud quodvis periculum timeri potest, quod vel testes a dicenda veritate, vel competentes judices ab investigando et condignis pœnis animadvertisendo sollicitationis crimen contineat.

15^o Indultum fuit a Pio VI ut cum difficillimum sit in illis tam dissitis ac disparatis regionibus ea omnia adamassim servare quea in hisce causis servanda sunt, et cum, si aliqua ex his omittantur, justitia non patiatur, ut pœnae infligantur adversus reos, de quorum criminis judiciaria ratione adhuc sufficienter non constat, tunc consultius fortasse esset si extra judicium ordinem procedatur ad occurrentium tanto malo mediis et modis magis facilibus et expeditis, qnos in casibus particularibus Vicarii Apostolici prudentia cum animorum zelo conjuneta suggeret. Jamvero quisque vilet hanc indulgentiam pro locis adeo dissitis ac disparatis factam neque omnibus esse communem, neque absque Apostolice Sedis auctoritate jure posse ubivis induci.

16^o Ceterum si locorum Ordinarii in conficiendis processibus, vel etiam, confecto processu, in proferenda sententia contra sollicitantes ad turpia in confessione gravioribus involvantur difficultatibus, rem, transmissis actis, deferre poterunt ad hanc supremam Congregationem, quæ peculiares instructiones singulis casibus accommodatas, ut sæpe fit, tradet, ac definitivam sententiam, si expediens fuerit, ipsa proferet. Cf. Collectanea S. Cong. de Prop. Fide, pag. 331, num. 94.

1056. Relate ad articulum 9 præcedentis Instructionis. S. Congregatio S. Officii edidit Instructionem 20 Julii 1890.

Nou raro ad S. Congregationem S. Officii transmittuntur ab Ordinariis vel a S. Pœnitentiaria denunciationes contra confessarios sollicitantes pœnitentes ad turpia, et sæpe acci-

dit ut in denunciationibus ipsis inducantur aliae poenitentes, vel ut certo ad turpia sollicitatae, vel tantum ex indiciis inductae, quae tamen obligationi de denunciatione emittenda juxta sacros canones satis non fecerunt. Ne autem crimen tam infandum absque debitissimis animadversionibus maneat, Sacra Congregatio indicit locorum Ordinariis ut dictos poenitentes opportuno examini subjiciant, ut inde legales probations in processualibus tabulis resultant.

De actibus sic collatis Ordinarii debent transmittere ad Sacram Congregationem S. Officii exemplar authenticum et cum suo originali collatum.

Sic conficitur norma examinis conficiendi :

Vigore epistole Sacre Supremæ Congregationis datae sub die... (vel vigore decreti Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archicopiscopi Ordinarii) vocata personaliter comparuit coram Illustrissimo ac Reverendissimo Domino N. N. sistente in Cancellaria (vel in sacrario, aut in colloctorio monialium seu piæ domus) in incipe, etc. N. N., nubilis (vel uxorata) degens in hac civitate N. N., in parochia N. N., filia (vel uxor) N. N., ætatis suæ... conditionis civilis, (aut agricolæ, aut famulatui addictæ) quæ, delato juramento veritatis dicendæ, quod prestitit tactis SS. Dci Evangelii, fuit

1^o Interrogata : An sciat vel imaginetur causam suæ vocationis et præsentis examinis ?

Responsio.....

2^o Interrogata : A quot annis usq; sit accedere ad sacramentum poenitentiae ?

Responsio.....

3^o Interrogata : An semper apud unum eundemque confessarium sacramentum poenitentiae receperit, vel apud plures sacerdotes; insuper an in una cœdinque, vel in pluribus ecclesiis ?

Responsio.....

4º Interrogata : An a singulis quibus confessa est sacerdotibus exceperit sanctas admonitiones, et opportuna præcepta, quæ ipsam examinatam edificarent, et a malo arcerent, et quatenus etc.

Responsio.....

Notandum : Si responso fuit affirmativa, id est, si dicat se bene semper fuisse directam, tunc interrogetur sequenti modo :

5º Interrogata : An sciat vel meminerit aliquando dixisse vel audivisse quod quidam confessarius non ita sancte et honeste sese gesserit erga pénitentes; quin murmurationes, seu verba contemptibilia contra ipsum confessarium prolata fuerint: e. g. quod ipsa examinata ab uno vel a pluribus pénitentibus, atque ab uno abhinc anno, vel a quatuor, aut tribus mensibus similia audierit?

Notandum : Si post hanc interrogationem et animadversionem examinata negare pergit, claudatur actus consueta forma, que ad calcem praesentis instructionis prostat.

At si quidquam circa aliquem confessarium, juxta ea de quibus interrogatur, aperuerit, ulterius interrogabitur prout sequitur:

6º Interrogata : Ut exponat nomen, cognomen, officium, aetatem confessarii, et locum seu sedem confessionis; an sit præsbyter secularis vel regularis, et quatenus etc.

Responsio.....

7º Interrogata : Ut exponat seriatim, sincere et clare ea omnia quæ in confessione sacramentali vel antea, vel postea, vel occasione confessionis audierit a confessario prædicto minus honesta: vel an ab eodem aliquid cum ipsa inhoneste actum fuerit nutibus, tactilis seu opere, et quatenus etc.

Notandum : Hoc loco judex soleiter curabit ut referantur eisdem verbis quibus confessarius usus fuerit, sermones turpes, seductiones, invitamenta conveniendi in aliquem locum ad malum finem, aliaque omnia quæ crimen sollicita-

tionis constituunt, adhibita vernacula lingua in qua responsiones sedulo et juxta veritatem exarabuntur; animum addat examinatæ, si animadvertisca eam nimio timore aut vereundia a veritate patescendi præpediri, eidem suadens omnia inviolabili secreto premenda esse. Denique exquireret tempus a quo sollicitationes incepérint, quamdiu perduraverint, quoties repetitæ, quibus verbis et actibus malum finem redolentibus expressæ fuerint. Cavebit diligenter ab exquirendo consensu ipsius examinatæ in sollicitationem, et a quaeumque interrogacione quæ desiderium prodat cognoscendi ejus tem peccata.

8^o *Interrogata*: An sciat aut dici audierit præ lietum confessarium alias pœnitentes sollicitasse ad turpia; et quatenus eas nominet, jubebit indicari nomen, cognomen et saltem indicia clariora quibus aliae personæ sollicitatæ detegi possint.

Notandum: Si forte inducantur aliae personæ sollicitatæ, erit ipsius judicis eas prudenter advoeare et singillatim examinare juxta formam superius expositam.

Responsio.....

9^o *Interrogata*: De fama prædicti confessarii tam apud se quam apud alios?

Responsio.....

10^o *Interrogata*: An prædicta deposuerit ex justitiae et veritatis amore, vel potius ex aliquo inimicitiae vel odii affectu?

Responsio.....

Quibus habitis et acceptatis, dimissa fuit jurata de silentio servando iterum tactis SS. Dei Evangelii, eique perleeto suo examine in confirmationem præmissorum se subscrispsit; si fuerit illitterata dieatur: eum scribere nesciret, feuit siguum crueis.

(Subscriptio personæ examinatæ)

Aeta sunt hæc per me N. N., Cancellarium, vel Notarium ad hunc actum assumptum.

Actus. 1057. **Tandem die 8 Augusti 1897, S. Cong. S. Officii edidit novam Instructionem relate ad probationem sollicitationis impositam ab articulo 10 Instructionis 1867.** — Haec instructio ad sequentia capita reducitur.

1º Habita denunciatione, non illico proceditur ad citoletum et interrogationem denunciati, sed judici perspectum exploratunque esse debet quod mulieres et viri denunciantes sint boni nominis, neque ad accusandum vel inimicitia vel alio humano affectu adducti fuerint. Ratio est, quia nemo debet rens constitui, nisi in processu informativo constet saltem semiplene quod ipse delictum, de quo inquiritur, commiserit, vel adsint indieia aequipollentia: aliter iudex mortaliiter peccabit et reus non tenebitur respondere, quia iudex non interrogat juris ordine servato. Et ratio potissima est, quia ageret contra jus canonieum et civile, in quibus cavetur non posse reum constitui, nisi precedentibus indieis vel probationibus; cap. *Cum oporteat*; cap. *Inquisitionis*; cap. *Quaeritur*, De Accusationibus. Cf. Pellegrini, Praxis Vicarii Generalis, pars IV, seet. 9, num. 12.

2º Hic processus ad informationem curiae requiritur sub pena nullitatis, et, eo omisso, iudex ad ulteriora procedere nequit. Auctores in hanc sententiam convenient, scilicet denunciationem unius testis singularis, quantumvis honesti et fide digni, non sufficere ut procedi possit contra denunciatum, etiamsi adessent indieia, adminicula vel præsumptiones. Revera depositio unius testis non sufficit; juxta regulam: Vox unius, vox nullius. Cap. *Veniens*, 10; *Licet universis*, 23, De Testibus. Tunc res integra deferenda est ad S. Officii tribunal, cuius erit normam procedendi constitnere.

In materia sollicitationis admittuntur testes singulares, id est, diversarum personarum quarum una deponit circa unum casum sollicitationis, alia circa aliun easum. Ut pena infligi possit, oportet ut cum testibus singularibus concurrant indicia, adminicula et præsumptiones. Pignatelli, consultatio 104, tom. I.

Pro adminiculis habenda est denunciatio jam antea facta ejusdem confessarii, ejus vita modestiae et honestati clericali parum consentanea, consuetudo cum personis suspectis, etc. Tres denunciationses diversæ a tribus diversis personis, licet singularibus, contra eundem confessarium factæ, magnam generant præsumptionem illius confessarii culpabilitatis, et sufficiunt ut contra ipsum procedatur prout de jure. Attamen duæ vel plures denunciationses, sed ab eadem persona contra eundem factæ, parvi pendendæ sunt et negligendæ; nam mulier honesta semel sollicitata iterum non redit ad sollicitatorem, ne simile quid contingat. Tali denunciationsi licet repetitæ fides neganda est. Stiemler, Des Peines Ecclésiastiques, pag. 124.

3º Oportet ut indicia probentur modo judiciali, nam, ut ait Barbosa, in capite *Qualiter et Quando*, 24, De Accusationibus, lib. V: "non ereditur judicii assertenti in inquisitione famam processuisse, nisi aliunde de appareat per testes particulariter receptos;" sic non ereditur judicii assertenti se indicia criminis receperisse ante inchoationem processus judiciali, nisi de iis coustet per testes a tamissim auditos. Pierantonelli, Praxis, tit. III, num. 14. Depositiones testimoniū circa indicia criminis inter acta processus recensentur, et corroborant testimonia testimoniū de sollicitatione, quæ per se sola non sufficiunt ut reus citetur et damnetur.

4º Regulariter non proceditur in denunciatum nisi post tertiam denunciationem; hoc insinuat instructio 1867, art. 11. Quia aliquando magnum intercedit temporis spatium inter singulas denunciationses, ne informationes colligi nequeant si nimis differantur, Ordinarius toties quoties aliquam denunciationem acceperit de nefando sollicitationis crimen, illuc ad diligentias peragendas procedet. Ad quem finem vel per se, vel per sacerdotem a se *specialiter* delegatum, advocabit duos testes, quantum fieri poterit, ex cœtu ecclesiastico,

ntemque vero omni exceptione maiores, qui bene noverint tum denunciatum, tum omnes et singulos denunciantes, eosque sub sanctitate juramenti de veritate dicenda et de secreto S. Officij servando judicialiter interrogabit. Utriusque testimonii et simul respectivae denunciationis authenticum exemplum direcete tantaque via ad supremam Congregationem S. Officij transmittet. Quod si iuveniri nequeant duo tantum testes qui noverint una simul denunciatum et omnes et singulos denunciantes, plures vocari debent. Tot nempe homines in easu testes vocandi erunt quot oportebit, ut duplex quoad denunciatum et uniuersaque denunciante habeatur testimonium.

5º Testes qui circa personam denunciante et denunciataum testimonium perhibent, interrogari debent juxta formulam quam tradit Instructio :

Vocatus personaliter comparuit eoram me, infra scripto episcopo..., (notetur nomen diocesis. Delegatus autem dicat: eoram me infra scripto a. r. p. d. episcopo... ad hunc aetum tantum specialiter delegato) sisteunte in..., (notetur locus ubi negotium geritur) N. N. (nomen, cognomen et qualitates testis conventi) qui, delato ei juramento veritatis dicenda, quod praestitit tactis SS. Dei Evangelii, fuit per me

1º *Interrogatus*: Utrum noverit sacerdotem N. N (nomen, cognomen et qualitates denunciati) ?

Respondit : ... (scribatur lingua qua utitur testis ejus responsio).

2º *Interrogatus*: Quenam sit hujus sacerdotis vitae ratio, quinam mores, quenam penes populum aestimatio ?

Respondit :

3º *Interrogatus*: Utrum noverit viros vel, ut plurimum, mulieres N. N. ? (nomen, cognomen et qualitates uniuscujusque denunciantis).

Respondit :

4^o *Interrogatus*: Quenam sit uniuscunusque eorum vita ratio, quinam mores, quenam penes populum aestimatio?

Respondit:

5^o *Interrogatus*: Utrum eos censeat fide dignos, vel e contra mentiendi, calumnianti in judicio, et etiam pejerandi capaces eos existimet?

Respondit:

6^o *Interrogatus*: Utrum sciat nimi forte inter eos et prefatum sacerdotem ulla unquam extiterit odii vel inimicitiarum causa?

Respondit:

Tunc, delato ei juramento de secreto S. Officij servando, quod praestitit ut supra, dimissus fuit, et antequam discederet, in confirmationem premissorum se subscrispsit.

Subscriptio autographi testis vel ejus signum + crucis.
Acta sunt haec per me N. N. (nomen, cognomen et qualitates episcopi: I ejus delegati qui testimonium recepit).

6^o Examine peracto, exempli utrinsqne testimonii et simul denunciationis quamprimum ad Sacram Congregacionem S. Officij transmittitur, ut, in easin appellationis, Sancte Sedi innotescat eansa. Nouvelle Revue Théologique, vol 30, pag. 180.

1058. **Omnis qui falso accusant innocentem sacerdotem** de sollicitatione apud judicem, ab hoc calunniae reato absolvvi non possunt nisi a Sancta Sede, cui tanti sceleris absolutionem reservavit Benedictus XIV, in sua constitutione *Sacramentum Penitentie*. Ut docet Lehmkohl, Theol. Moralis, num. 408, vol. II, haec reservatio, cum sit mere penalit, non incurratur ab ignorantie, quia, ut ait laudatus Pontifex, plebitur "ut tam destabile facinus metu magnitudinis poene coereatur."

Autor niciu de ultima lege re-

be *Tribulus* summarise.

12 *Scutellaria* *lanceolata* *gongyronema*

1st June 1904 1,904' 05'

Second and more third

TERTIA PARS

DE CAUSIS CIVILIBUS ECCLESIASTICIS

Civilis dicitur quilibet processus qui non est criminalis; ac proinde quoties non agitur ad publicam alienus delicti vindictam, sed ad obtainendum aliquid aliud, processus civilis est.

Hinc sicut in foro saeculari, ita et in foro ecclesiastico
habentur non tantum criminales sed et civiles processus. Si
nempe causa civilis versetur circa materiam *spiritualem* vel
ecclesiasticam, (v. g. si lis moveatur de valore alieujus matri-
monii, vel de jurisdictione alieujus prelati, vel de privilegio
alieujus monasterii, etc.) subjacet judice ecclesiastico, et pro-
cessus in curia ecclesiastica est ventilandus; secus apud
potestatis temporalis eurias causa judicari la est.

In volumine I, tit. III, num. 162, diximus quænam sint causæ spirituales, mixtæ et temporales; ad rem conferri potest Bouix, De Judiciis, vol. I, seet. III, pag. 67.

Quæ sumus dicturi de causis civilibus ecclesiasticis distri-
buemus in tres partes, seilicet insinuabimus ~~summatim~~ communem telam processus civilis, et postea indicabimus normam
procedendi ~~in~~ causis de nullitate professionis religiosæ et ~~in~~
causis matrimonialibus.

Morita { 1^o Ad iudicium eccles. curia nostra ad totius Ecclesie
 causam spirituale dicentibus. Videamus
 2^o Causa spirituale per singularem est. viene id iudicium
 eccles. s. de debitoribus, de sponsalibus, etc.
 3^o Intraestiones circa bona eccles. ad formam
 pertinuerunt. Nam licet alii iurando lcc. utiliter hoc in
 Regibus similitus, itamen multa haec iurisca -

in modus actus { 1^o huius iudiciale dictum saltem non videtur
postulant ita ut partes scient quod in
factum est.
2^o si postulat ab actibus iudiciale dicto ex*interventu*
et hoc sub forma invaliditatem misceret.

TITULUS XIV

DE MODO PROCEDENDI IN CAUSIS CIVILIBUS

*Autem seculum et athenas et romas i...
1059. Processus civilis ecclesiastici sumit principium a libello seu a comparitione actoris.* Actor, sive per se, sive per procuratorem, compararet coram judice, eique presentat libellum in quo petit aliquid ab aliquo, vel iustat aliquid aliud sibi fieri.

Libellus debet esse clarus, ad hoc ut reus conventus deliberare valeat an confiteri vel litigare juvet; alioquin judex illum admittere non debet, sed potius rejicere. Ratio est, quia juxta libellum per actorem ipsum facienda sunt probationes et formulandi articuli super quibus examinantur testes; pre-terea judex sententiam dare debet conformem libello; Pellegrini, Praxis Vicarii, apud Bouix, De Judiciis, vol. II, pag. 399.

1060. Post libelli porrectionem, fit citatio per iudicem super eodem, ad hoc ut reus conventus habeat notitiam illius petitionis ab actore factae. Ista citatio intima est reo personaliter, si commode haberit potuerit; alias fit in domo solitae habitationis, *liberibant et rassegna copia*, dimissa copia. Quocumque modo fiat citatio, oportet ut de ejus exsecutione habeatur documentum. Non prohibetur, quemadmodum in causis criminalibus, quominus, in curiis ubi desunt cursores et apparatores, citationes fiant per qualificatas personas, vel litteras assecuratas, modo de earum exsecutione constet documentum.

1061. Habita citatione, si reus, nec per se, nec per alium, die statuto comparuerit, fit contumax. Si e contra reus conventus comparuerit in curia, habere debet copiam libelli ut deliberare possit an edere vel contendere *circumstantias*; voluerit; judex assignat reo dilationem *viginti dierum* ut *ed forfendat*. *Si curia et dies non servari possint, et in curia et circumstantia dubitatur*.

cf. 984.
deliberet an debeat litem contestari. Smith, Ecclesiastical Law, vol. II, num. 1334.

2 f. 245
v.s. si p. est r. c. p. m.
nam tam incepto
judicio seu con-
testatione letis,
jides non tem-
tur audire has
exceptiones.

1062. Ante litis contestationem, reus potest oppo-
nere exceptiones dilatorias vel peremptorias. Inter priores primum locum obtinent quae personam judicis respiciunt, et fori declinatorie dicuntur; istae exceptiones declinatoriae et incompetentiae judicis opponendae sunt ante omnes alias, ne reus videatur consentire in judicem. Praeter exceptiones fori declinatorias, aliae dilatoriae opponuntur quae actorem vel actionis qualitatem respiciunt, v. g. quod actor sit inhabilis, vel in tenuiore non debito petat. Vis exceptionis dilatoria est ut retardetur actiois intentio.

Similiter reus poterit opponere exceptiones peremptorias, que quidem non protrahunt judicium, sed illud omnino cessare faciunt: talis est exceptio litis finitae, rei jndicatae, transactionis, nullitatis processus, paeti de non petendo, et aliæ impedimentum præstant ne ad ulteriora procedi possit in causa.

Exceptiones rei communicantur actori ut eis respondere valeat, et similiter responsiones actoris revelantur reo, et ita porro usquedum partes, definitis causis incidentibus, valeant procedere in causa principali.

1063. Faeta litis contestatione, instruitur processus.

modus
Ch. mot. ius.
1º Utrique parti, seilieet actori ad faciendas suas proba-
tiones, et reo conuento ad faciendas suas defensiones succe-
sive datur terminus sufficiens ad probandum.

2º Dato termino prædicto, fieri solent aliquando positio-
nes, super quibus respondendum est per partem adversam,
ut alia pars relevetur ab onere probandi.

3º Postea prædueuntur articuli et interrogatoria super
quibus testes sunt interrogandi.

4º Post articulorum et interrogatoriorum productionem, fit
citatatio testium ut circa veritatem articulorum examinentur

9^o et deponant; vocatur pars adversa ut videat testes juramentum de veritate dicenda præstare. - 916- *Ipse iudex in dictis testibus sententia una est laicorum.*

5^o Completis probationibus, absolutisque testimoniis examinatis, fit publicatio in causa, per quam manifestantur utriusque parti omnia dicta testimonia. 92)

6^o Peractis omnibus probationibus, fit conclusio in causa, id est, non amplius admittuntur probationes a partibus. 997

7^o Postea monentur ac citantur ambae partes ad dicendum et allegandum coram iudice, oreteus et in scriptis in jure et in facto, cum advocatis et procuratoribus, ad effectum discutiendi probationes factas, ut possit tandem iudex ad sententiam devenire; *se fuit les laicos*

8^o Deinde notarius causæ judicii porrigit omnia acta causa, ut ex illorum studio et cognitione sententiam rectam proferre valeat.

9^o Postquam iudex omnia acta causæ sedulo perpenderit, citat partes ad sententiam audiendam.

10^o Iudex debet sententiam definitivam secundum sacros canones proferre. *sic pista et certa rebus sententia* Sententia continere debet condemnationem vel absolutionem rei conventi; alias non valet.

11^o Post sententiam, sequitur ejus exsecutio, si valida fuerit, vel si ab ea per reum condemnatum infra decem dies appellatum non fuerit; in quibusdam causis, appellatione non retardatur exsecutio sententiae. - 1016 + 1025-

12^o Sententia impugnatur sive appellatione, sive aliis mediis extraordinariis quibus locuti simus, tit. X, cap. I et II. Cf. Pellegrini, Praxis Vicarii Generalis, apud Bouix, vol. II, p. 400.

*Pro causis civilibus, et iusti
dicti de bono et malo agere, et sententia
in severo.*

TITULUS XV)

DE NORMA PROCEDENDI IN CAUSIS NULLITATIS PROFESSIONIS RELIGIOSÆ

Religiosi in iraxi

“Quicumque regularis pietendant se per vim et metum ingressum esse religionem, aut etiam dieat ante aetatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quaeumque de ea uisa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tam a die professionis; et tunc non aliter, nisi causas quas pretenderit, deduxerit coram superiore suo et Ordinario. Quod si antea habitui sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quaeumque causam admittatur, sed ad monasterium ~~quam sibi propter secularare officia~~ redire cogatur et tanquam apostata puniatur; interim vero nullo privilegio sue religionis juvetur.” Cone. Trid., sess. XXV, eap. 19, De Regularibus.

1064. **Ex hoc decreto patet:** 1º esse professo jus reclamandi contra votorum professionem; 2º illud dari quoties constat professionem fuisse emissam sub actione vis et metus, aut in aetate indebita, aut verificatur *quid simile*. Quae ultima verba satis exprimunt jus reclamandi competere in genere pro quacumque causa que nullam fecerit professionem, e. g. quia novitiatus fuerit interruptus, vel novitus non gestaverit habitum religiosum, etc; 3º querelam esse proponendam intra quinquennium computandum a die emissione professionis eoram legitimo superiore regulari et simul eorum loei Ordinario. Quod si professus tacuerit per quinquennium, eo expleto non amplius auditur, quia presumitur ratam habuisse professionem suam; 4º si quis intra quinquennium propria auctoritate habitum dimiserit, ad monasterium redire cogendus est. Non admittitur ad proponendam

Quod hodie moritum:

querelam, sed ut apostata puniendus est et interim privanus omni privilegio suæ religionis. Santi, De Regularibus, lib. III, tit. XXXI, num. 33.

1065. **Hæc Tridentina dispositio ampliationem et formam magis determinatam accepit** a constitutione Benedicti XIV, *Si datum ab hominibus, 4 Martii 1748.*

Hæc constitutio plura decernit :

1º Decretum Tridentinum comprehendit quoque fœminas, licet videatur de viris religiosis tantum loqui.

2º Etiam non reclamante religioso professo, ipse superior, detecto impedimento, intra quinquennium potest cum Ordinario loei procedere in cognitione cause nullitatis professionis.

3º Actio instrueta intra quinquennium, licet inde deserta, potest iterum a religioso moveri et judicari ab Ordinario et superiori regulari.

4º Superior, ad effectum quæstionis, ille est qui, tempore motæ litis, regimen habet monasterii vel eonobii in quo reclamans professionem emisit.

5º Quoad moniales, si sermo sit de monasterio loci Ordinario immediate subiecto, solus Ordinarius intra quinquennium causam reclamantis judicat; si vero sermo sit de monialibus exemptis, superior regularis non est eonfessarius regularis, sed ille cui concredidit est universum regimen monasterii.

6º Superior regularis non potest totum negotium episcopo finiendum committere, sed potest alium virum ecclæsticum juris canonici peritum delegare, qui cum episcopo procedat.

7º Sanetæ Sedi reservatur cognitione causæ nullitatis, ob missam probationem extra domum novitiatus.

8º Potest ad querelam admitti intra quinquennium religiosus qui habitum dimisit, si deinde illum reassumpserit et in religione commoretur.

*Sua duplex
firme debet
esse hanc re
vi illud.*

9º Conficiendus est processus vere et proprio dictus judicialis; et sub poena nullitatis actorum est deputandus ~~infractio habeat effectum~~ defensor professionis religiosae ex officio, qui interrogatoria dare debeat et adsistere confectioni tabularum processus, nec non coram judicibus voce et scripto valorem professionis tueatur. Citandi insuper sunt et audiendi defensores monasterii, et alii omnes quorum interest professionem religiosam sustineri.

10º episc. vel legen.
10º Si Ordinarius et superior regularis in judicio dissentiant, causa definienda devolvitur ad Apostolicam Sedem.

11º Lata sententia in prima instantia ab Ordinario et superiore regulari, religiosus poterit appellare, si pro validitate professionis jus dictum fuerit; debebit vero appellare defensor ex officio, si pro nullitate professionis steterint judices; et interim suspenditur exsecutio sententiae prolatae.

12º In secunda instantia, ad illum ordinarie devolvitur causae cognitio ad quem de jure aliæ omnes ecclesiasticae cause in gradu appellationis transeunt.

Simul vero cum hoc secundo Ordinario causam judicabit superior regularis monasterii ejusdem ordinis, si monasterium sit in civitate, vel in diœcesi Ordinarii appellationis. Si nec in diœcesi adsit monasterium, assumitur superior vicinioris monasterii ejusdem ordinis.

In hac etiam sede judicii, et in aliis, si ulterius appetetur, adsint semper defensores professionis, sub poena nullitatis actorum.

Hæc omnia observanda etiam sunt in curia Cardinalis Vicarii Urbis.

13º Nisi binæ sententiæ conformes habeantur, non poterit professio uti nulla haberi, nec professus ad alia vota transire potest. Santi, loco citato.

1066. **Beneficium restitutionis in integrum quandoque conceditur, quinquennio inutiliter elapsò,**

ita ut, hoc beneficio obtento, possit cognosci et decerni causa nullitatis professionis.

1^o Jamvero in eitate constitutione *Si datum hominibus*, judicium pro concedenda vel neganda restituzione in integrum reservatur Sedi Apostolice.

Quo in negotio, ut rite procedatur, juxta eamdem constitutionem :

a) Committi debet Ordinario loci et superiori regulari mandatum ut super causis restitutio*n*is in integrum conficiant processum, eodem modo quo facere deberent pro causa nullitatis professionis infra quinquennium decernenda.

b) Deinde quæstio apud S. Sedem disertatur, perinde ae si ageretur de causa nullitatis; nee pro obtainenda restituzione unica favorabilis sententia sufficit, sed duplex conformis requiritur.

c) Hae obtenta restitutio*n*e, Ordinarius loci et superior regularis procedere possunt ut supra in cognitione cause pro invaliditate professionis, quemadmodum si ante quinquennium faeta fuisse reclamatio.

2^o Hodie vero, ut consulatur brevitati temporis, solet apud S. Sedem utraque quæstio simul pertractari in S. Cong. Episcoporum et Regularium, proposito distineto dubio.

3^o Causæ pro obtainenda restitutio*n*e in integrum ad duas præcipue reducuntur, nempe : a) ad ignorantiam impediti et nullitatis professionis; b) ad impotentiam institutandæ querelæ contra professionem in deuersu quinquennii. Santi, loco eitato.

*In Praxi, saltem in causis cœminibus,
melius est recurrere in procedere
e. t. caritate, non ex titia, sicut sic.*

Fuentes primariae
et huiusmodi

- opt. - *Nomina Constitutionis Genes. III, 17. "qui
opt. Concilium ad rationem" Satis 3^o. 1741*
2- *Institutionis de P. 3. ac. 22 Actio*
3- *Institutionis de P. 3. ac. 22 Actio*
"C. Concilium idem 1741
"Institutionis de P. 3. ac. 22 Actio

*Fons secundus iste est ab aliis quod
2. modic.
emittit Sathan, 12. 1. 1. 3*

TITULUS XVI

Lxx, 16. 1. 7. DE NORMA PROCEDENDI IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS

Plura impedimenta. Cum matrimonium habeat Deum auctorem, fueritque a ~~Adventu~~ ~~adventu~~ principio quaedam Incarnationis Verbi Dei adumbratio, idcirco inest in eo sacramentum et religiosum quiddam, non adventitium sed ingenitum, non ab hominibus acceptum, sed natura insitum. *V. G. interdictione* *sanguinitate, nuptiis clandestinis.* *Hinc cause matrimoniales natura sua spectant ad forum ecclesiasticum, dicente Tridentino, sess. XXIV, cap. 12: "Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad judicem ecclesiasticum, anathema sit."* Revera ad judicem ecclesiasticum spectat, jure originario et exclusivo, causa spiritualis; atqui talis est causa matrimoniil quod est sacramentum, ant quae versatur circa obligationem a sacramento derivantem.

Dixi jure exclusivo: unde repelluntur laici qui, si cause matrimoniali cognoscendae aut definiendi sese immiscent, graviter peccant, et nullus est processus, nulla sententia, si proferatur.

1067. Per causas matrimoniales veniunt illae quibus controversia et questio est de matrimonii et sponsalium natura:

1. de conjugum et sponsorum juribus et obligationibus ortis ex contractu sponsalitio vel matrimoniali;

2. de sponsalium et matrimonii valore et de legitimitate prolis

3. ex isto ortae; de ipsorum impediimentis; de dispensationibus

causarum in hujusmodi impediimentis; de ipsius matrimonii vel sponsalium causa ob ista impediimenta dissolutione aut reintegratione.

4. de dote, de hereditaria successione, aliuuentis et similiis et ceteris libus agitur... Excipitur, nisi hujusmodi quæstio incidat in

nuptiis et sponsalibus.

5. sponsalium et conjugum et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

6. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

7. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

8. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

9. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

10. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

11. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

12. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

13. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

14. de sponsalibus et conjugis et sponsorum iuribus et obligationibus ortis.

causam matrimonialem proprie dictam, quae principaliter agitatur: hoc enim casu, cognoscere de hujusmodi causis et pronuntiare judex ecclesiasticus potest." Schmalzgruebe: in tit. XVIII, lib. IV Decretalium, num. 6 et 7.

Cause circa delicta contra matrimonium commissa, v. g. adulterium, incestus, polygamia, malitiosa conjugis desertio, etc., si agitantur ad solam punitiōē delicti, sunt mixti fori, adeoque ad utrumque judicem spectant ecclesiasticum et sacerdotale, et inter eos datur locus preventionis. Dixi si agitantur ad solam punitiōē, quia si haec causae occasione criminis instituantur quoad jura et obligationes coniugales suspendendas vel tollendas per divortium perpetuum, non nisi coram judice ecclesiastico proponuntur; ex cap. 5, tit. XXXVIII, De Procuratoribus, lib. I. Hinc una eademque causa, e. g. adulterii, tractari dicitur ad poenam legalem in laico, ad separationem thori in ecclesiastico tribunali. De Luca, Prael. De Judiciis, num. 294.

1068. Suumius Pontifex potest tolle ut judex

laicus causas matrimoniales videat. Nostris temporibus, causae de divortio semiploeno retractari solent apud tribunalia laicalia, et S. Sedes, pro nonnullis regionibus, expresse declaravit id servatis servandis, tolerari posse, suppleta scilicet jurisdictione. Cf. Gasparri, De Matrimonio, num. 1165. V. S. in Syria, in alij diaecesis.

Premissa quadam dissertatione circa constitutionem tribunalis competenti, exponemus solemnitates servandas in genere, et in processibus potioribus qui apud curias episcopales solent agitari, quoad reliquos consulenda est instructio S. Congregationis de Prop. Rite ad episcopos Statuum Fœderatorum, edita anno 1883.

Am matrimonium sit latus etiam in
societas, et manus stricta sint ad partem
et iuris dei ex parte communione

U. Y. - Zone-Balt-Lit. N° 267 ha. iur. re
inversio semi-solera. Cf. 86 Roman number.
Cet contra latus etiam in matrimonium iuratur.

CAPUT I

DE CONSTITUTIONE TRIBUNALIS COMPETENTIS

*Tres iuris
esse tribunali*

1069. **Causa matrimonialis proponi debet coram
judge ecclesiastico competente.**

1º Si agatur de divortio pleno obtinendo, i. e. de dispensatione matrimonii rati tantum, est unice competens Rom. Pontifex, qui eam concedit ad consilium S. Congnis Concilii, vel S. Officii, et interdum S. Congnis de Prop. Fide.

2º In aliis causis, episcopus, et non inferior, est competens in 1^a instantia; ex Concilio Trid., sess. XXIV, cap. 20. Dixi et non inferior, quia, ex citato capite et instructione Benedicti XIV, *Dei miseratione*, causarum matrimonialium cognitio quibusvis judicibus inferioribus, non obstante quovis privilegio ac prescriptione, fuit sublata, ac episcoporum tantum examini et jurisdictioni reservata. Atvero cum haec potestas sit episcopis ordinaria, sequitur eam posse etiam generaliter ab episcopo delegari alteri viro idoneo, aut ejus vicario generali.

3º In 2^a instantia, competens est archiepiscopus, si episcopus, qui per se vel per alium in 1^a instantia sententiam dixerit, est eidem suffraganeus. Nam, ex jure communis, archiepiscopus recipere potest et debet appellationes a tribunalis suffraganei; atque cause matrimoniales ab hac regula nusquam inveniuntur exceptae.

Jure particulari, causa matrimoniales deferuntur in secunda instantia de tribunali archiepiscopi ad tribunal vicinioris archiepiscopi, in Statibus Fœderatis; vel de tribunali archiepiscopi ad tribunal vicinioris suffraganei, in quibusdam locis hujus regionis.

4º Tandem Romanus Pontifex, in ultima instantia, est competens pro universa Ecclesia. Romæ tribunal institutum est, ex const. Benedicti XIV, *Dei miseratione*. S. Congre-

gatio Concilii has causas matrimoniales expendit sive in gradu appellationis, sive etiam in primo gradu, cum agitur de dispensatione pro matrimonio rato et non consummato.

1070. Inter episcopos queritur quis sit competens.

1º Si agatur de matrimonio impediendo, episcopus competens est episcopus diœcesis in qua matrimonium contrahendum est. Hinc impedimentum ortum ex sponsalibus præcedentibus opponi debet coram episcopo diœcesis in qua nuptiae cum tertia persona sunt contrahendae, et hic episcopus videbit de existentia et valoje contractus sponsalitii.

2º In genere autem episcopus competens est episcopus domicilii. Conjuges in causis matrimonialibus subsunt episcopo in eujus diœcesi maritus domicilium habet. Exceptioni locus est si conjugale vitae consortium aut per separationem a thoro et mensa, aut per desertionem malitiosam a viro patrata, sublatum sit. Priori casu, quælibet pars jus accusandi contra alteram ipsi competens coram episcopo diœcesis, ubi haec domicilium habet, exercere debet. Posteriori casu, uxor apud episcopum, intra eujus diœcesim domicilium ejus situm est, actionem instituere potest. Postquam citatio judicialis intinata est, mutatio quoad conjugum domicilium facta mutationem respectu judicis competentis minime operatur". Inst. S. Cong. de Prop. Fide, 1883.

1071. Queritur an competens sit episcopus loci ubi celebratum est matrimonium.

1º Si reus, momento introductæ actionis, inibi domicilium aut quasi domicilium habeat, aut si vagus sit, talis episcopus est competens, si non ratione contractus, saltem ratione domicilii aut quasi domicilii, vel ratione conditionis vagi.

2º Si reus contrahens matrimonium in diœcesi erat advena, diu in loco non moraturus, ant si momento introductæ actionis non est in diœcesi, videtur episcopum esse incompetentem; ratio est, quia, ex Glossa, in capite 1, De Foro Com-

petenti, in 6^o: "ratione solius contractus quis non sortitur formam, sed ultra requiritur quod ipse habeat domicilium in loco contractus, vel faciat residentiam operando mercantias; unde quandiu ipse habet domicilium, potest conveniri in illo, vel quandiu facit residentiam; sed mutato domicilio, non potest amplius conveniri, quia remanet tantummodo solus contractus." Gasparri, loco citato, num. 1170.

Judiciorum 7500
1072. Episcopus ad quem defertur causa matrimonialis debet constitutere tribunal.

personae: 1^o Index erit episcopus ipse, vel vicarius generalis, vel aliis clericus probus et peritus; ejus erit tribunal convocare, partes et testes citare ut in judicium compareant, terminos dilationis concedere quoties rationabiliter ab iis qui ius habeant petuntur, edere decreta et ordinationes pro regulari et recta actorum compilatione. Haec omnia erunt scripto exaranda et in scriptis ipsis recensenda.

2^o Habendus est cancellarius, cuius officium est quidquid ad causam pertinet in acta referre et nominatio interrogations examinandis faciendas eorumque responsiones scripto consignare. Cancellarius potest etiam ex laicis assumi, sed magis ut sit clericus.

3^o - eterea ipse Ordinarius omnino tenetur deputare alium virum ecclesiasticum juris scientia et vitae probitate praeditum, qui matrimonii defensor existat. Eum vero suspendere vel removere, si justa causa adfuerit, et alium substituere iis qualitatibus ornatum Ordinario semper fas erit. Prædictæ deputationes et delegationes in scriptis ab Ordinario fiant, et earum authentica documenta vel saltem mentio in actis prostent.

Defensor matrimonii, antequam munus sibi commissum suscipiat, coram actorum moderatore juramentum præstabit, tactis sanctis Evangelii, de munere suo diligenter et incorrupte adimplendo, spondens se omnia voce et scripto deducaturum quæ ad validitatem matrimonii sustinendam conferre

judicaverit. Hie matrimonii defensor a moderatore actorum citandus erit ad quaelibet acta ne vitio nullitatis concidant; eidem semper et quandoquinque acta processus, etsi nondum publicata, erunt communicandi; semper et quan locumque ejus scripta recipienda, atque novi termini, eo flagitante, prorogandi, ut ea scripta perficiat atque exhibeat.

Quod si, ob peculiares circumstantias, matrimonii defensor singulis actis interesse nequiverit, absolute processu, eadem ipsi tradantur, ut eas exararo queat animadversiones que tuenda matrimonii validitati necessarias judicaverit; si alia acta suggesserit, haec conscientia omnino erunt; si ex jam confessis deprehendat alias adesse personas testimonio ferendo idoneas et oportunas nondum esse examinatas, has examini subjiciendas proponet. Ex citata Inst. S. C. de Prop. Fide, pro Statibus Foederatis.

1073. Quæritur an in omnibus causis defensor vinculi sit necessarius. 1º Defensor vineuli fuit inductus ex constitutione Benedicti XIV, *Dei miseratione*; atqui Benedictina constitutio tradit necessarium esse "quotiescumque contigerit matrimoniales causas super validitate vel nullitate coram legitimo judice disceptari;" proinde defensor vineuli *ex officio* requiritur in omnibus causis nullitatis aut validitatis matrimonii. Hoc confirmatur pluribus responsibus S. Cong. Concilii, apud Gasparri.

2º Defensor vineuli non est necessarius: *a)* si in causa vineulam matrimonii nullatenus discrimini exponatur, sed disputetur solum de spousalium validitate, aut corporum separatione; *b)* si agatur de matrimonio inito, penitus praetermissa forna Tridentina certe in loco necessaria; *c)* si agatur de probanda libertate status, in casu incertae mortis conjugis, pro secundis nupti s alteri permitteundis.

1074. Tandem partes possunt sibi assumere procuratores et advocates, qui sibi adsistant in instructione processus et deinde sua jura defendant. De procuratoribus et

*Quod animus ad vocato: delaciones in causis matrimoniis
nullum permissum est, cumque illud vocati habeat ius 203 nos
scripto.*

Documenta itis. Itamvis aliwa intercessoria possunt.
secretos secundum iurisdictionem episcopij. Et dossier, pro-
cessus in libro. — *Post libellum, etiam processus in scripto.*
Et hoc in libro datur, quod processus in scripto.

Quod Advocato:

1º *Partes* *habet* *ius* *ad* *advocatos* *eligi* *et* *defendere* *it.* *Advocatis* *in* *causis* *matrimonialibus*, *jus* *commune* *nihil* *speciale* *constituit*: *unde* *ipsis* *debent* *applicari* *dispositiones* *latae* *pro* *procuratoribus* *et* *advocatis* *in* *causis* *fori* *ecclesiastici* *in* *genere*.

non *potest* *habe*

ire *parte* - 1073 *sed* *ad* *vocati* *debet* *ad* *accusatio* *pre-*
debet *affidari* *ipso*. *Hæc* *accusatio* *nunquam* *erit* *admittenda*, *nisi* *proficiscatur*
proximorum *non* *a* *persona*, *vel* *personis* *que* *jure* *communi* *habiles* *ad* *accu-*

sider. *Autem*, *si* *sandum* *habeantur*. *Etenim* *in* *quibusdam* *impedimentis*, *ipsi*
afferrari *possunt* *conjuges* *tantum* *uti* *accusatores* *admittuntur*; *in* *aliis*, *qui*
juris *et* *trahuntur* *iiisdem* *sanguine* *propinqui*, *vel* *etiam* *quilibet* *de* *populo*;
fieri *non* *debet* *et* *judice* *ex* *officio* *etiam* *inquisitio* *fieri* *potest*, *et* *quandoque*
locum *in* *territorio* *debet*, *quando* *praesertim* *contra* *alicujus* *matrimonii* *validi-*
3º *non* *possunt* *et* *statem* *simplex* *denuntiatio* *facta* *fuerit*, *aut* *fama* *fundamentum*
ad *accusari* *non* *restitui* *veritatis* *præferens* *de* *alicujus* *impedimenti* *existentia*, *divul-*
gata *est*.

Enfai *1074* *in* *scripto*
int *lipp* *et* *al*
hædici
1075

Ista accusatio coram legitimo Ordinario fieri debet, et quidem in scripto; si oretenus facta fuerit, judicialis reddenda erit juxta regulas communii jure traditas, scilicet efficiendo ut accusator eam repetat coram tribunal, et a cancellario in actis redigatur. Ex Inst. S. Cong. de Prop. Fide.

1076. Non omnes possunt matrimonium accusare.

Accusare matrimonium est causam coram competenti judice proponere, ut matrimonium contrahendum impediatur, vel contractum dissolvatur, vel nullum declaretur.

1º In primis jus agendi *utrique conjugi* *private* compedit in sequentibus casibus:

a) Si matrimonium ullum dicatur ob *impotentiam*. Potest accusare tum conjux potens, tum conjux impotens, tum uterque simul, non vero alii; revera conjuges possent, si vellent, cohabitare ceu frater et soror; ex cap. 4 et 5, De Frigidis et Maleficiatis.

b) Si dispensatio a R. Pontifice obtineri velit super matrimonio rato et non consummato.

c) Si valor initorum sponsalium impugnetur.

2º Unius tantum conjugum jus agendi reservatur in casu matrimonii invalidi, a) propter errorē et coactionem injunstam; b) ob defectum aetatis; c) ob impedimentum raptus; d) ob impedimentum ligaminis. Cf. Instructionem ad episcopos Austriae, apud Gasparri, num. 1182.

3º Soli innocentis competit, si agatur de divortio semipleno ob alterius partis delictum, aut de sponsalibus, altera parte renuente eadem implere, aut volente nuptias cum tertia persona inire.

4º Cui libet catholicō competit, cum ex alio capite, quam modo numeratis, matrimonium est invalidum. Hinc si impedimentum est consanguinitatis, affinitatis, publicē honestatis, ad accusandum admittuntur primo parentes, tum fratres et sorores aliquae consanguinei, quibus deficientibus, admittuntur extranci. Quod si impedimentum est aliud, e. g. defectus parochi vel testium, professio religiosa, præter ipsos conjuges et consanguineos, admittuntur ad accusandum matrimonium etiam extranei veraces, non suspectae fidei, maxime si inter se habeant interesse.

5º Judici ex officio competit, quando, accusatiōne ad coniuges privative non pertinente, notitia impedimenti ei defertur sive notorietate facti, sive denuntiationibus factis.

Notandum est jus accusandi matrimonium non amitti præscriptione quacumque, quia matrimonium invalidum non firmatur tractatu temporis. Santi, Prael., lib. IV, tit. XVIII, num. 6.

1077. **Quinam pro vel contra matrimonium testificari possunt?**

1º Omnes qui accusare matrimonium possunt, admittuntur *Si libet iniurie sunt haeretici, et iniquas in fratre sorori.* quoque ad deponendum contra vel pro matrimonio, modo tamen nulla juris exceptione a testificando repellantur. Hinc

admittuntur omnes ad testimonium faciendum contra coniugium, modo notitiam impedimenti habuerint, nec sint suspectæ fiduci. Unde etiam propinqui, etiam pater contra matrimonium filii et vicissim, testis esse potest; sic derogatur regulæ communis juxta quam pater in aliis causis filii sive civilibus, sive criminalibus, testis esse nequit. *q. 1. 2.*

Nigra noctis
non est posibile
Talere 10 denarii

2º Ratio hujus derogationis est, quia propinqui præ aliis censentur arcere velle periculum peccati, et quia facilius cognoscitur impedimentum a propinquis quam ab extranis, præsertim si de impedimentis consanguinitatis, affinitatis et impotentiae agitur. Hinc in quibusdam causis matrimonialibus, maxime si agatur de impotentia aut in matrimonii inconsummatione, canoncs requirunt *testimonium septimi manus*, id est, attestationem juratam septem testimoniis ex utroque latere, scilicet quatuordecim testimoniis propinquorum, vel saltem si propinqui desunt, vicinorum; ex cap. 5 et 7, De Frigidis et Maleficiatis. Dicitur *manus*, non solum quia jurando ejusmodi testes Evangelium manu tangunt, sed quia est auxilium ad confirmandum illud quod conjuges sub juramento deposuerunt.

3º Judicis arbitrio relinquitur ut ex circumstantiis dignoscatur quandonam parentum testimonium suspectum habendum sit.

4º Ipsorum etiam conjugum testimonium, etiam juramento firmatum, ob periculum collusionis, non facie admittitur. Caput *Super*, tit. XIII, lib. III.

CAPUT II

DE MODO PROCEDENDI IN GENERE

Processus matrimonialis instruitur non ad normam aliorum judiciorum præsertim civilium, sed ad eam quæ a iure eccl-

*Auctoribus duos traecitum tradant : Peries (U. S. Washington) qui debuit integrare ob
de modo procedendi in severe : "Ordo i*c*odicarius in proxim traditus.... idea spectabilis circa
tit. XVI. DE NORM. PROC. IN CAUS. MATRIMONIALIBUS 335 Americanum.*

siastico traditur. Hæc autem norma potissimum habetur 1º in constitutione Benedicti XIV, *Dei miseratione*, præsertim quoad judicem deputandum, officium defensoris explendum et quoad valorem et effectum sententiarum ; 2º in instructione S. Congregationis Concilii, 22 Aug. 1840, qua traditur ea quæ tum ecclesiasticus judex, tum cancellarius, tuin sacramentalis vineuli vindex servare debeut ut quisque eorum proprio fungatur officio ; 3º in instructione S. Congregationis de Propaganda Fide ad episcopos Unionis Americanæ, quæ omnes juris dispositiones recenset. *Revera illa documenta* valent etiam testib^t tradatu - Ex^p locum habent in intit.

(2) 1078. **Constituto tribunali, hæc actorum conscientia ratio tenenda erit.**

1º Ab omnibus et singulis testimoniorum dieturis moderator actorum ante omnia juramentum exiget de veritate dicenda, et si ita res postulet, etiam de secreto servando, præmissæ congrua monitione de juramenti sanetitate, præsertim si examinandi rudes sint et ignari. Juramentum præstandum est tactis sanetis Evangelii, et in singulis examinibus eodem modo repetendum.

2º Qui examini subjiciendi sunt, separatim semper audiuntur. Porro canellarius adnotabit diem, mensem et annum cuiuslibet examinisi, necnon singulorum nomen, cognomen, ætatem, conditionem, statum et patriam, et etiam quod juramentum revera prestiterint. *Et sive locum habitationis* *Et leclercier doit enreg. abr. cela dans ledossier.*

3º Post quodlibet examen, etianisi eadem persona plures illi subjicienda sit, canellarius clara et intelligibili voce coram eadem legat interrogations et responsiones, faeta eidem facultate variandi aut declarandi quidquid ei visum fuerit ; deinde ipse examinatus subseribat, et si fuerit illitteratus, faciat hoc signum crux eis ; ac denique moderator actorum et defensor validitatis matrimonii apponent suam subscriptionem, et cancellarius de actu rogabit re. ro. 25 i.s. "Est - et aut ?"

4º Si aliquando contingat examinandos apud exteris et forsan longinquas regiones versari, nec tribunali se sistere

posse, a moderatore actorum accurata factorum et circumstantiarum, quarum cognitio et confirmatio requiritur, expositio erit facienda, quæ concinnatis opportunis interrogationibus, de sententia quoque defensoris matrimonii, et indicatis examinandorum nominibus, ad Ordinarium loci in quo coimorantur, mittatur, ut ille sive perse, sive per suum vicarium generalem, sive per alium virum probum et expertum e clero eligendum, eos examini subjiciat juxta datas interrogations, requisito prius juramento de veritate dicenda, et ceteris servatis quæ supra prescripta sunt.

Si vero contingat aliquem examini subjiciendum e vita migrasse, mortis documentum inter acta recenseatur.

5º Quoad singulos in judicium vocatos vel vocandos, actorum moderator inquirere debebit probitatem et creditibilitatem, et ad hoc curabit ut ab eorum parochis, sin minus a personis fide dignis, litteræ testimoniales exhibeantur, quæ etiam in actis erunt referenda.

(II) 1079. **Hoc ordine testes sunt vocandi et audiendi:**

- 1º debet hideri episcopus*
2º extrinus accusator interCompetens
3º Ultrum habeat accusator capacitem iuridicam in accusatore?
4º Ultrum illa accusatio est utilis?
- Hoc factum, 1079:*
- 1º Primo loco, venit ille qui accusationem contra matrimonium movit. Ab isto inquirendum erit ut clare distinqueatur exponat accusationis titulum: facta omnia fideliter et religiose enarret, eorumque probationes afferat; circumstantias omnes et indicia exponat quæ vel ex propria scientia cognoverit, vel ex aliorum relatione dederit; et denique nominet testes quos de re instructos sciverit, vel saltem reputaverit.
- 2º Secundo loco, veniunt conjuges ipsi, qui semper et seorsum audiri debent, ut unusquisque sua jura tueri, et rationes, deductiones ac facta allata aut rejicere, aut explicare queat. Quælibet pars examini subjecta poterit vel illico post examen, vel etiam deinceps antequam processus claudatur, proponere, si velit, articulos super quibus alter conjux sit examinandus; et quatenus ab hoc etiam articuli proponantur, erit iterum citandus conjux qui primus fuerat examinatus, ut super arti-

culis ab altero propositis audiatur. Juxta casuum diversitatem, a conjugibus inquirendum erit ut, si qua documenta habeant ad suum matrimonium, vel ad conjugalem vitæ consuetudinem spectantia, ea exhibeant in acta reensenda. Quae documenta ejuscumque generis sint, et a quocumque exhibeantur, semper erunt recipienda; et caueellarius adnotare debet diem, mensem et annum, ne non nomen illius a quo exhibita fuerunt.

3º Si ambo conjuges concordes in depositionibus fuerint, moderator actorum et defensor matrimonij sedulo inspiciant utrum inter eosdem ~~adversariatum item deciderit~~ collusio intercesserit. Hoc in easu, singula argumenta contra eorum depositiones ex processu resultantia distincte iisdem objiciautur, ut fronde, si qua fuerit, detecta, veritas, quoad fieri potest, dilueide appareat. Cf. n. 1078. hic est locus qm in uneri-

4º Post conjuges, eitandi crunt testes indueti, servata eorum examinandorum ratione superius descripta, et exquisitis ab iisdem suis notitiis, de quibus instrueti existimantur. Interrogationes singulis faciendæ, prout accusationis titulus, aut allata factorum et circumstantiarum congeries, vel ipsa testimoniū indoles atque capacitas requirere videatur, sagacitati atque prudentiae moderatoris actorum et defensoris vinculi relinquuntur, qui illas concinnare, augere aut imminnere poterunt, dummodo tamen semper ea omnia inquirantur quae ad rectum proferendum judicium aut necessaria aut opportuna censeantur.

1080. **Auditis testibus, fit conclusio in causa et processus publicatur.**

1º Quæ in actis continentur nemini, ne ipsis quidem conjugibus eorumque defensoribus, erunt communicanda ante processus publicationem, uno excepto matrimonii defensore, cui liberum erit semper et quandocumque acta inspicere et examinare.

2º Quatenus vero actorum moderatori aut defensori matrimonii nulla alia probatio requienda videatur, finis imponatur probationum collectioni, et processus publicetur, edito hac

super re decreto ab ipso moderatore, a defensore matrimonii et a cancellario subseribendo.

ac. plaidos crux

3º Publicato processu, locus fiet defensionibus, quas partes ad sua jura tuenda voluerint allegare, facta eisdem facultate adhibendi eos defensores quos maluerint; imo præmonendie erunt de hoc jure, ut, lata sententia, injustæ contra eam accusationi aut reclamationi aditus præcludatur. Allegationes autem, si ab iisdem oblatæ fuerint, communicandæ erunt defensori vinculi matrimonialis, ut eas expendere, et quatenus matrimonii validitatem impugnant, refutare valeat.

1081. Omnibus ut supra peractis, ad sententiam proferendam deveniendum erit. Quod ut ab Ordinario seu ejus delegato rite fiat, in primis a defensore matrimonii exquiri debet declaratio sibi nihil amplius deducendum aut inquirendum superesse; deinde, *integra causa duobus aut tribus viris peritis, si haberi possint, examinanda subjiciatur,* *prædicti referuntur ad licetatem, non nisi audito eorum voto sententia proferatur.*

Hinc in scriptis eiit exaranda, et in ea rationum momenta quibus iunctitur, ex processu deprompta, exponantur, succinte quidem, sed ita tamen ne quidquam essentiale omittatur. Sententia subscriptione judicis et secretarii, necnon sigillo curiae episcopalnis munita partibus, *erit* notificanda per curiae apparitorem, *relicto* iisdem illius exemplari, de quo in scripto fides erit facienda.

1082. Quoad appellationem, haec statuuntur:

seguire, ac. ex lege, sapientissime regn. et nemo ex conjugibus contra eam appellaverit, neque defensor matrimonii appellabit, et causa finita censebitur. E contra si matrimonium nullum fuisse decreverit, quamvis conjuges judicio prælati acquiescant, defensor matrimonii appellationem facere debet et novam sententiam ab alio tribunal postulare; hanc appellationem primus judex impedire nulla unquam ratione poterit. Interim nullatenus permittetur partibus novas nuptias inire. *quod si in partibus nullatenus inire possit, et in matrimonium, et in loco effectu, et transcursum est, et in loco, et palam.*

Appellatio ordinarie debet fieri coram ipso trium iudicis.
Si tamen si alibi causa fuerit, ut et legem curandam ad testem
in causam pridie ad eum appellare, sed tunc de curandis
principiis iuridicis et primum, ut his scilicet iure
matrimonialibus habeat se comprehenditur.

TIT. XVI. DE NORM. PROC. IN CAUS. MATRIMONIALIBUS 339

Quamvis appellationi interponenda nulli fatales dies vinculi defensori statuti sint, curandum tamen ut quantocius id fiat. Quod si defensor ipse hoc munus neglexerit, compelli ad id poterit vel a suo episcopo, vel etiam ab illo apud quem de jure appellatione esset facienda.

Exceptio fit ab hac regula, que antea erat absoluta et generalis pro omnibus causis matrimonii, et si nullitas foret certissima et evidens. Exceptio continetur in decreto S. Cong. Sti Officii, 15 Jun. 1889: "Quando agitur de impedimento disparitatis cultus et evidenter constat unam partem esse baptizatam et alteram non fuisse baptizatam; Quando agitur de impedimento ligaminis et certum constat primum conjugem esse legitimum et adhuc vivere; Quando denique agitur de consanguinitate et affinitate ex copula licita, tant etiam de cognatione spirituali, vel de impedimento clandestinitatis in

locis ubi decretum Tridentinum Tumetsi publicatum est, vel ut tale dictum observatum, dummodo ex certo et authentico documento, vel in hujus defectu ex certis argumentis evidenter constet de existentia hujusmodi impedimentorum super quibus Ecclesiae auctoritate dispensatum non fuerit, hisce in casibus, praetermissis solemnitatibus in constitutione apostolica Dei miseratione requisitis, matrimonium poterit ab Ordinario declarari nullum, cum interventu tamen defensoris vinculi matrimonialis, quin opus sit secunda sententia." ①

2^o Ordo appellationis erit prout sequitur. Si prima sententia a curia episcopaliter lata fuerit, appellatio fit ad curiam metropolitanam; si vero a curia metropolitana ea prodierit, appellabitur ad curiam metropolitanam vicinorem. 3 Ad S. Sedem appellatio erit semper facienda, quoties duas primas sententias inter se conformes non fuerint, nisi partibus placuerit causam ad ipsam S. Sedem ab initio et immediate deferre.

Nota. Appellatio de curia metropolitana ad curiam metropolitanam vicinorem viget in Statibus Foederatis; in pro-

*Rit. et Generali
(Quatuor Sti Officii)
intra facinus
et iuris - pos
fidei et validum
et iuris - and
et iuris - validum.
Circa invendi-
mentum curia
- sententia -*

*Inde solus non
potest dicere fides
et concordia, sed
dicit adhuc con-
sensum defensoris.
Parem si hanc
defensor, si fides
"non videt".*

*qui Ecclesie in Curia
fides non videt
immediata affidatur
ad dicitur expositum
in causam non fides
trahatur et adhuc
- si non
videt.*

*Causam extra haec primum causas, acutus signatur -
- taliter, obtinet - sic causam non fides
- et impletatis raro haec licentiam nat.
- secundus inde, videtur fides appellatio et
- similis, potest tres uite responderi causam non fides*

vincia Quebecensi, de curia metropolitana appellatur ad curiam suffraganei vicinioris. *¶. 122. 6.*

3º Facta appellatione, episcopus seu Ordinarius, qui primam sententiam protulit, eam remittere debet una cum integro processu, ceterisque omnibus ad causam iterum judicandam petitentibus, ad tribunal ad quod appellatum est.

1083. Sacra Congregatio de secunda instantia hec statuit :

1º Omnia a primo tribunali peracta diligenter examinabit judex appellationis, atque ea omnia peragat quae necessaria videbuntur ut defectus suppleantur, dubia elueidentur et errores corrigantur. Hunc in finem, praesente semper vinculi defensore in curia constituto vel specialiter delegato, conjuges examinabit, investigationes instituet circa documenta priori tribunali exhibita, testes a quibus novae informationes hauriri possint, iterum audiet. Item poterit etiam prescribere ut novus processus ex integro conficiatur.

(Verum quatenus valide desint rationes novum processum exigendi, consultius erit, præsum si personarum et locorum circumstantiae id suaserint, ut processu jam expleto utatur, indietis tamen ulterioribus investigationibus, quas necessarias judicaverit.)

Quod si novum processum faciendum esse censuerit, methodus supra descripta servanda erit. Si vero aliqua tantum nova acta adjungenda, vel novi aliquid investigandum censuerit, semper tamen defensor matrimonii adesse debet, vel saltem nova haec eidem communicanda erunt, ut pro munere suo ea expendere, et quatenus opus esse duxerit, proprias animadversiones illis opponere valeat.

2º Expleto examine primi processus, et imposito fine novis investigationibus, judex appellationis debet exquirere a defensore matrimonii utrum aliquid adhuc habeat deducendum aut inquirendum; et quatenus se nihil amplius habere dixerit, auditis prius, modo quo supra declaratum est, aliqui-

bus viris in scientia *juris per ipsius* sententiam pronunciat, sibi adhuc omnino patre appellationem ad Apostolicam

Sedem.² Si porro in secunda aequa ac in prima sententia nullum ac irritum matrimonium judicatum fuerit, et ab ea pars vel defensor pro sua conscientia non crediderit appellandum, in potestate et arbitrio conjugum sit novas nuptias contrahere, dummodo alicui eorum ob aliquod impedimentum vel legitimam causam id vetitum non sit. Potestas tamen post alteram sententiam conformem, ut supra, conjugibus facta intelligatur, salvo semper et fimo remanente jure seu privilegio causarum matrimonialium, quae ob cujuscumque temporis lapsum nunquam transcurrunt in rem judicatam; sed si nova res, quae non deducta vel ignorata fuerit, detegatur, resuimi possunt et rursus in judicialem controversiam revocari. Quod si a secunda sententia super nullitate vel altera pars appellaverit, vel defensor matrimonii ei salva conscientia acquiescendum non putet, quia sibi vel manifeste injusta vel aliunde invalida videatur, re tota ad S. Sedem delata, interim firma remaneat utriusque coniugi prohibitio ad alias transeundi nuptias. Ex Instructione S. Cong. de Prop. Fide, ad episcopos Statuum Foederatorum.

CATUT III

DE NORMA PROCEDENDI IN PROBANDO STATU LIBERO CONJUGIS

Doctrina catholica est secundas et ulteriores nuptias esse licitas quamvis minus honorabiles, sive quia indicant quamdam concupiscentiae immoderantiam, sive quia non bene

referunt imaginem unionis Christi cum Ecclesia et primi inmatrimonii in paradyso terrestri initi.

1084. Matrimonium potest iterari semel ac constat de prioris conjugis morte. Mors conjugis uti certa habetur, quando exstant argumenta plenam fidem merentia, puta attestations parochi, qui personam sepelivit, aut notariorum publicorum, aut unius testis ocularis, modo depositio aliis sit cumulata administriculis, e. g. actas proiecta ejus qui mortuus praesumitur vel periculum imminens. Porro in his casibus, interponi non debet officium judicis, et parochus conjugem ad secundas nuptias admittere valet.

Juxta dispositionem juris romani, quam sequuntur plures legislationes recentiores, non permittebatur mulieribus alterum matrimonium, nisi post annum luctus, "ne turbaretur sanguis et de prole dubitaretur"; ex titulo De Secundis Nuptiis. Ecclesia, ad vitandum incontinentiae periculum, sustulit necessitatem anni luctus, licet hic conveniens omnino sit et moribus receptus. Hinc Urbanus III, in cap. 4, citati tituli, ait: "Super illa quæstione, qua quæsitus est an mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundum leges definitum, respondemus quod cum Apostolus dicat: *Mulier, viro suo mortuo, soluta est a lege viri, in Domino nubat cui voluerit*, per licentiam et anuctoritatem Apostoli, ejus infamia aboletur."

Absentia conjugis etsi prorogata non dat alteri coniugi ius convolandi ad alias nuptias; ex Concil. Trid. sess. XXIV, can. 5.

1085. Matrimonium iterari nequit, si de morte prioris conjugis non constat. Concilium Tridentinum, sess. XXIV, cap. 7, de Ref., prohibuit parochis ne matrimoniis vagorum intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, et, re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint; ex altera parte, S. Congregatio S. Officii, anno 1868, edidit instructionem circa modum probandi mortem conjugis, cuius partem dispositivam referimus:

“1º Cum de conjugis morte questio instituitur, notandum primo loco, quod argumentum n sola ipsius absentia quantumcumque (licet a legibus civilibus fere ubique admittatur), a sacris canonibus minime sufficiens ad justam probationem habetur. Unde s. m. Pius VI, ad Archiepiscopum Pragensem, die 11 Julii 1789, rescripsit solam conjugis absentiam atque omnimodum ejus silentium satis argumentum non esse ad mortem comprobandam, ne tum quidem cum edicto regio conjux absens evocatus (idemque porro diceendum est si per publicas ephemerides id factum sit), nullum suimet indicium dederit. Quod euim non comparuerit, idem ait pontifex, non magis mors esse potuit quam ejus contumacia.”

“2º Hinc, ad præscriptum eorumdem sacrorum canonum, documentum authenticum obitus diligenti studio exquiri ommino debet; exaratum scilicet ex regestis parochiae, vel xenodochii, vel militiae, vel etiam, si haberi nequeat ab auctoritate ecclesiastica, a gubernio civili loci in quo, ut supponitur, persona obierit.”

“3º Porro quandoque hoc documentum haberi nequit; quo casu testium depositionibus ~~aliquando~~ unus supplendum erit. Testes vero ~~duo~~ saltem esse debent, jurati, fide digni, et qui de facto proprio deponant, defunctum cognoverint, ac sint inter se concordes quoad locum et causam obitus, aliasque substantiales circumstantias. Qui insuper, si defuncti propinqui sint, aut socii itineris, industrie, vel etiam militiae, eo magis plurimi faciendum erit illorum testimonium.”

“4º Interdum unus tantum testis examiuadus reperitur, et licet ab omni jure testimonium unius ad plene probandum non admittatur, attamen, ne conjux, alias nuptias inire peroptans, vitam cœlibem agere cogatur, etiam unius testimonium absolute non respuit S. C. in dirimendis hujusmodi casibus, dummodo ille testis recensisit conditiouibus sit praeditus, nulli exceptioni obnoxius, ac præterea ejus depositio aliis gravibusque adminiculis fulciatur; sique alia extrinseca

adminicula colligi omnino nequeant, hoc tamen certum sit, nihil in ejus testimonio reperiri quod non sit congruum, atque omnino verisimile."

"⁵ Contingit etiam ut testes omninoda fide digni testificantur se tempore non suspecto mortem conjugis ex aliorum attestacione audivisse; isti autem, vel quia absentes, vel quia obierint, vel aliam ob quamcumque causam examinari nequeant; tunc dicta ex alieno ore, quatenus omnibus aliis in casu concurrentibus circumstantiis, aut saltem urgentibus respondeant, satis esse consentur pro secutæ mortis prudenti judicio."

^{num 203}
"6 Verum haud semel experientia compertum habetur, quod nec unus quidem reperiatur testis, qualis supra adstruitur. Hoc in casu, probatio obitus ex conjecturis, praesumptiobus, indicis, et adjunctis quibuscumque, sedula certe et admodum cauta investigatione enrranda erit, ita nimurum ut, pluribus hinc inde collectis, eorumque natura perpensa, prout scilicet urgentiora vel leviora sunt, seu propiore vel remotore nexu cum veritate mortis conjunguntur, inde prudentis viri judicium ad eamdem mortem affirmandam probabilitate maxima, seu moral certitudine, promoveri possit. Quapropter quandonam in singulis casibus habeatur ex hujusmodi conjecturis simul conjunctis justa probatio, id prudenti relinquendum est judicis arbitrio; hic tamen non abs re erit plures indicare fontes, ex quibus illæ, sive urgentiores, sive etiam leviores, colligi et haberi possint."

Ex hoc repiti,
mox Andre
posset sterum
impicare, priuia
explicatio
seri, et ad numer
tus si post 3
mox non re
raissat, mor
tus est.
Alii jam 6 ann
et aperte sunt.

Open case file index.
non adiunctis
certitudinem
mortis fore
et si aliunde
advocatus et
alios sponsos
pertinet sponsum mortuum esse licet
sponsus nescius est nova
emptos oratione, attamen si contra
a. mortuos, vel erit in loco nisi "aut
publicatum est, vel non. Et primus

sese oceultandi causam haberet; utrum bona stabilia possideret, vel alia a suis propinquis aut aliunde sperare posset.

An diseesserit amicentibus uxore et conjunctis; que tunc ejus ietas et valetudo esset.

An aliquando et quo loco seripserit, et num suam voluntatem quamprimum redeundi aperuerit; aliaque ejus generis indicia colligantur.

Alia ex rerum adjunctis pro varia absentie causa colligi indicia sie poterunt:

Si ob militiam abierit, a Duee militum requiratur quid de eo sciat; utrum alieni pugnae interfuerit; utrum ab hostibns fuerit captus; num eastru deseruerit, aut destinationes periculosas habuerit, etc.

Si negotiationis causa iter suscepserit, inquiratur utrum tempore itineris gravia pericula fuerint ipsi superanda; num solus profeetus fnerit, vel pluribus comitatns; utrum in regione ad quam se contulit, supervenerint seditiones, bella, famae et pestilentiae, etc.

Si maritiuum iter fuerit aggressns, se lula investigatio fiat a quo portu diseesserit; quinam fuerint itineris socii; quo se contulerit; quod nomen navis quam conseeulit; quis ejusdem navis gubernator; an naufragium fecerit; an societas, que navis eantionem forsan dedit, pretium ejus solverit; aliaeque circumstantiae, si que sint, diligenter perpendantur."

"^{8º} Fama quoque, aliis adjuta adminienlis, argumentum de obitu constituit, hisce tamen conditionibus, nimirum: quod a duobus saltem testibus fide dignis et juratis comprobetur, qui deponant de rationabili causa ipsius famae; an eam accepérint a majori et seniori parte populi, et an ipsi de eadem fama recte sentiant; nee sit dubium illam fuisse conitamat ab illis in quorum comodum inquiritur."

"^{9º} Tandem, si opus fuerit, prætereunda non erit investigatio per ephemerides publicas, datis directori omniibus neces-

*quoniam ueritate in omnibus accessus
ter publicatur, ita ut decretum Conc. Trid.¹¹ p[ro]m
obligat ubique: ~~ad~~ est amēr[et] controversia in
in Provinciis Torontoencis et Halida
et aliis parochiis & tunc yacinti nbi non*

sariis personae indicis, nisi ob speciales circumstantias saniori ac prudentiori consilio aliter censeatur.”

“10^o Hæc omnia pro opportunitate casuum S. hæc Congregatio diligenter expendere solet; cumque de re gravissima agatur, cunctis æqua lance libratis, atque insuper auditis plurimorum theologorum et jurisprudentum suffragiis, denique suum judicium pronunciat an de tali obitu satis constet, et nihil obstet quominus petenti transitus ad alias nuptias concedi possit.”

“11^o Ex his omnibus ecelesiastici præsides certam desumere possunt normani quam iu hujusmodi judiciis sequantur. Quod si, non obstantibus regulis hic notatis, res adhuc incerta et implexa illis videatur, ad S. Sedem recurrere debebunt, actis omnibus cum ipso recursu transmissis, aut saltem diligenter expositis.”

Ceterum, celebratis secundis nuptiis, si dubium positivum de vita prioris conjugis suboriatur, prohibeatur usus matrimonii et inchoetur processus nullitatis; si conjux, qui putabatur mortuus, compareat, cum illo vita conjugalis instauretur et filii nati ex secundo matrimonio in bona fide inito pro legitimis habeantur.

CAPUT IV

DE DISSOLUTIONE MATRIMONII IN INFIDELITATE CONTRACTI

Casus Apostoli

*Saltem ex iste
posidit, una
trinominum
etiam uult,
infidelis
est iniur
embile.*

1086. **Vinculum matrimonii contracti inter infideles solvit**, ubi alter ex conjugibus ad Christi fidem convertitur, alter vero requisitus ut vel eamdem fidem amplectatur, vel thori societatem sine contumelia Creatoris servare consentiat, utramque conditionem obstinate recusat. Hæc vinculi matrimonialis solutio repetenda est a verbis B. Pauli, 1^a ad Cor., VII, 13 et seq: “Quod si infidelis discedit, discedat; non enim servituti subjectus est frater aut soror

in hujusmodi." Vi hujus privilegii, infidelis, sive vir sive mulier, cum alio infideli legi^{ro} matrimonio junctus, post suam conversionem ad religionem christianam et susceptum baptismum, de discessu alterius conjugis certior factus, libertatem adipiscitur aliud matrimonium cum fideli contrahendi, quo contracto prius solutum habetur.

Ex privilegium solus in favore infidelium

Ex dictis sequitur: 1º Si ambo conjuges convertantur et baptizentur, neutri licet discedere. 2º Si conjux, qui manserat infidelis, deinde baptizetur, antequam alter novum matrimonium inierit, hic ad illum recipiendum tenetur et compelli ad coabitandum potest. Ratio est, quia conjugium nondum solutum per alterius baptismum evadit ratum. 3º Si vero conjugium pristinum per novas nuptias conversi jam soluta fuerit, licebit alteri parti alias inire nuptias non solum valide, sed etiam *ius. Conveniuntur reuelatione tractare ex solis licite*.

infidelitate perseveret. 4º Si pars infidelis, quae consenserat pacifice coabitare, postea acta furore satanico incipiat christianam religionem desplicere, conjux conversus aliud matrimonium inire potest. 5º Dissolvi non potest matrimonium hæreticorum, quando alteruter conjux fidem catholicam amplectitur, quia casum illum non comprehendit Apostolus, et matrimonium eorum est ratum, ideoque semel consummatum nulla potest ratione dissolvi. 6º Privilegio paulino frui possunt soli baptizati, non autem catechumeni. Cf. Haine, Theologia Moralis, vol. IV, pag. 86.

1087. **Ut infidelis conversus privilegio paulino uti possit, duo requiruntur:** 1º moralis certitudo de conjugis infidelis ~~ex parte ipsius non nisi ex parte ipsius~~, 2º interpellatio canonica. Hæc moralis certitudo regulariter haberi potest solum ex interpellatione, seu monitione qua infidelis interrogatur, an velit converti, vel saltem coabitare sine contumelia Creatoris.

1º Jure ecclesiastico, interpellatio canonica seu judicialis præscribitur; quod si omissa fuerit sine dispeusatione legitima, et postea de valore secundi matrimonii quæstio sit,

Ordinarius, judicio suspenso, casum cum omnibus suis circumstantiis ad S. Sedem remittere debet. Inst. S. C. de Prop. Fide, 1883.

2º Obligatio interpellationis canonicae, nisi intercedat dispensatio S. Sedis, manet, etiamsi inutilis aut periculosa videatur, imo etiamsi ex uxoris expulsione a marito facta, dando libellum repudii, juxta leges regni, certissime constet de mariti voluntate. Collectanea S. C. de Prop. Fide, num. 1328.

3º Ut per interpellationem de discessu infidelis in sensu Apostoli constet, ca fieri debet de duobus, scilicet : a) An infidelis velit se convertere ad fidem christianam, et si nolit, b) an saltem velit cum parte conversa cohabitare sine contumelia Creatoris, i. e. quin partem conversam pertrahere tentet ad peccatum mortale, inferat molestias religionis catholicae exercitio et proliis catholicæ educationi.

4º Interpellatio facienda est post conversionem et baptisum infidelis.

5º Ut interpellatio sit canonica, requiritur ut serventur ea quae in jure canonico quoad processum summarium statuantur, scilicet, ut pars conversa (qua actor) per judicem ecclesiasticum (i. e. per Ordinarium ipsum aut ab eo delegatum sacerdotem) partem in infidelitate manentem (qua reum) monitione scripta citet in judicium, eo fine ut respondeat ad duo quæsita. Unde exprimi debent in libello citatiouis nomina citantis, citati et judicis, causa de qua agitur saltem in genere, locus judicii ubi reus adsit oportet, terminus justus et certus ultra quem presentatio non est differenda.

Pars infidelis comparens a judice, nomine parti conversa, interrogatur coram duobus testibus juratis ; si renuit omnino cohabitare, aut renuit cohabitare pacifice, judex fert sententiam qua parti conversæ jus competere declarat transeuudi ad novas nuptias, ingrediendi ordinem religiosum aut vivendi in cœlibatu.

*et Blasphemiae
incantationis
cohereretur
sub nomine
Contumelie
Creatoris*

Si vero vult sese convertere ad religionem catholicam, matrimonium in infidelitate contractum manet indissolubile, et, collato infideli baptismu, fit ratum et non indiget novo consensu.

1088. Sequens formula interpellationis adhiberi potest:

"Commissione et mandato Illi ac Revdni DD. NN. Episcopi, etc. Tenore präsentium et ad instantiam Mariæ N., ante baptismum vocatæ N., requiritur, interpellatur et inonetur N., Iudeus, maritus ante baptismum ejusdem N., ut in termino dierum triginta ab intimatione presenti immediate decurrentium et numerandorum, quorum decem dies pro primo, alios decem pro secundo, et reliquos decem pro tertio et ultimo termino assignauis, debeat in actis hujus curiae se exprimere ac declarare an velit se convertere ad sanctam fidem christianam, sectam iudaicam deserere ac sacrum baptismu corde sincero suspicere, prout ipsa Maria, olim uxor ejus, fecit, et prout enixe eum rogat, pro salute animæ ejus monet, interpellat, requirit (aut saltem an velit cum eadem Maria pacifice cohabitare, etc). Alias, dictis triginta diebus transactis, et ad fidem catholicam non se convertente vel se conversurum (vel pacifice, etc) non declarante, ipsa Maria ad secundas nuptias cum alio fidei transibit (vel religionem ingreditur, prout magis in Domino pro propria salute aeterna putaverit expedire). Et citetur praedictus N., ac citatus intelligatur, eodem termino triginta dierum transacto, coram D. N. ad audiendam sententiam, et quoquecumque decretum necessarium et opportunum super premissis, salvo jure eidem Mariæ petendi et consequendi dotem suam et alia quæcumque bona sibi de jure debita. In quorum fidem, etc.

Datum in curia episcopali N., die..., anno...

N. N."

1089. Si ob graves difficultates interpellatio fieri nequeat, Summus Pontifex ab ea potest dispensare.
Matrimonium, post dispensationem ita obtentam contractum,

Exceptiones -

firmum manet, etsi postea innotescat infidelem justo impedimento detentum suam voluntatem declarare non potuisse, vel ad fidem eonversum jam fuisse tempore quo secundum matrimonium initum est. Ita Gregorius XIII, eonst. *Populis ac nationibus*, 25 Jan. 1585; apud Coll. S. C. de Prop. Fide, num. 1307. Cf. *Cave. 1585. III. N. 124 + 129*

Causæ quæ, secundum praxim Summorum Pontificiorum, pro tali dispensatione requiruntur, sunt præcipue: *a)* impossibilitas interpellationem faciendi, vel quia pars infidelis degit in hostibus et barbaris provinceis ubi aditus non patet, vel quia ignoratur prorsus in quas regiones migraverit, vel quia itineris longitudo magnam assert difficultatem; ita Gregorius XIII, in eonst. *Archiv. nro de novo casu ex parte* *Altitudo*, Pauli III; *b)* grave periculum ne ex facta interpellatione persecutio contra Christianos aut partem conversam oriatur; *c)* si neophytus oblitus est quam primo duxerit ex pluribus uxoriibus; ex eonst. *Altitudo*, Pauli III; *d)* si serio dubitatur an neophytus in sua patria verum matrimonium contraxerit eum prima aut alia ex pluribus uxoriibus, vel potius omnes retinuerit tanquam eontubernales. Cf. Putzer, *Commentarium in facultates apostolieas*, ed. 5, num. 130.

Priusquam de interpellatione dispensetur, de ejusdem impossibilitate constare debet; ideoque habendæ sunt investigationes, etiam per ephemerides publicas et cdieta affixa ad valvas cœlesiarum, et instrumentum eonjugi debet servandum in archiviis, ex quo, pateat eonjugi absentem moneri non potuisse.

1090. Potestas dispensandi ab interpellationibus delegari potest a Summo Pontifice. De facto, omnes episcopi et vicarii apostolici dispensare possunt super interpellatione, dummodo urgcat necessitas, nee tempus suppetat reurrendi ad S. Sedem, *quoties certo* eonstat eonjugem infidelem nec Christi fidem amplecti, nee sine eontrumelia Creatoris cum conjugi eonverso velle cohabitare. Ita S. Officium, 11 Aug. 1859; apud Coll. S. C. de Prop. Fide, num. 1351.

Extra easum necessitatis, quo episcopi, quatenus Sedis Apostolicæ delegati, dispensant, requiritur specialis deputatio, quæ episcopis hujus regionis indulgetur, in formula T, articulo 6º:

" Dispensandi intra fines sue dioceseos conjugem fidem super interpellatione conjugis in infidelitate relictæ, dummodo, adhibitis antea omnibus diligentias per publicas ephemerides ad reperiendum locum ubi conjux infidelis habitat, iisque in irritum cessis, constet saltem summarie et extrajudicialiter dictum conjugem infidelem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus in innotitione prefixum suam voluntatem non significasse."

Ex formula I, articulo 11, ipsis potest ascommittitur: " Dispensandi cum gentilibus et infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem et baptismum quam ex illis maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti." Pro interpretatione hujus facultatis, Cf. Putzer, Commentarium in facultates apostolicas.

CAPUT V

DE MODO PROCEDENDI IN CASU IMPOTENTIAE

G. in specie am ruper iuri imposita.

1091. **Norma antiqua procedendi in causis impotentiae traditur** in cap. 3, 6, 7, De Frigidis et Maleficiatis, tit. XV, lib. IV. Modus hic erat: Si de potentia perpetua et antecedente ex certis signis constitisset, facta etiam per idoneas personas inspectione, statim a judice declarabatur nullum esse matrimonium; partibus vero dabatur optio vel ut simul viverent veluti frater et soror, vel ab invicem separarentur. Quare conjugi potenti, per sententiam judicis non appellatani, concedebatur facultas novum matrimonium cum alia persona contrahendi; conjux autem impotens poterat

Adest inde causa nihil nisi in causa eius.

"imperio" et "stolidi" ac "nisi" et "in causa eius".
"in imperio" et "stolidi" ac "nisi" et "in causa eius".
"nisi" et "in imperio" et "stolidi" ac "nisi" et "in causa eius".

quidem novum matrimonium celebrare, si impotentia solummodo relativa fuisset; quodsi fuisset absoluta, quodcumque conjugium ei interdicebatur.

Si autem impotentiae signa dubia fuissent, sententia separationis non proferebatur, sed imponebatnr *experimentum triennale* continuae cohabitationis et conjugalis conversationis; hoc triennio inutiliter elapso absque matrimonii consummatione, plenum divortium decernebatur, et pars potens novas nuptias inire poterat. Matrimonium non potuisse consummari probabatur tum inspectione corporum, tum jurata confessione partium, tum jurato testimonio *septimæ manus*.

A pluribus annis abiit in desuetudinem illud triennale experimentum, et mos invaluit ut procedatur ad normam constitutionis Benedicti XIV, *'Dei miseratione'*, et instructionis S. Congregationis Concilii, die 22 Angusti 1840 editae pro confectione processns in causis matrimonialibus.

1092. Hanc instructionem referimus, quæ exponit normam qua jure hodierno necessario processendum erit in hujusmodi causis:

"Cum moneat glossa, (in cap. fin. De Frig. et Malef.) in causis matrimonialibus omnem cautelam esse adhibendam propter periculum animarum, plura hinc a sacris canonibus sancita sunt, ut tutum ac rectum judicium efformari queat. Ad removendas vero fraudes, quæ conjugum malitia vel collusione sœpe oriebantur, s. m. Bened. XIV (in const. *Dei miseratione*) processum confieendum esse præcipit sub poena nullitatis omnium actorum, ut, probationibus undequaque accuratissime cunctatis, in causis hujusmodi omnium gravissimis, in quibus agitur de sacramenti validitate vel nullitate, ac de dissolvendo vinculo matrimoniali, judices in proferendo judicio tuti conquiescere possent. At quia sœpe in hoc difficillimo processu acta minus recte et apte ad veritatem cruentam conficiebantnr, S. Congregatio sœpius instructiones edidit ac normam præscripsit quam episcopi sequerentur.

“ Cum itaque in hujusmodi causis non de jure alterutrius partis tantum, sed præcipue de sacramentali vinculo dissolvendo agatur, processus acta non ad instar aliorum judiciorum, præsertim civilium, sed juxta sacros canones, citatam s. m. Bened. XIV constitutionem, et præsentem instructionem erunt efformanda. Ea itaque non vernaculo sed latino sermone erunt conscribenda, exceptis tamen excipiendis, nimirum articulis, interrogatoriis, responsionibus ad ea, et peritorum relationibus; præsertim vero decreta et sententia, quæ juxta priscos mores erit conficienda, latina lingua exarabuntur. Præterea cum a sacro Conc. Trid. (sess. 24, cap. 20, de Ref. § ad hæc), ac etiam a s. m. Bened. XIV (in cit. const. *Dei miseratione* § 4) causarum matrimonialium cognitio quibusvis judieibus inferioribus, non obstante quovis privilegio ac prescriptione, fuerit sublata, ac episcoporum tantum examini et jurisdictioni reservata etiam præ abbatibus vere nullius, licet cardinalitia dignitate fulgentibus, juxta S. Congregationis resolutiones, hinc tutius erit, ut nedum sententia proferatur, sed etiam acta processus per episcopum vel per ecclesiasticam personam specialiter ab eo delegandam conficiatur.”

“ Hisce præmissis, quoties aliquis ex conjugib[us] instantiam in scriptis porriget super nullitate matrimonii, episcopus judicem, si velit, delegabit, deinde ipse vel judex delegatus eitari mandabit defensorem matrimonii, quatenus in curia episcopal[is] jam deputatus existat, siu minus, idoneum virum deputabit iis qualitatibus præstantem, quas superius memorata constitutio s. m. Bened. XIV requirit, eumque eitari in mandabit. Defensoris matrimonii erit præfixa die accedere ad præstandum juramentum se munus suum diligenter et incorrupte expleturum, et omnia voce ac scriptis deducturum quæ ad validitatem matrimonii sustinendam conferre possunt. Præterea hic defensor matrimonii citandis erit ad quælibet acta, ne vitio nullitatis ipsa tabescant. Ipsi, qui pro sacra-

se. usl. no. 1
verba inca.
Tome. au. B40
2. April.

menti validitate stat, semper et quandocumque acta processus, etsi nondum publicati, erunt communicanda, semper et quandocumque ejus scripta erunt recipienda, ac novi termini, eo flagitante, erunt prorogandi, ut ea perficiat et exhibeat."

" Prefinita die in citatione, comparebit instans pro nullitate, et tunc defensor matrimonii tradet interrogatoria clausa et obsignata cancellario seu notario, aperienda, illo postulante, ex judicis decreto in actu examinatis, super quibus interrogandus erit conjux instans pro nullitate. Iis ea addet etiam in actu examinatis *ex officio* index, quae ex responsionibus magis apta conspiciet ad veritatem eruendam sive in declarationem responsionum datarum, sive super novis circumstantiis resultantibus, quod erit intelligendum etiam de aliis interrogatoriis, super quibus ceteri omnes de re instructi erunt examinandi."

" Cum itaque advenerit statuta dies, pars, nullitatem matrimonii allegans, comparebit, ut supra dictum, coram judice, adstante defensore matrimonii et cancellario. Judex deferet parti examinandae juramentum de veritate dicenda, et deinde reserabit interrogatoria exhibita, ut supra dictum est, a defensore matrimonii; eaque singulatim proponet, audiet responsiones, easque dictabit cancellario."

" Interim dum pars erit examinanda, ipse cancellarius exscribet in processu primam interrogationem, et deinceps singulas ex ordine, post quas scribet responsiones a judice dictandas. Si quod interrogatorium, ut superius monitum est, addatur *ex officio* a judice vel a defensore matrimonii, cancellarius interruptet ordinem progressivum, et adnotabit *interrogata ex officio*; et, scripta interrogatione et responsione, reassumet ordinem progressivum interrogationum exhibitarum a defensore matrimonii."

" Si examen una sessione absolvit non poterit, judex illud suspendet, ac destinabit etiam diem et horam pro reassumptione et prosecutione iisdem modo ac forma facienda, ut supra

dictum est. Absoluto examine, cancellarius leget clara et intelligibili voce responsiones datas, facta examinato facultate variandi et declarandi datas responsiones, prout ei libuerit. Tandem judex deferat juramentum eidem conjugi sc̄ vera dixisse, atque nunquam ante publicationem processus se evulgaturum sive interrogaciones propositas, sive responsiones datas. Deinde ipse subscribet, et si fuerit illiteratus per signum crux; deinde judex et defensor validitatis matrimonii apponet suam subscriptionem, et cancellarius de actu rogabit."

"Poterit pars examini subjecta vel illico post examen, vel etiam deinceps antequam publicetur processus, si velit, articulos proponere, super quibus etiam, citato defensore matrimonii, erit examinandus alter conjux, et quatenus etiam ab hoc articuli proponantur, erit iterum citandus conjux, qui primus fucrat interrogatus, et, adstante defensore matrimonii, super articulis ab altero propositis audiatur."

"Hæc norma, que data fuit pro instantis examine, servanda erit, congrua congruis referendo, in quovis alio examine."

"Expleto examine illius conjugis qui actor fuit in promovenda nullitatis querela, sequitur examen alterius conjugis, quod erit conficiendum iisdem prorsus methodo ac lege, quæ præscriptæ fuerunt in præcedentibus paragraphis, ac sub iisdem interrogatoriis actori propositis, vel aliis additis, vel novis confectis, prout defensor matrimonii in Domino censuerit."

"Deinde procedendum erit ad examen septimæ manus, hoc est septem propinquorum ex utroque latere ad forman textus in cap. *Litteræ vestræ, De Frig. et Malef.* Ut id facilius exsequi judex valeat, defensor matrimonii citabit partem atricem, ut indicet septem sibi sanguine vel affinitate coniunctos, si fieri possit, sin minus septem vicinos bone famæ. Singuli, audita prius lectura examinis, seu confessionis conjugis eos inducentis, erunt interrogandi utrum perspectam

habeant religionem et honestatem illius conjugis, ut propterea sibi verosimile sit, ac credant eum vera dixisse. Similiter, instante defensore matrimonii, citandus erit alter conjux, ut etiam ipse indicet septem propinquos vel affines, iisque defendantibus, septem vicinos bonae famae, qui, ut supra dictum est, deponant; seorsim erint hi quatuordecim conflantes septimam manum examini subjiciendi, designatis diebus et horis, delato prius juramento singulis, defensor matrimonii interrogatoria clausa exhibebit, ut superius dictum est."

" Liberum erit conjugibus testes bonae famae ac de re instructos inducere, qui omnes seorsim et methodo hactenus praescripta erunt examini subjiciendi."

" Si alios etiam defensor matrimonii ex actis jani confectis deprehendat de re instructos, hos etiam eitabit, ut examini subjiciantur. Si qui forsan absentes noseantur, qui commode ad civitatem accedere nequeant etiam ob distantiae sumptus, vel ad partis instantiam, vel, ea silente, ad instantiam defensoris matrimonii, erunt ab episcopo illius dioecesis, in qua morantur, examinandi juxta interrogatoria ab eodem defensore confienda, ac clausa et obsignata transmittenda, deputato ab eodem episcopo altero idoneo viro, qui praestet requisitis, quique expleat munus defensoris matrimonii, et examini adsit."

" Omnes vero testes, congrua congruis referendo, rogandi erunt, præsertim quando initum fuerit matrimonium: utrum inter conjuges mutui amoris signa intercesserint; quamdiu in eadem domo vel civitate cohabitaverint; utrum innoverit eos consummationi operam dedisse; an inde matrimonium consummatum censeretur; de causis consummationem impedientibus; de conquestionibus, quando et eum quibus factis, et eur nolint amplius in matrimonio permanere."

" Si querela super impotentia versetur, iuterrogandi erunt periti physici, quos conjuges consuluerunt."

" Præterea, quatenus querela super nullitate ex iis sit ut

solvi possit matrimonium si conjuges illud non consummarent, tunc procedendum erit ad inspectionem corporis conjugum seorsim sequenti methodo perficiendam, instante praesertim defensore matrimonii."

"Judex præfiget terminum tam utriusque conjugi quam defensori matrimonii ad exhibendas notulas peritorum medicorum et chirurgorum confidentium et diffidentium pro utriusque conjugis inspectione, congrua congruis referendo."

"Exhibitit notulis a partibus, index eliget quinque peritos, tres scilicet medicos et duos chirurgos ex his in quibus partes consentiant, sin minus ex officio eos, qui tamen partibus non sint rationabiliter suspecti, deputabit; et curabit ut deputatio cadat super celebrioribus civitatis tum quoad scientiam, tum quoad honestatem et religionem, atque his peritis dabit facultatem recognoscendi corpus viri, adhibitis honestis mediis ad explorandam ipsius potentiam, necnon facultatem, quatenus non convenienter in prima inspectione, iterum accedendi. Atque in codem decreto diem, horam et locum destiuabit, in quibus periti accedent, ut inspectionem perficiant."

"Designata die et hora, ad locum accedunt judex, defensor matrimonii, cancellarius et periti. Singuli ex peritis ac seorsim corpus viri inspicient ea qua poterit fieri decentia, et, factis experimentis quea juxta artem, non tamen illicitis, opportuna judicabunt, singuli scriptam emitte relationem."

"In inspectione et relatione hæc præcipue investiganda et referenda erunt."

"An adsint signa physice certa impotentiae deducta ex conformatione partium, aut ex alio vitio quo apparere poterit. An adsint signa quea moralem certitudinem inducant impotentiae, et quatenus existunt, que sit hujus impotentiae causa, utrum sit impotentia perpetua, insanabilis ac præcedens matrimonium, an signa impotentiae sint dubia vel æquivoca."

"Peracta relatione a singulis seorsim, defensor matrimonii

exhibebit interrogatoria clausa, sigillata, super quibus fieri debet examen peritorum, sibiique reservabit jus addendi alia interrogatoria, ac iterum ea ad examen revocandi. Si examen singulorum peritorum eadem die perfici nequiverit, judex aliam diem designabit ut illud prosequatur. Uterque ex peritis tunc ante examen juramentum præstabit de veritate dicenda, tum post examen juramento dicta confirmabit, sese propria manu subscribens, judex, defensor matrimonii; et cancellarius subscribet, qui actum rogabit."

"Procedendum etiam erit ad inspectionem corporis mulieris. Judex, ut supra dictum est de peritis, tres saltem obstetrices deputabit, que a duobus saltem peritis uno medico et altero chirурgo, ut supra seligendis, sedulo erunt in-truendæ de recognoscendo visu et tactu in muliebrium inspectione. Statuta autem hujus inspectionis die, mulier erit traducenda ad domum honestæ matronæ pariter a judice deputandæ pro infrascripta præstanda personali adstantia, atque adstantibus semper tribus obstetricibus et matrona, immergenda erit in balneo aquæ tepentis a peritis prius recognoscendo, quod sit aquæ puræ; quo in balneo per spatum saltem trium quadrantium horæ unius permanere debebit; quo tempore transacto, adstantibus semper et presentibus matrona et obstetricibus, statim, ne ullum spatiuni aut momentum temporis mulieri detur quo ad arctandum vas medicamento aut aliqua fraude uti queat, ad ipsius corporis inspectionem a singulis seorsim deveniendum erit, adstante semper et præsente matrona; qua in re prospiciendum etiam, ut hæc recognitio fiat tempore tautum diurno et in cubiculo lumenoso, ut ex inspectione hujusmodi utrum mulier virgo sit, an violata et corrupta, adhibitis artis regulis, exactius deprehendatur."

"Judex, defensor matrimonii et cancellarius cum peritis, ut supra, ad domum matronæ accident. Peracta hinc recognitione, seorū singulæ obstetrices referent de virginitatis aut corruptionis indicis ab inspectione resultantibus, an certa et

qualia supersint signa et argumenta intemerati aut corrupti eliaustri virginalis, et an ulla fraus ad virginitatem simulandam adhiberi potuerit. Deinde super his magis preeise deponent in responsionibus ad interrogatoria, quae clausa et obsignata exhibebit defensor validitatis matrimonii. Deinde formaliter examini erunt subjiciendi periti, quorum judicium erit exquirendum super relatis et dispositis ab obstetricibus. Tandem examen subire debet quoque matrona quoad praestitam toto balnei et reognitionis tempore adstantiam, servatis, quoad examen, iis omnibus quae superius dicta sunt, congrua tamen eongruis referendo."

"Quatenus defensori matrimonii nulla alia probatio exquirienda videatur, nullamque putet aliam judex pro sua diligentia assumendam, finis imponetur probationum collectioni et publiceabitur processus, edito super hoc deereto a judice, factisque subscriptionibus ab eo, a defensore matrimonii et a cancellario. Haec habenda methodus. Quae in aetis continentur nemini, nee ipsis quidem conjugibus eorumque defensoribus erunt communicanda ante processus publicationem, uno excepto defensore matrimonii, cui libera semper et quandoeumque erit actorum inspeccio et examen."

"Loeus deinde erit defensionibus. Liberum etiam erit defensori matrimonii post processus publicationem novas probationes exquirere, eum agat favore saeramenti, et nunquam bina sententia nullitatis conformis transeat in rem judicatam, ae reassumi causa possit etiam post initas novas nuptias a partibus, juxta constitutionem saepius citatam, *Dei miseratione.*"

"Omnibus absolutis, et eum nil amplius dedueendum censuerit defensor matrimonii, sententiani proferet episcopus."

"Si haec matrimonii nullitas deereta fuerit, debebit defensor matrimonii appellare juxta eitatem constitutionem, nee poterunt conjuges ad alia vota transire, nisi post obtentam alteram

sententiam conformem super nullitate, sub pœnis contra polygamos constitutis in citata constitutione, *Dei miseratione*. Deinde transmittenda erunt acta ab episcopo ad judicem ad quem provocatum fuit, in copia authentica, soluta per partem diligenterim competenti mercede cancellario."

1093. Quid faciendum, si is, ob cuius impotentiam dissolutum est matrimonium, deinde aliud ineat?

Vel ob relativam dissolutum est matrimonium, vel ob absolutam impotentiam:

1º *Si ob relativam*, valet secundum matrimonium; siquidem primum revera nullum fuit ob relativam impotentiam, quam falso allegatam fuisse nequaquam probat secundum matrimonium.

2º *Si ob absolutam*, irritum est secundum matrimonium: nam vel vera fuit impotentia absoluta, et tunc permanet et irrit reddit matrimonium posterius; vel falsa fuit, et tunc valet prius matrimonium, et consequenter valide contrahii non potuit posterius. Unde in hoc casu, posterius matrimonium, absq[ue] ulla etiam probatione, dissolvendum est.

Si posterius matrimonium contractum est, mortua jam priori uxori, vir (ob cuius impotentiam absolutam prius conjugium solutum fuit) prohiberi debet a dicto posteriori consortio, donec probaverit se potentein esse et Ecclesiam fuisse deceptam. Cf. Bouix, *De Judiciis*, vol. II, pag. 152.

Hinc, quando ex actis et probatis non eruitur haec impotentia quæ matri onium dissolvit, valde expedit ut iudex, si matrimonium non fuerit consummatum, recursum habeat ad Summum Pontificem, et, obtenta sanatione actuuni, quæiat dispensationem a matrimonio rato et non consummato, de quo sermo crit in capite sequenti.

CAPUT VI

DE MODO PROCEDENDI IN CASU MATRIMONII RATI NON CONSUMMATI

Matrimonium, etsi valide contractum, quamdiu non fuit consummatum, solvi potest, tum per utriusque vel alterutrius conjugis ingressum in religionem, tum per dispensationem Romani Pontificis. Concessa autem dicta dispensatione, possunt conjuges aliud inire matrimonium.

1094. Plura requiruntur ut valida et licita sit pontificia dispensatio.

1º Ad validitatem ejusmodi concessionis, seu ut matrimonium revera dissolvatur et aliud a conjugibus contrahi possit, omnino necesse est non intervenisse matrimonii consummationem. Si enim matrimonium fuerit consummatum, jam non est per pontificiam dispensationem dissolubile; hinc si postea detegatur deceptum fuisse Pontifice et revera consummatum fuisse matrimonium quod dicebatur non consummatum, pronunciari debet, non obstante dispensatione, hujus matrimonii validitas, et consequenter contracti nullitas.

2º Ad licitatem, probatio de non consummatione matrimonii et justa causa illud dissolvendi requiruntur; necessaria est probatio, quia standum est pro firmitate vinculi quo adusque probetur esse solummodo ratum; necessaria est justa causa, quia relaxatio matrimonii vinculi est quid per se bono generali Ecclesie nocivum. Hinc in libello supplici quo matrimonii rati non consummati dispensatio postulatur, clare probanda sunt haec dno: matrimonium non fuisse consummatum, et justam adesse concedendae dispensationis causam: alioquin dispensatio non conceditur.

1095. Cognitio causæ, in qua agitur de dissolvendo matrimonio rato non consummato, Sanctæ Sedi reservatur.

Sacra Congregatio Concilii, cui mittuntur preces pro habenda dispensatione matrimonii rati et non consummati, rescribit ad Ordinarium diœcesis in qua matrimonium celebratum fuit *pro informatione*. Si *Ordinarius*, premissa summaria inquisitione, respondeat accusationem omni fundamento esse destitutam, ulterius non proceditur; si e contra respondeat accusationem fundatam esse, Sacra Congregatio mittit preces ad Ordinarium diœcesis in qua matrimonium fuit celebratum, et illum delegat ut processum in forma juris instruat. Ad parcendum temporis, *expedit* ut, quando preces fiunt ad S. Congregationem, mittatur simul epistola Ordinarii quæ eas commendet. Gasparri, De Matrimonio, vol. II, num. 1192.

*Causæ
valde
fractæ*

Aliquando, absoluto processu super impotentia, non constat de impotentia quæ matrimonium jure naturali nullum reddat, et simul constat de matrimonii non consummatione. Est in potestate Ordinarii ut mittat omnia acta ad Sacram Congregationem, et quærat dispensationem a matrimonio rato et non consummato; S. Congregatio, data prævia sanatione actorum quæ a judice incompetentí fuerunt collecta, deliberat an consulendum sit Summo Pontifici super dispensatione hujus matrimonii rati et non consummati.

*Clavis
præcedens*

1096. Ordinarius, eni a S. Congregatione committitur processus compilatio, debet sequi hanc instructionem.

"Judex ad hoc deputatus præ oculis habeat quod examina quæcumque illa erunt, fieri debent sub juramento, et cancellarius curiae episcopalís, vel altera persona deleganda, interrogationes, responsa, et quælibet acta scripto tradet, facta prius adnotatione mensis, diei, anni, loci, et personæ judicis coram quo conficiuntur acta, neconon eujuslibet testis examinandi."

“Testes singillatim audiantur, et in fine examinis se subscribant proprio nomine, vel cum signo crucis quatenus sint illitterati.”

“Primus ille coniux audiatur qui actor est in causa. Interrogationes judicis arbitrio, prudentiae et sagacitati relinquuntur; attamen pro ejus commoditate sequentes traduntur, quibus aliae addantur prout melius in Domino judicaverit ad factorum veritatem magis magisque erueudam, nimirum:”

“A quanto tempore se cognoverint sponsi ante matrimonium; an parentum consensu, sponte et mutua voluntate illud inierint; an in sequenti nocte in eadem domo, eodem cubiculo et toro cubaverint, officiisque conjugalibus ulti, libenterque operam dederint; an matrimonium consummaverint; an ipse examinatus cognoscat, vel suspectetur causas propter quas consummare nequierint, licet iteratis vicibus etiam in sequentibus noctibus ausi fuerint; an id contigerit ob nimiam angustiam cunni mulieris, vel immodicam sui penis crassitudinem, aut propter debilitatem, ita ut nulla vel parvi momenti fuerit erectio; an, quae, et quanto tempore adhibita fuerint medicamenta, et quinam fuerint effectus; quamdiu simul vixerint, et condormierint; quis primus alterum conjugem deseruit, et an etiam aliæ causæ accesserint; an et quibus parentibus, amicis, vel viciniis secreto mauifestaverint quod matrimonium non fuerit consummatum, eosque singillatimi nominet.”

“Haec vel similia etiam ab altero coniuge requirantur, ut an inter se apparet convenient, dignoscatur.”

“Deinde testes qui ab ipsis conjugibus fuerint recensiti, seorsim examini subjiciantur. Prius vero eorumdem parentes audiautur, ut presumptive magis informati; postea vero famuli et viciniores. Si quis illorum obierit, vel longiuquas regiones petierit, in actis innuendum erit. Interrogationes autem sequentes proponuntur, sed immutandæ pro rerum adjunctis:”

“ An cognoscat conjuges de quibus sermo ; an siat utrum libenter, mutuoque affectu sese copulaverint, condormierint, et matrimonium consummaverint ; an sit instructus quibus de causis consummare nequierint, et an, et quid ad illas amovendas experti fierint ; utrum et quae conquestio inter ipsos extiterit ; quænam sit fama tam apud se, quam apud alios de hac prætensa non consummatione.”

“ Singulorum testium absoluto examine, duo saltem ex celebrioribus civitatis physici medicinam et chirurgiam callentes seligantur, corpus viri inspecturi super ejus potentia ad eoeundum cum muliere maxime virgine, nec ille physicus prætereundus qui forsan antea fuerit exhibitus ad viri incommoda medenda. Animadvertendum autem, ut mediis utautur licitis et honestis, et perscrutandum præcipue utrum illius virilia sint juxta nature leges accurate conformata ; nimirum an penis naturalem habeat diuentionem, promptamque erectionem ad coeundum necessario duraturam ; an aliquo morbo fuerit affectus, a quanto tempore, et cujusram characteris ; an fibrae compactæ et consistentes, seu potius flaccidae, lassæque sint ; an testes sani, naturalisque magnitudinis, et utrum aliquo vitio laboraverint vel adhuc laborent ; quo in casu, morbi characterem et causas investigabunt ; et an curabilis, nec absque salutis periculo.”

“ Quibus omnibus diligenter inspectis, singula sub jamento scripto tradent, et quid ipsi sentiant de viri impotentia an acquisita, vel ingenita, absoluta vel relativa tantum, ingenuo fateantur, nullaque reicta ambigendi ratione.”

“ Corpus insuper mulieris, sed maxime illius genitalia membra a duabus saltem obstetricibus in arte, et praxi peritiорibus ac bonis moribus imbutis inspiciantur, exhibito prius balneco mulieris, si necessario præmittendum physici et ipse judicaverint, Accurate observabunt signa integratatem mulieris constituentia, nimirum conformatiōnē partium,

juneturam, duritatem, rugositatem et colorem; an hymen sit integrum, vel confractum in toto vel in parte; hoc in casu, an, et qua naturali causa, seu potius e congressu extranei corporis contigerit; an myrtiformes carunculae inveniantur, earumque magnitudinem, numerum et conformatiōnem, alia- que signa ab arte tradita integritatem, aut corruptionem mulieris constituentia sedulo iuspiciant. Deinde unaquaeque seorsim singula que repererint sub sacramento judici, et a cancellario scripto fideliter tradenda, distincte exponat, et quid ipsae sentiant de illius integritate declarant."

"Earumdem depositiones predictis physicis examinandae tradantur, ut decernant num mulier adhuc integra habenda sit, atque matrimonium non consummatum judicandum."

"Verum si aliquod dubium adhuc explicandum supersit, opportunis ab ipsis physicis concinnatis interrogationibus, iterum obstetrices examinentur, et si nihilominus anceps peritorum judicium permanscrit, corpus mulieris ab ipsis inspiciatur, adstante vero matrona antiquae virtutis, nullique exceptioni obnoxia, et ab Ordinario designanda. Expleta inspectione, judicium dabunt physici, singulasque proferent rationes quibus ipsorum sententia inititur."

"Prætercunda tamen non erit investigatio super qualitate testium, auditio eorumdem parocho, vel alia proba et apprime instructa persona, utrum ipsi sint bonis moribus imbuti, ac plenam mereantur fidem illorum depositiones."

"Omnibus superioris recensis diligenter ab Ordinario collectis, illa ad S. Congregationem mittere festinabit decretorio ejus judicio subjicienda."

1097. **Sacra Congregatio Concilii, ad quam diriguntur acta processus, habet solum votum consultativum.** Tota investigatio versatur circa duo haec: an probetur matrimonium non fuisse consummatum, et an, hoc probato, justa allegetur dispensandi causa. Quæ duo si constant, S. Congregatio respondet affirmative, il est, dari locum

Ad Pan.
Punt. per sonde-
Per insertin-
et expulsive,
ita. tunis
Per. ac in
caligem. -
zue

concedende dispensationi; si autem alterutrum desit, respondeat negative. Hoc votum consultativum secretarius S. Congregationis defert ad S. Pontificem; et prout Sanctissimus illud approbat vel rejicit, conceditur vel denegatur postulata dispensatio; ex constitutione Benedicti XIV, *Dei miseratione*.

Potest tamen
episcopus
aliquas rigorosius
ratione
sumere,
et hostia

In territoriis missionum, que subduntur jurisdictioni S. Congregationis de Propaganda Fide, non est procedendum quin habeatur delegatio hujus Congregationis, cuius est consilere Summo Pontifici ut dispensemetur a matrimonio rato et non consummato; aliquando tamen acta transmittit ad S. Congregationem Concilii et exquirit ejus judicium.

Quod enim internum matrimonium
nullitas matrimonii est bona
ex parte, non interior

*Ius canonium publicum - quod praestatum electio
et de officio theologiae servatur - statutis ad Constitutionem eccl.
Ius canonium privatum - et hoc tantum in*

D. Signac tractabur Privatum ^{nde personis}
^{2 se Rebus}
^{3 de passionibus de iudiciorum}
Poenae ferment et ad
revert ad iudicia;
sed de facto penal
tractabunt in iudiciorum.

DE PÖENIS ECCLESIASTICIS

Inanis esset potestas judicialis Ecclesiae nisi reos delicti
debitis pœnis coercere valeret: hinc potestati judiciali affinis
potestas coactiva. Et sane, cum horror mali moralis, ex homi-
num malitia, sit insufficiens ad eos in officio continendos, non
aliud superest quam ad illationem mali physici recurrere, quod
homines a delinquendo deterreat. Jamvero homines ad delin-
quendum moventur inordinata appetitione alicujus boni sub-
jectivi, spreto bono objectivo seu morali: hinc lex, cominando
aliud malum subjectivum aequale vel etiam magis, vincit prava-
m inclinationem voluntatis; igitur pœna ante delictum est
prosperatrix. Quod si nihilominus prævaleat pravus affectus
et admittatur delictum, tunc delinquens fit debitor pœnae;
pœna irrogata dicitur emendatrix quoad reum, vindicativa
quoad societatem pœnam inferentem, exemplaris quoad alios.
Cavagnis, Institutiones Juris Publici, vol. I, pag. 82.

Dc pœnis dicemus in titulis sequentibus:

(TITULUS I) *de Punitione et pœna*

DE PÖENIS ECCLESIASTICIS IN GENERE

1098. **Pœna definiri potest:** Malum passionis aut
privationis, delicti causa, etiam in invitox auctoritate publica
inflictum, ut omnes a perturbando societatis ordine deter-
reantur. *Uferitq; ita lumen non includit pœnam vindicti-*

Catinam -
Dicitur 1º malum, quia pœna in genere est id omne quod
hominem labore ac molestia afficit.

Dicitur 2º malum passionis aut privationis, quatenus
ut ita dicimus.

*privatio alicuius bonorum
ad coercitionem delicti vel ad carcerem
et ad suatum et ad restorationem
ordinis publici per legem in
ritatem indictam.*

attenditur ejus objectum immediatum, quod est pati aut jure quodam privari; ceterum quælibet pœna importat pati, sive consistat in mutilatione aut poena capitali, sive in privatione alicujus juris.

Dicitur 3º *delicti causa*, secus injusta esset pœna, si delictum contra quod statuta est pœna non fuisset patrum; debet ergo crimen esse certo commissum et juridice omnino probatum.

Dicitur 4º *auctoritate publica inflictum*, nam pœna infligitur propter delictum; atqui nonnisi ab eo statui potest cui coercendorum delictorum potestas est, qui profecto est supremus princeps in societate, vel is magistratus cui haec jurisdictione fuit concessa.

Juxta hoc, tamen, prævidetur ut omnes a perturbando societatis ordine deterreantur. Hæc verba exhibent finem et fundamentum pœnarum.

Pœnæ sunt necessariae ad tutelam ordinis socialis, sine quo tranquillitas, quies et pax relate ad ipsam societatem et ad singulos cives inter se haberi nequeunt: hinc ea delicta sunt pœnis coercenda, quæ securitatem illam et quietem turbare queunt; et non sunt puniendi illi levissimi lapsus a quibus fere impossibile est homini se abstinere, et qui grave detrimentum Reipublicæ afferrere non possunt. De Luca, De Delictis et Pœnis, tit. VI.

1099. **Pœna ecclesiastica diversimode dividitur:**

1º *Ratione finis*, pœnæ ecclesiasticae dividuntur in *pœnitentias, censurus et pœnas vindicativas*; revera diversæ sunt conditiones delinquentium, quorum alii sponte confitentur sua peccata et ad legitimam peccatorum expiationem sunt parati; alii sunt, contumaces in suo peccato, sed Ecclesie corripienti resipiscunt; alii sunt pertinaces in suo delicto sine spe futurae emendationis. Hinc:

a) *Pœnitentia* est opus voluntaries usceptum, quod quis sponte adimplendum assumit ad expiationem alicujus delicti.

b) *Censura* est pœna qua quis, reus et contumax, privatur quibusdam bonis spiritualibus ut culpas fateatur et expiat.

c) *Pœna vindicativa* est animadversio in reum, de cuius conversione vix speratur, ad disciplinæ publicæ satisfactionem.

2º *Ratione modi quo pœna statuuntur*, aliae dicuntur *a jure latæ*, aliae vero *ab homine*.

a) Pœnæ latæ *a jure* sunt illæ quæ a legislatore, per legem aut edictum perpetuum, irrogantur in eos omnes qui legem aut edictum violaverunt.

b) Pœnæ latæ *ab homine* sunt illæ quæ a superiore, per sententiam aut mandatum, certæ personæ irrogantur.

c) Pœna *a jure* non statuitur nisi pro tempore futuro, quia leges futuris necessitatibus provident; dum pœna *ab homine* decerni potest non solum pro futuris, sed etiam pro præteritis delictis, ad eorum satisfactionem et emendationem.

Hæc posterior, si fuerit tantum comminata, evanescit, jurisdictione infligentis per mortem aut alio modo amissa. Prior autem perseverat, donec abrogata non fuerit lex a legislatore.

d) Pœna, quæ a lege aut consuetudine statuta est, dicitur *ordinaria*; dum *extraordinaria* aut *arbitraria* dicitur ea quæ ex judicis arbitrio, pro qualitate delicti et personæ, imponitur.

3º *Ratione modi quo incurruuntur*, pœnæ sunt *latæ* vel *ferendæ sententiae*.

a) Pœna *late sententiae* est ea quæ *ipso facto*, seu criminis perpetratione, seu mandati transgressione incurritur absque sententia condemnatoria.

Attamen cum de ipso facto debeat constare, plerumque requiritur, pro foro externo, sententia judicis declaratoria.

b) Pœna *ferendæ sententiae*, quæ etiam *comminatoria* dicitur, non contrahitur statim a peccato commisso, sed accidente tantum sententia judicis *condemnatoria*.

Qualis autem sit pœna, an scilicet latæ, an vero ferendæ sententiae, pendet a voluntate infligentis, ideoque ex ejus verbis debet dignosci.

c) Latæ sententiae generatim reputantur censuræ, si formulae legis seu precepti quibus inferuntur, excludant judicis cujuscumque actionem seu ministerium, nempe :

Si reperiantur locutiones hujusmodi : *eo ipso; ipso jure; ipso facto; ex tunc; protinus; sinc alia sententia*, etc.

Si verba sint temporis præteriti, v. g. : *sciat, novit se esse excommunicatum; debet pro excommunicato haberi*.

Si verba sint temporis præsentis et modi indicativi, v. g. : *excommunicamus, interdicimus*, etc.

Si autem verba sint temporis præsentis, sed modi imperativi vel subjunctivi, censura erit quoque late sententiae, modo non requiratur superioris actus, e. g. : *incidat in excommunicationem; maneat suspensus; anathema sit*, etc; erit vero ferendæ sententiae quando superioris actus requiritur, v. g. : *damnetur; excommunicetur; suspendatur*.

d) Ferendæ sententiae reputantur censuræ, si formulae quibus irrogantur includant judicis ministerium, nempe :

Si adsint istæ vel similes locutiones : *excommunicetur per episcopum, a suo episcopo muletetur*, etc.

Si verba sint tantum conminatoria, e. g. : *præcipimus sub pœna suspensionis, sub intermissione anathematis*, etc. Excipe si aliud ex adjunctis appareat, v. g. quando dicitur : *sub pœna excommunicationis statim incurrendæ*.

Si verba tempus futurum designant, v. g. : *excommunicabitur, suspendetur*, etc.

e) Omnibus perpensis, si dubium supersit, censura habenda est ut ferendæ sententiae, juxta regulam juris :

“ In obscuris minimum est sequendum.”

4^a) *Ratione objecti*, pœnae dividuntur in *spirituales* et *temporales*.

a) Spirituales sunt illæ quæ privant participatione sacramentorum, officiis divinis, suffragiis Ecclesie, usu sacrorum ordinum, etc.

b) Pœnae temporales sunt, e. g. mulæ pecuniarie, afflitiones corporales, incarceratio, etc. Cf. Bargilliat, *Prelationes*, tract. XI, nnn. 1544 et seq.

1100. **Ecclesia, Jure divino, habet potestatem coercendi saltem per penas spirituales.** Revera auctores juris Ecclesiae publici probant Ecclesiam esse societatem perfectam; jam vero ut efficax sit potestas judicaria, necesse est ut comitem habeat vim coactivam, qua rei debitibus pœnis plectuntur.

Hinc 1º Joannes XXII, constitutione *Licet*, uti haereticam damnavit hanc propositionem Marsilius Patavini: "Quod Papa, vel tota Ecclesia simul sumpta, nullum hominem quantumcumque seeleratum potest punire punitione coactiva, nisi Imperator daret eis auctoritatem."

2º Concilium Tridentinum, sess. XIII, cap. 1, De Ref., non solum affirmat potestatem corrigendi episcopis proprio jure competentem, sed etiam modum ea intendi prescribit. Cf. vol. I, nnn. 384.


3º Pius IX, in litteris encyclicis *Quanta cura*, inter instaurantes prava ac toties damnata novatorum commenta adnumerat quos "minime pudet affirmare Ecclesie non competere ius violatores suarum legum pœnis temporalibus coereendi."

1101. **Haec Ecclesie potestas coactiva intelligenda est etiam de pœnis temporalibus et corporalibus.** Ecclesia, quæ est societas perfecta, pollet sufficienti potestate unde valeat efficaciter coercere contumaces et haereticos cohibere. Atqui pœnae spirituales parum movere solent homines carnales, quia, licet revera graviores sint, isti autem vulgares homines maxime sensu dueuntur et coguntur. Hoc pricipue locum habet respectu haereticorum, qui, cum fidem abjecerint, quasi nihil reputant hujusmodi pœnas spirituales.



MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc

1653 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax



Hæc ratio agendi Ecclesie non repugnat indoli societatis spiritualis. Quamvis hujusmodi societas sensu pietatis, persuasione et paterno affectu regatur potius quam severitate legum et coercionum asperitate, possunt tamen qui illam gubernant uti salubri rigore ad frangendam contumaciam, ad reparanda scandala, ad præcavendam denique hominum fragilium ruinam spiritualem, quando media communia non sufficiunt; unde S. Paulus, *F^a ad Corinthios*, IV, 21, scribebat: "Vultis in virga :eniam ad vos, au in charitate et spiritu mansuetudinis."

Coercitio pœnis temporalibus temperatis non magis derogat juribus principis secularis quam si fieret in familia privata; non est ratio cur, in gradu etiam superiori et magis extenso, non agnoscatur societati Christianorum jus quod societatibus domesticis competit ad sua membra, moderatis corporum coercionibus, emendanda. Hæc aliunde coercitio potest adhiberi absque ullo offendiculo rectoris civilis, præsertim si principes sacerdiciales juvent, sicut olim contigit, exercitium justitiae clericalis. Icard, *Pral. Sti Sulpitii*, vol. III, num. 755.

1102. Ecclesia pœnas extremas corporales nunquam ipsa intulit. Quod probatur 1^o *sententia Patrum*. Ecclesia "gladium non habet nisi spiritualem; non occidit, sed vivificat", ait S. Nicolaus I, in canone *Inter haec*, caus. XXXIII, quæst. II. Coelestinus III scripsit de quodam clericico, qui pro suis criminibus depositus fuerat: "Si depositus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde, contumacia crescente, anathematis muerone feriri; postmodum vero, si in profundum malorum veniens contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, ne possit esse ultra perditio plurimorum, per sæcularem compunctionem est potestatem, ita quod ei deputetur exsilium, vel alia pœna legitima inferatur." Concilium Constantiense, sess. XV, prolata sententia depositionis et degradationis in Joannem Hus, eodem sensu addit: "Saneta Synodus Joannem Hus, attento quod Eccle-

sia Dei non habeat ultra quid agere valeat, iudicio saeculare relinquere, et ipsum curiae saeculari relinquendum fore decernit."

2º Ex ratione et in sole iudicij ecclesiastici. Notum est axioma: "Ecclesia abhorret a sanguine." Hinc invenitur prohibitum, in dispositionibus juris communis, ne clerici sederent in causa sanguinis et penas extremas infligerent, etiam si potestate illam haberent ab auctoritate civili: "His a quibus Domini saeramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet. " Cap. 30 et 29, eaus. XXIII, quest. 8.

3º Ex praxi Ecclesiae. Non reperimus Ecclesiam nunquam protulisse sententiam sanguinis, in his etiam temporibus quibus maxima fruebatur libertate.

An summo jure Ecclesia possit damnare ad penam mortis aut mutilationis, non constat inter antores; argumenta utrinque sententiae videri possunt apud Cavagnis, Institutions Juris Publici Ecclesiae, num. 301.

1103. Penas irrogare possunt superiores jurisdictionem in foro externo habentes sive ordinariam, sive delegatam.

Necessitas jurisdictionis in foro externo sequitur ex ipsa natura penarum canoniearum, quae, si excepias penitentias in saero tribunali a confessario impositas, feruntur ad forum externum.

Ut superior jure suo utatur, debet habere potestatem *expeditam*:

Hinc 1º oportet ut nullo impedimento canonico innodetur; si sit excommunicatus, suspensus, haereticus aut schismatis, non potest licite penas irrogare, quamvis sit toleratus; non potest valide, si sit vitandus.

2º Oportet ut sit in suo territorio, quando pena irroganda est in foro contentioso: "Sacris canonibus est generaliter nisi habeat iudicium
f. 120 - *jurisdictionis contentiosa seu judicialis sic*

interdictum ne quis episcopus jurisdictionem exerceat in diecesi aliena." *Caput Quamvis, De Foro Competenti.*

Excipiendi sunt duo casus a regula generali: a) Si Ordinarius loci consentiat ut episcopus exerceat jurisdictionem contentiosam, et ipsae partes etiam annuant; revera invitae cogi non debent e suo territorio egredi litis causa.

b) Si prelatus expulsus injuste fuerit e sua dieccesi; tune enim, petita prins Ordinarii loci lieentia, quainvis non obtenta, subditos suos quorum malitia expulsus est, eorumque consiliarios et fautores censuris plectere potest. Caput Quamvis, De Foro Competenti.

1104. Pœnis ecclesiasticis plecti non possunt nisi

1º Homines christiani. Nam Ecclesia de his qui foris sunt noui judicat; idcoque excluduntur infideles, etiam catechumeni. Cf. I ad Cor. V, 12.

*2º Rationis capaces, eum nemo pœnam subire debeat, nisi delictum aduiserit. *Sed etiam 17 ans - 12 ans -**

a) Hinc impuberis rationis usum plene adepti, absolute non eximuntur a pœni latæ sententiae, utpote doli capaces; attamen, ob etatis levitatem, ex benignitate Ecclesie, eas non inueniunt nisi in lege specialiter expressum sit, ut pro ingredientibus monasteria monialium statuitur. Cf. Const. Apostolice Sedis, tit. I, num. 6.

b) Neque expedit ut in eos censure ab homine ferantur; sed potius debent aliis correctionibus pœni puniri. "In pueris enim, relinqui solet inultum quod in aliis provectionis etatis humanæ leges dieunt severius esse puniendum." Cap. Referente, De Delictis Puerorum.

3º Et subditi, quia pœne irrogatio est actus jurisdictionis, qui nonuisi in subditos exerceri potest.

a) Ideo peregrini, quamdiu versantur extra diocesim, non tenentur censuris que per modum legis in suo territorio lata sunt, etiamsi discesserint eo animo ut se obligationi legis subtraherent. "Statuto episcopi, quo in omnes qui furtum

*ad rationem
subditi suffici
et quasi
dominicorum
vista in
monachorum
givesit. *Ex Communis ligat & unius ubique**

Egregire IV = 5' primi libri dec -
Bonifac VII 5' alii libri 5'-10) dec -
Statuum -

comuiserint excommunicationis sententia promulgatur, subditi ejus, suntum extra ipsius diocesiu committentes, minime ligari noseuntur, eum extra territorium ius dicenti non paratur impune." Cap. *Ut unimurum*, De Constit., in 6^o *libro Decretalium* -

Bonifac VIII
b) Utrum idem dicendum sit de precepto quod episcopus suis diocesanis injunxerit sub poena *ipso facto* incurrenda, au scilicet poenam incurrant, i praeceptum violent extra diocesim, disputant canonistae. Communiiter affirmant doctores, quia praeceptum afficit personam et ei adheret sicut pellis ossibus; dum c contra lex est territorialis et obligat in solo territorio.

c) Poenis que latæ sunt in locis per que transit, peregrinus non tenetur, nisi leges quibus poenæ sunt adnexæ ipsum obligent. *Videlicet est autem si cartularis ne* -

communis -

d) Episcopus potest poenis ligare subditum suum extra diocesim existentem, pro ermine quod in proprio territorio commissum est. Quod dicendum est de iis qui, licet absentes, eenseuntur tamen in proprio territorio delinquere: ut si excommunicaretur clericus qui, jussus accedere ad synodum, non obtemperaret. Secus enim a nullo posset puniri.

Non obstat quod eitatio non possit fieri extra territorium; nam sufficit ut reus in propria domo, aut loco publico citetur. Cf. Bargilliat, num. 1552; Icard, vol. III, num. 757.

1105. Ad delictum poenis coercendum quinque conditions generatiū requiruntur:

1^o Debet esse *externum*; nam Ecclesia non judicat de internis, nisi in foro penitentiali: "Cogitationis poenam nemo patitur;" ex capite *Cogitationis*, 14, De Penitentia. Omissione tamen actus externi a lege prescripti habetur ut opus externum, et poenis subjacet; ex capite *Quanta*, 47, De Sententia Excommunicationis.

Posset tamen Ecclesia actum externum, alinude in se malum, poenis plectere sub conditione solius malitiae quæ ab interno procederet: v. g. posset ferri excommunicatio vel

Conditiones
ad delictum
penam
mod. Decr-
tum Crati-
arus in editio
re ex sua
capita:

alia pœna in eos tantum qui *scienter*, aut *temere*, aut ex *præsumptione* aliquid egerint ; ratio est, quia, cum actus sit aliunde malus ac merito possit pœnis plecti, nulla injustitia est quod non puniatur nisi vestitus sit certis conditionibus, nempe quod sit peractus *scienter* et *temere*.

2º *Proprium*, saltem *aliquo modo*, nam “non debet aliquis alterius odio prægravari ;” ex reg. juris 22^a, in 6^o.

Diximus *aliquo modo*, nam propter crimen a majori parte communitatis, vel a capite ipsius commissum, tota communitas potest subjici interdicto vel suis privilegiis spoliari ; et sic innocentes puniuntur, et non immerito, quia delictum communitatis omnibus membris proprium esse censetur.

Aliquaundo, deficiente culpa personæ i, adest ratio impoenendi pœnam innocentis : v. g. filius hæretici arcetur ab ordinibus ecclesiasticis propter suspicionem ne, ob conjunctionem naturalem cum parentibus, ad hæresim redeat. Hoc in casu, adest causa ordinis publici qua pœnæ impositio fit legitima, juxta regulam juris 25^{am}, in 6^o : “Sina culpa, nisi subsit causa, neino est puniendns.”

3º *Grava* ; certum hoc videtur *quoad pœnas quæ in judicij* ^{extra predictas} *imponuntur*, etiam ridiculum esset ad judicium recurrere propter leves culpas.

4º *Consummatum* ; nempe requiritur ad pœnam incurriendam ut perficiatur id quod præcise lex intendit plectere tali pœna ; unde sola attentatio delicti, vel cooperatio ad illud per consilium, mandatum, puniri nequit pœna lata contra hujusmodi delictum ; unde qui vult occidere, vel verberat ad occidendum, non incurrit pœnas contra homicidium latas, si revera non occiderit, quia “odia sunt restringenda.” Secus esset dicendum, si lex intenderet punire mandantes, consulentes, cooperantes et etiam attentantes.

5º *Debite probatum* ; haec conditio requiritur tantum pro pœnis quæ non nisi post sententiam prolatam exsecutioni mandari possunt, non vero pro pœnis ipso jure latas, quæ per

ipsammet legem exsecutionem obtineat, ut censura ipso facto latæ generatum nullum.

6º Pœna proportionatum; id est, requiritur peccatum grave ad pœnam grave, sufficit leve ad levem. Ratio est, quia principia aequitatis suadent pœnam esse commensurandam culpa et pro modo culpa imponendam.

Ideoque docet Benedictus XIV non solum excommunicationem, sed etiam suspensionem a divinis, nec *validile* propter culpam *leuem*, nec *prudenter* propter *lethalem*, quae gravioribus non equipareatur, irrogari. Gravitas autem delicti, non modo ex re in se considerata, sed ex adjunctis quoque locorum et temporum est perpendenda. Contingere enim potest ut res, quae in se speetata levis esse videtur, gravis tamen apparere ratione circumstantiarum. Bened. XIV, De Syodo, lib. X, cap. 1 et 3.

1106. Quæritur an ignorantia excusat a pœna. *De si obligatoria*

Ignorantia contingere potest vel circa legem, vel circa pœnas a lege impositas; iterum ignorantia est vinebilis vel invincibilis.

1º Ignorantia solins pœnae, etsi invincibilis, ab hac pœna non excusat, nisi ipsamet lex notitiam pœnae requirat ut possit incurri, vel nisi haec pœna sit gravissima exceedens ineritum criminis, vel pœna ejus sit naturæ quod non possit incurri sine ejus notitia, prout sunt censuræ, et probabiliter irregularitates ex delicto. S. Alphonsus, Theol. Mor., lib. VII, n. 351.

2º Casu quo ignoratur lex ipsa, videndum est an ignorantia sit invincibilis vel vincibilis; ignorantia invincibilis, quae excusat a peccato, excusat etiam a pœna; si vero sit vincibilis, nee a peccato, nec a pœna excusare potest. Ceterum, in foro externo, ignorantia legis non præsumitur, nisi ageretur de personis omnino illitteratis. Stremler, Des Peines Ecclasiastiques, pag. 31.

3º Notatu dignum est quod si pœna sit iudicta præsumentibus, sive temere, consulto aut scienter peccantibus, tunc

excusat ignorantia etiam crassa, non tamen affectata, quae adest enim quis studiose negligit scire legem ut liberins agat; quia talis ignorantia scientiae equiparatur. S. Alph., lib. I, num. 169.

G. dehaye

*1107. Ali reus delicti teneatur in conscientia exse-
qui poenam latae sententiae, ante omnem judicis sen-
tentiam?*

*1. Non habita
professore latum
ad intendendum*

*2. Non obligatus in
conscientia*

*3. Non obligatus
sic dehaye*

Oportet distinguere inter poenam *positivam* et *negativam*.
 1º Si poena sit *positiva*, tenent anctores eam non ligare rem, etsi sit latae sententiae ipso facto incurriende, antequam index per sententiam declaratoriam decreverit delinquentem revera certum crimen patrasse et poenam ei appositam incurrirrisse. Ratio est, quia lex nimis dura esset, et moraliter impossibilis, quae cogeret rem ad ponendum actum sui ipsius vindicativum. Hinc si poena sit muleta peccataria *ipso jure* incurrienda, reus criminis eni haec poena infligitur non teneatur ad eam subeundam ante judicis sententiam declaratoriam delicti.

2º Si poena sit *negativa*, videndum est an consistat in privatione *juris querendi*, vel *quaesiti*.

Poenae quae privant jure quodam querendo, ligant reum ante judicis sententiam. Unde *a) certum* est censuras et irregularitates incurri ante judicis sententiam et plane vigere pro foro interno, etsi occulta semper maneant facta criminosa; *b) quoad* poenas inhabilitantes, seu privantes capacitate acquirendi jura, certum est has omnes ipso jure inflictas attingere reum ante quamcumque judicis declarationem: tales sunt irregularitates *ex delicto*. Unde si quis eommisrit crimen ob quod inhabilis *ipso facto* redditus est ad beneficia acquirenda, non solum peccat beneficium acquirendo, sed ita nulliter ad illud promovetur ut, ante omnem sententiam judicis, tencatur illud dimittere. *Videtur* securius ad *l'offre* *l'offre*

Difficultas major est circa poenas negativas privantes aliquo jure quæsito, v. g. beneficio vel officio. Videtur has

pœnas incurri in foro interno ante judicis sententiam, et observandas esse pro foro externo, ne quis aliquo jure illegitime utatur. Excipe si crimen sit occultum, et quis, exsequens pœnam, deberet prodere seipsum et infamiam subire: tunc prævalet jus naturale præcipiens neminem teneri prodere seipsum. Suæ conscientiae delinquens consulere teneretur, petendo a potestate competente absolutionem vel dispensationem. M. Lega, De Pœnis.

Notandum est quod in casu pœnae *ferenda sententia*, reus non ligatur pœna hujusmodi ante sententiam condonatoriam, licet agatur de pœnis privativis, de inhabilitatibus aut censuris; ratio est, quia talis pœna nondum est inflata.

1108. Tandem pœnae in suis effectibus debent esse
^{1º} preservatrices ante crimen, omnes continentes in officio ob pœnae salutarem timorem; ^{2º} post delictum emendatrices rei, adeo ut delinquens post pene luitionem non sit justitiae et honestatis inimicus, sed amator et sectator; ^{3º} exemplares, ut post patratum crimen alii ab eo patrando deterrentur. Lega, loco citato.

*Si in latere
corporibus
consonantiam,
potest inti-
ma liberata-
re apicemq[ue]ris -*

Orig Censuram - est apostolica - q. I Cor. 5, 1.

I Cor. 6, 9

Punis / ^(Mistici) multam statim feri

I Cor. 5, 5.

Censura - Ante Punim habet haec lata

if Thes. 3, 17

300 censuræ; hodie vero 500.

F. Iohann. 3, 10

Hab. 15, 20

TITULUS II

DE CENSURIS IN GENERE

Censura diuin - 1109. **Censura communiter ab auctoribus definiatur:** "Poena medicinalis per quam homo baptizatus, delinquens et contumax, privatur per potestatem ecclesiasticam usu quorundam bonorum spiritualium." Stus Alph., lib. VII, De Censuris, n. 1.

poena se-
est poena
pro inabilitate
boni re-
medicinalis
molis

Dicitur 1^o poena, et sic convenit enim poenis vindicativis, scilicet depositione et degradatione. Differt vero ab irregularitate ex defectu, quæ certe non est poena enim ex culpa non oriatur, sed inhabilitas ad sacras functiones obeundas; ab irregularitate ex delicto, quæ est inhabilitas ex delicto orta. Præterea censura tollitur per absolutionem, dum irregularitas aufertur per dispensationem.

Dicitur 2^o medicinalis, id est, quæ primario et principaliiter infligitur reus emendetur et ad meliorem frugem redeat. Per hoc censura differt a poenis vindicativis, quæ primario in criminis vindictam plectuntur.

Dicitur 3^o per quam homo baptizatus, delinquens et contumax, quibus verbis exprimuntur conditiones ut quis censurari possit. Debet esse: a) baptizatus, alioquin non esset subjectus potestati ecclesiastice, a qua sola censuræ ferri possunt; b) delinquens, quia omnis poena supponit delictum; c) contumax, id est, monitionibus Ecclesie non obtemperans. Hoc fluit a natura censuræ, quæ est poena medicinalis requiriens monitiones ab homine, vel saltem a lege.

Dicitur 4^o privans per potestatem ecclesiasticam usu quorundam bonorum ecclesiasticorum, quia censura non privat omnibus bonis spiritualibus, sed certis bonis ab Ecclesia dependentibus, puta sacramentis, suffragiis, indulgentiis, sacris

Qui adest reservatus, non semper adest censura et vice versa.

functionibus, beneficiis, etc. Censura non tollit characterem sacramentalem, gratiam sanctificanteum, virtutes morales et infusas, communionem sanctorum: *hinc* ^{vix} *aliquis* potest habere gratiam sanctificanteum, quamvis censura immoletur, v. g. si perfecte peniteat antequam a censura absolvatur.

1110. **Censura diversimode dividitur:**

1^o *Ratione effectus*, dividitur in *communicationem, suspensionem* et *interdictum*, quae divisio ab ipso jure traditur: sic habet caput Querenti, 20, De Verborum Significatione; "Querenti quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, respondemus quod per eam non solum *interdicti*, sed *communicationis* et *suspensionis* sententia valet intelligi."

2^o *Ratione modi* quo ferri solet, dividitur in *censuram a jure* et *censuram ab homine*. Censura *a jure* est ea quae *a jure*, seu per canones, constitutiones vel statuta fertur modo stabili et permanenti. Censura *lata ab homine* ea est quae a jndice per sententiam judiciarium, vel a prelato per mandatum particulare incurritur.

3^o *Iterum ratione modi* quo fertur, censura est *lata* vel *ferendae sententiae*. Censura *lata sententiae* ea est quae *ipso facto*, seu criminis semel admisso, statim inenrritur absque ulla judicis sententia etiam declaratoria; censura *ferendae sententiae*, quae etiam *communitaria* dicitur, ea est quam ius aut jndex non vult *ipso facto* incurri, sed solum per sententiam infligi. Unde censuræ hujusmodi possunt esse *a jure* simul et *ab homine*: *a jure* quidem quatenus statuuntur per legem aut statutum permanentis, *ab homine* quatenus non incurruunt nisi post sententiam judicis.

Ut autem dignoscatur an censura sit *lata* vel *ferendae sententiae*, consideranda sunt verba quibus censura irrogatur. Cf. quæ diximus in tit. præc., num. 1099.

4^o *Ratione reservationis*, censura dividitur in *reservatam* et *non reservatam*, prout ejus absolutio reservatur superiori vel non reservatur.

Sed et Proelium sic differetur?

- a) ratione fecientis in condicione
- b) ratione subiecti
- c) ratione faciei
- d) ratione loci -

Censurae - penas ad tempus determinatum

5º Ratione temporis, censura fertur ad tempus determinatum vel ad tempus indeterminatum. Omnes censurae proprie dictae, quatenus poena medicinales, debent durare usque ad rei emendationem, proinde sunt necessario ad tempus indeterminatum; censurae, quae sunt ad tempus determinatum vel perpetua, habent naturam poena vindicativa. Ceterum nunquam excommunicatio fertur ad tempus determinatum vel in perpetuum; sole suspensiones et interdicta sie aliquando feruntur. Tremler, Des Peines Ecclésiastiques, pag. 178.

1111. **Datur in Ecclesia potestas ferendi censuras**, quae sententia est de fide, ex Concilio Constantieensi, sess. VIII et sess. XV. In sessione VIII, fuit damnata propositione Wicelssi: "Excommunicatio Pape vel ejusdemque Praedati non est timenda, quia est censura Antichristi."

2 Hec potestas residet apud eos qui in foro externo possunt jurisdictione sive ordinaria, sive delegata; ex cap. *Cum ab Ecclesiis*, tit. XXXI, De Off. Judicis Ordinarii, lib. I.

Ordinariam potestatem habent: 1º Papa et concilium generale, respectu totius Ecclesie; 2º Congregationes Romane, v. g. Concilii, S. Officii, etc, quae etiam ferre possunt censuras in iis quae sibi respective attribuuntur; 3º legati apostoli, in territorio ipsis assignato; 4º archiepiscopi, respectu tantum subditorum propriæ diœcesis, non vero aliorum suffraganorum, nisi tempore visitacionis, aut nisi per appellationem causa ad ipsos devolvatur; 5º episcopi, respectu subditorum, dummodo sint confirmati; 6º vicarii generales ad firmandam suam jurisdictionem; 7º qui presunt ordinibus aut congregationibus virorum. *De Congregationibus presuppositis*.

Ordinariam potestatem censuras ferendi non habet parochus, cum jurisdictionem non habeat in foro externo.

Delegatam autem potestatem censuras ferendi habent illi quibus haec facultas fuit commissa. Huiusmodi potestas cessat per mortem aut amotionem delegantis, nisi causa a delegante V. S. - habent et possunt habere sufficientem rationem necessariam serv. in officiis et ex officiis ab episcopis.

gato jam fuerit incepta, saltem per citationem. Vol. I, num. 153.

Delegatus ad ferendas censuras non potest alterum subdelegare, nisi a delegante licentiam expressam habeat, vel sit delegatus ad universalitatem causarum, aut delegationem teneat a Summo Pontifice. Vol. I, num. 148.

1112 Ut quis possit ferre censuras, plures requiruntur conditiones:

1^o *Ut sit vir*, quia potestas jurisdictionis fuit commissa solis viris; dubitatur an *Summus Pontifex*, de plenitudine sue potestatis. Valeat delegare mulieres ad censuras ferendas.

2^o *Ut sit baptizatus*, quia qui non est de Ecclesia non est jurisdictionis ecclesiastice capax.

3^o *Ut sit saltem tonsuratus*; unde religiosi profissi, qui primam non habent tonsuram, exercere nequeant potestatem ecclesiasticam, nisi a *Summo Pontifice dispensentur*.

4^o *Ut habeat jurisdictionem expeditam ad usum*; unde episcopus excommunicatus nee licite, nee valide censuras irrogat, si sit vitandus; non licite, si sit toleratus. Praeterea, ut ejus jurisdictione dicatur *expedita*, oportet, *regulariter*, ut non sit extra propriam diocesim; ex capite *Quoniamvis*, De Foro Competenti. Dicitur *regulariter*, quia casus sequentes sunt excipiendi: a) Si episcopus sit injuste expulsus e sua diocesi; sed *tunc peti* debet licentia ab Ordinario, licet non obtineatnr. b) Si Ordinarii loci et partes in id consentiant. Bene tamen potest episcopus, extra suam diocesim existens, sine strepitu iudiciali, absolvere subditos a censuris, non vero judicialiter. S. Alph., lib. VII, num. 21.

1113. Ut quis censura ligari possit, quinque conditiones requiruntur:

1^o Oportet ut sit *homo*: bruta, v. g. locustae, improprie dicuntur anathematizari; loca interdiciuntur sed solum ob personas.

ad conditiones fratrum
ad communiones fratrum

*Præter censuram
nece condicione
ad ferendas
censuras
+ q. n. 1118 - 119
- 1190 -*

*tan. iure
q. n. 1118
a. 1190 -*

*prædictum
censura
ad
iudicium
ad ferendas
censuras
1- ex jardinerop
n. 1113*

Z

*qui traxi,
misi, ex parte
ad evasione
infraviles*
2º Ut sit *baptizatus*, quia alioquin non est Ecclesiae subditus.

infraviles
le mirem
3º Ut sit *rationis compos*; nam pueri et perpetuo amentes, sicut sunt incapaces culpe, ita et censure. Illi vero qui ad tempus tantum carent ratione, ligantur censuris si, tempore quo erant rationis compotes, eis causam dederunt.

infraviles
le mirem
4º Ut sit *subditus*. Romanus Pontifex, qui superiori em non habet, nequit ligari censuris; nec episcopi et cardinales incurruunt censuras latas a jure, nisi de ipsis expressa mentio fiat; ex cap. *Quia periculum*, De Sent. Excomim, in 6º. Hoc tamen intelligitur de suspensione et interdicto, de quibus fit mensio in dicto capite, non autem de excommunicatione, cui subjacent episcopi, etiam si de eis in lege nulla mentio fiat.

Reges et reginae, quamvis episcopis subditi sint in spiritualibus, jure tamen novo non possunt ligari censuris nisi a Papa.

5º Ut sit persona *determinata*; sed haec conditio non est necessaria nisi quoad excommunicationem; suspendi aut interdicere possunt civitates, collegia, sed non possunt excommunicari. Stus Alph., lib. VII, num. 18.

I - Conditiones ad incurram
II - ex parte
III - culpa -
cf. 1105

1114. **Causa ob quam censura potest irrogari** est peccatum externum, consummatum, censuræ proportionatum, conjunctum cum contumacia, et proprium.

Dicitur 1º *peccatum*, quia censura est pena: unde quidquid excusat a peccato, excusat a censura, v. g. inadvertentia, ignorantia invincibilis, metus.

Dicitur 2º *externum*, quia Ecclesia de internis non judicat.

Dicitur 3º *consummatum*, ita ut perficiatur id quod lex intendit punire. Unde censuram non incurruunt mandans, consulens, ferens suffragium, si mandatum, consilium aut suffragium efficaciter non influant in crimen; nisi censura priuipaliter contra mandantes, consulentes aut suffragium ferentes lata fuisset.

Dicitur 4º *censuræ proportionatum*, quia ad censuram incurriendam requiritur peccatum grave. Unde qui excusat a gravi culpa, excusat quoque a gravi censura; et si quid præcipiat quod, omnibus inspectis, leve sit, præceptum non obligabit sub gravi, nec gravis censura poterit irrogari.

Dicitur 5º *conjunctionem cum contumacia*, quia censura est poena medicinalis; jamvero ut incurritur, pro foro interno, requiritur contumacia.

Dicitur 6º *proprium*, nisi agatur de suspensione et interdicto.

1115. (**Deficientibus predictis conditionibus, cen-**
sura non incurritur in casu ignorantie: ex cap. Ut
lib. animarum, 2, De Constitutionibus, in 6º, ubi Bonifacius VIII
declarat ignorantes poenis non ligari, "dum tamen eorum
ignorantia crassa non fuerit, aut supina."

Unde 1º ignorantia legis aut facti invincibilis, item ignorantia leviter culpabilis ab omni censura excusat; revera arguitur nequit de contumacia qui censuram ab Ecclesia statutam penitus ignorat.

2º Ignorantia graviter culpabilis a censura excusat, nisi sit crassa aut supina.

3º Ignorantia crassa aut supina non excusat, nisi lex canonica requirat ut reus statutum violaverit *scienter*, *consulto*, *temeraria presumptione*, etc.

4º Ignorantia affectata non excusat a censuris, quia aequiparatur scientiae; probabiliter tamen excusat a censuris, quando lex requirit scientiam. Cf. Stum Alph., lib. VII, De Censuris, num. 48.

1116. **Ex eodem titulo, censura non incurritur in casu metus** (fraude sive)

1º Si agatur de lege mere ecclesiastica, cui annexa est censura, metus excusat tum a lege, tum consequenter a censura; nisi tamen legis observatio sit necessaria pro bono publico

Appellatio in levibus -

"In suspicione - quando suspenditur -
sententia!"

servando, vel ejus violatio cedat in contemptum fidei aut potestatis Ecclesiae. *Vide liv. iuris ecclesiastici*

2º Si agatur de praeceptis *juris naturalis*, a quibus impletis metus gravis excusare nequit, metus a censura videtur excusare, cum sic delinquens haberi nequeat pro contumaci et Ecclesiae contemptore, quia peccat infirmitate nature potiusquam malitia obstinate voluntatis. Schmalzgrueber, De Sententia Excommunicationis, num. 79.

1117. In dubio utrum censura incurritur, distinguendum est:

1º Si dubium sit *juris*, v. g. an lex annexam habeat paenam, auctores docent non esse obligationem servandi censuram, quia in paenis benignior interpretatio est facienda.

2º Si dubium sit *facti*, v. g. an peccatum commissum sit debitum vestitum conditionibus ut censura incurritur, videtur censuram non incurri ob eamdem rationem, scilicet quia *olim sunt restringenda*.

3º Si dubium versetur circa judicem, an scilicet excesserit limites sua jurisdictionis, an formas prescriptas servaverit, censura servanda est, quia presumptio favet superiori.

4º Si constet de injustitia censuræ, omnes conveniunt eam non ligare in foro interno; in foro autem externo, ad vitandum scandalum et ne quis videatur judex in causa propria, convenit ut servetur usquendum a superiore revocetur.

1118. Ut censura legitime feratur, prius formalitates sunt servandæ: et imprimis requiritur monitio.

1º Monitio est intimatio qua superior declarat eos, qui legi aut sententiae non paruerint, incurrire censuras.

Monitio est *solemnis*, quando in ipsa legi continetur, quo in casu dicitur quod lex interpellat pro homine; monitio *canonica* est illa quæ fit per ministerium apparitoris curiae.

Monitio *canonica* est vel *simplex*, vel *peremptoria*; *simplex* est illa quæ ter iteratur, *peremptoria* est illa quæ triplici monitioni simplici æquivalet.

2º Monitio est necessaria in censuris, quia censurae sunt paenae medieinales quae non nisi in contumaces ferri debent. Hoc eruitur ex cap. *Reprehensibilis*, 26, De Appell.: "Statim ut nee paelati, nisi canonica monitione premissa, suspensionis vel excommunicationis sententiam ferant in subditos."

Hac monitio canonica non requiritur in censuris latere sententiae, quia lex solemniter admonet et interpellat pro homine; nee in suspensionibus et interdicitis que feruntur post delictum præteritum, quia hujusmodi censurae habent naturam paenae vindicative.

3º Monitio canonica fieri debet a jndice, aut ejus nomine; et si censura imponatur in eoumodum partis, ad illius instantiam monitio debet fieri.

4º Monitio debet fieri in scriptis, nisi judex proeedat ex officio; quo in casu ore tenus fieri potest ita tamquam possit probari in foro. **Monitio notificare debet:** a) personam superioris; b) censuram ab eo infligendam; c) personam cui est infligenda. Si unum ex his deficiat, non adest contumacia, et consequenter non adest censura.

3º Si censura contra plures generationes sit ferenda, sufficit ut monitio fiat in ecclesia eorum populo; si interdieatur communitas, sufficit ut moueantur n*isi* quorum enipam interdictum comminatur; sed si censura in individuum feratur, iste specialiter est monendum. Si se abscondat, aut fraude impedit monitionem, tunc sufficit ut monitio fiat in ejus domo, vel si domum non habeat, in ecclesia aut in loco publico. **Considerandæ sunt circumstanciæ - latae generundæ est.**

1119. Sententia non est ferenda antequam reus citetur.

1º Si censura sit *lata sententiae*, reus citandus est ut dicat quas ob causas non debeat declarari censura ligatus. In hujusmodi censuris, lex interpellat pro homine et solemniter admonet, sed reus citatus posset se excusare ratione ignorantiae

**Anctior
censural
(reus)**

legis, vel pœnæ legi adnexæ, et sic impedire sententiae fulminationem.

Excipitur casus notorius, quando scilicet violatio legis pœnalis nulla tergiversatione celari et nulla ratione excusari potest. *V. R. Apostolicae et Canonicae -*

2º Si censura sit ferendæ sententiae, reus citandus est et audiendus. In hujusmodi censuris irrogandis, reus regulariter censura non pletitur qui in prævio processu eanouieo copiam defensionis habuerit.

Dicimus regulariter, quia, ¹ præter easum delicti notorii, judex non tenetur ad rei citationem. Quando, in easibus a jure determinatis, procedit ex informacione conscientia. *Stremler, Des Peines Ecclésiastiques, pag. 210.*

Annot.
censura
sequitur

1120. Ipsa sententia referat formalitates assignatas in capite Cum medicinalis, De Sent. Exeomm., in 6º: "Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, et causam excommunicationis expresse conscribat. Exemplum vero hujusmodi scripture teneatur excommunicationato tradere intra mensem, si fuerit requisitus; super qua requisitione fieri volumus publicem instrumentum, vel litteras testimoniales confiei sigillo authentico consignatas."

Causa censuræ exprimi debet non iu genere, sed in specie; insuper scripture debet esse authentica, sigillo obsignata et subscripta a judice, aut ab alio ipsius nomine, aut saltem debet per idoneos testes probari. Si judex sit episcopus, sententiam per alium proferre potest; si episcopo sit inferior, potest per seipsum aut saltem per notarium aut alium ministrum eam indicare.

Sententia censuram infligens ferri debet diebus nou feriatis, alioquin non invalida quidem sed illicta crit.

Off. et iur.
censura

1121. Denuntiatio sequitur prolationem sententiae. Definiri potest: Publicatio censuræ, facta jussu et nomine superioris, ut dveniat ad notitiam communictatis.

Denuntiatio omnino requiriatur, firstio cum quis excommunicatur aut interdictus; et decessore excommunicate interdicti -

Effectus censuræ legitimus / ^{directus} - ^{pernotando}
censuræ illegitimus / ^{indirectus} - ^{bonis}
^{spiritualibus}
^{privatis aliisque}
^{commodis materialibus}

In foro externo - si censura illegitima
In foro interno - ^{in retroforo} nullus est effectus
TIT. II. DE CENSURIS IN GENERE 389

1^o Censura denuntiatur communictati ut reus, salubri con-
fusioni et pudore concusssus, a i resipiscentiam veniat et ceteri
fideles ab illius consortio abstineant, in his que per censuram
interdicta ipsi fuerunt. Can. Cura, 20, caus. XI, quest. III.

2^o Ut denuntiatio effectum suum operetur, quatenus ne-
cessere sit excommunicatum vitare, oportet ut fiat ab ipso
judice, sive censura lata fuerit per modum statuti, sive per
modum sententiae. Si vero censura fuerit lata a jure com-
muni, denuntiatio fieri debet ab Ordinario loci ubi censura
incursa fuit, vel ab Ordinario domicilii. Reus, antequam denun-
tietur, citandus est ut se excusat.

3^o Haec denuntiatio fieri debet per proclamationem publi-
cam in ecclesia, vel per scriptum ad valvas ecclesie affixum,
juxta morem receptum eujusque diœcesis. Parochus cui
censuræ denuntiatio mandatur, tenetur regulariter obtene-
re, juxta caput *Pastoralis*, 28, De Officio Jud. Delcg. Si
tamien parochus certus esset sententiam esse injustam, etiam
juxta probata, non deberet illam exsecutioni mandare. Si vero
sententia esset justa, secundum allegata et probata, et aliunde
parochus sciret, ex scientia privata, illam esse injustam, tene-
retur illam exequi. St. Alph., De Censuris, lib. VII, num. 68.

4^o Suadet æquitas ut fiat nova monitio antequam proceda-
tur ad denuntiationem, si spes aliqua effulget reum addu-
cendi ad poenitentiam; id tamen in jure non requiritur. Icard,
Praelectiones, vol. III, num. 765.

1122. A censuris datur appellatio.

1^o A censuris per sententiam inflictis non conceditur appelle-
ratio in suspensivo, sed tantum in devolutivo; id est, non
suspenditur effectus censuræ, cum censure secum ferant
exsecutionem, sed per appellationem devolvitur jus eas irri-
tandi ad judicem appellationis.

Advertendum est non denegari appellationem in suspen-
sivo, nisi quando agitur de censuris proprie dictis. Unde

sed legitime in foro interno - tunc videlicet
furof ⁱⁿ contentetus obseruare censuram
sed debet probare quod censura est
nulla. Statuerit et scandalum
aliquando leviter eam obseruare -

Protectio contra
censuras re-
Appellatio - 1122

1122 - .

appellatio prodneit effectum suspensivum, si appelleatur a sententia depositionis aut degradationis.

Imo eundem effectum habet appellatio a suspensione quae, ob peccatum mere preteritum, tanquam pura pena infligitur.

2º Quando agitur de censura non adhuc fulminata, sed tantum fulminanda, tunc appellatio non tantum suspendit effectum censuræ, sed eam prorsus reddit *irritam* et *nullam*; revera per interjectam appellationem jurisdictione episcopi, quoad illam censuram, cessat, et ad judicem appellationis devolvitur.

Hoc vero intelligendum est de censuris *ab homine* ferendis; nam a comminatione censuræ a jure late non datur appellatio ad effectum suspensivum. Cf. Bargilliat, vol. II, 1575.

**1123. Censuræ stricte dictæ per solam legitimi
judicis seu superioris ecclesiastici absolutionem
tollit possunt.** Ratio est, quia censura est vinculum quoddam, quod non tollitur nisi absolvatur.

Hinc 1º censura non cessat, etiamsi censurus desinat esse sub potestate censurantis vel jam sit emendatus; alias univis posset se ab ea eximere vel excundo extra judicis territorium, vel fingendo se jam esse conversum.

2º Non cessat per mortem rei, ut patet ex capitibus *A nobis* et *Sacris*, De Sententia Excommunicationis; unde mbrtius privatur suffragii et sepultura ecclesiastica.

3º Non cessat per mortem ferentis censuram.

Diximus: *censuræ stricte dictæ*, quia censuræ quaedam, v. g. suspensiones et interdicta, interdum feruntur ad certum tempus in modum *pœnæ vindicativa* potiusquam *censura*; ideoque sine alia absolutione tolluntur post elapsum temporis intervallum. Hinc sacerdos ad sex menses suspensus, eo elapso tempore, absolutione non indiget ut ab hac censura liber evadat.

1124. In articulo vel morali periculo mortis, quilibet sacerdos potest *directe* absolvere a quibuscumque *interventu armis* *absolutiones*.

codex juris communis

eensuris. Si eoualuerit poenitens, habet onus standi mandatis Ecclesiae, si a censura Romano Pontifici speciali modo reservata absolutus fuerit. Const. *Apostolicae Sedis.*

1º Poenitens tenetur stare mandatis Ecclesiae non ut iterum confiteatur suum peccatum, a quo fuit directe absolitus, sed ut congruam poenitentiam suscipiat.

2º Obligatio standi mandatis Ecclesiae obligat sub pena *reincidentia* in easdem censuras, ut constat ex declarationibus S. Cong. S. Officii, 19 Ang. 1891 et 16 Jan. 1892, ubi simul declaratur "obligationem standi mandatis Ecclesiae importare onus sive per se, sive per confessarium recurrendi ad S. Pontificem ejusque mandatis obediendi, vel novam absolutionem petendi ab habente facultatem absolvendi a censuris Summo Pontifici *speciali modo* reservatis."

3º Hoc onus non est imponendum, si censura sit simpliciter reservata, cum constitutio *Apostolicae Sedis* id tradat tantum de censuris R. P. speciali modo reservatis. S. Cong. Sti Off., 30 Martii 1892.

4º Mortis periculum interpretantur auctores de militibus qui prælium parant, de iis qui longam navigationem suscipiunt, qui periculo morbo laborant, item de mulieribus in difficulti partu.

1125. Extra mortis periculum, quilibet sacerdos a censuris R. P. reservatis, sive simpliciter, sive speciali modo, absolvere potest "in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiae, super quo confessariorum conscientia oneratur," S. Cong. S. Off., 23 Jun. 1886; etiam "in casu quo nec infamia, nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde est pro poenitente in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis." S. Cong. S. Off., 16 Jun. 1897. Hic easns verificatur si poenitens deberet per uam vel alteram

dicim in culpa mortali permanere. Nouvelle Revue Théologique, vol. XXIX, pag. 540.

1º Quilibet sacerdos absolvit, *injunctis de jure injungendis*; id est, reo injungendum est ut eo meliori modo quod fieri possit scandalum reparet. Insuper pro varia delicti natura speciales conditiones pœnitenti præscribendæ sunt. Si quis obvium haberet sacerdotem qui complicem in peccato turpi absolvisset, eidem imponere deberet ut ab excipienda in posterum confessione personæ complicis prorsus abstineat, vel, si id cœtra grave scandalum facere non possit, remedii salutaribus periculum novi lapsus præcaveat.

2º Pœnitens reincidit in casdem censuras, nisi saltem intramensem per epistolam et per medium confessariorum reenrrat ad S. Sedem.

a) Pœnitens non tenetur per eundem confessarium qui eum absolvit recurrere, sed potest id praestare per aliud confessarium, et ctiam per scipsum directe, quando iutereedit rationabilis causa, mentito nomine. S. Pœnitentiaria, 28 Maii 1888.

b) Iino quando neque confessarius, neque pœnitens epistolam ad S. Pœnitentiariam intende possunt, et durum est pœnitenti adire alium confessarium, in hoc casu licet confessario pœnitentem absolvere, etiam a casibus S. Sedis reservatis, absque onere mittendi epistolam. S. Cong. S. Off., 9 Nov. 1898. Excepitur absolutio complicis, quo in casu, semper manet obligatio recurrendi ad S. Sedem. S. Cong. S. Officii, 7 Junii 1899.

3º Recursus ad S. Sedem fit ad S. Pœnitentiariam, vel, in locis missionum, ad S. Cong. de Prop. Fide. Exponitur, stylo simplici in idiomate vulgari, vel inclusi in latino, substantia facti cum adjunctis quæ ad rem faciunt, omissis semper pœnitentis nomine.

a) En exemplum hujusmodi recursus: "Beatissime Pater, Titius, parochus, pœnitentem unam complicem in peccato

turpi scmci (vel bis, ter, etc.) sacrilege absolvit. Deinde, quamvis excommunicatione scienter irrectitus, per quindecim dies missam celebrare et sacramenta ministrare perrexit. Nunc vero, delictorum suorum sincere pœnitens, et remota peccati occasione, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humillime supplicat pro absolutionis et dispensationis remedio. (Si jam alia vice absolutus et recidivus fuisset, id exprimi deberet).

Responsum, precor, dirigatur ad me subscriptum.

Humillimus servus N. N. (nomen et cognomina apponantur, et locus solitæ habitationis)."

b) Si pœnitens jam fuit absolutus vel in periculo mortis, vel in casibus urgentioribus, mutata formula, dicatur eum, vi decreti S. Officii 23 Jun. 1886, fuisse absolutum, et omnino paratus esse ad quæcumque mandata excquenda quæ Eminentissimo Principi ei placuerit injungere et transmittere. Cf. Putzer, *Commentarium*, ed. 5, p. 250.

1126. A censuris speciali modo Romano Pontifici reservatis absolvere possunt:

1º Romanus Pontifex, ejusque delegatus. In hac delegatione, censemur quoque concessa relaxatio *pro foro externo*, nisi adjecta sit clausula quæ solet adjici: "Dummodo casus ad forum externum deducti non fuerint, nec facile futurum sit ut deducantur."

Non potest hodie teneri sententia docens ad episcopum aut ad quemlibet sacerdotem approbatum devolvi absolutionem casuum et censoriarum, etiam speciali modo Papæ reservatorum, quando pœnitens versatur in impossibilitate personaliter adeudi S. Sedem.

2º Episcopis hujus regionis, formula I, num. 16, indulgetur facultas "absolvendi ab omnibus censuris etiam speciali modo in bulla *Apostolicæ Sedis moderationi* diei 12 Oct. 1869 Romano Pontifici reservatis, excepta absolutiōne complicitis in peccato turpi."

3º Absolvit quilibet sacerdos in casibus urgentioribus, juxta ea quae supra diximus.

1127. A censuris simpliciter Romano Pontifici reservatis absolvere possunt episcopi.

*1º Ex delegatione juris, quae continetur in capite *Liceat*, 6, sess. XXIV Conc. Trid., possunt absolvere ab omnibus eensisuris quae ex delicto oeculto proveniunt.*

a) Hie, nomine episcoporum, veniunt etiam vicarii capitulares, quia, sede vaeante, potiuntur jurisdictione episcopali; non tamen vicarii generales, nisi episcopus eos specialiter ad id deputaverit. Cone. Trid., loc. eit.

b) In his easibus occultis, episcopi absolvunt delinquentes quoseumque sibi subditos. Extranei et peregrini, qui aetum morantur in dioecesi, eensusentur subditi episcopo quoad sacramentum penitentiae, et ab eo absolvi possunt a eensisuris ex delicto oeculto provenientibus.

c) Haec absolutio non datur nisi in foro conscientiae; unde si easus ad forum externum dedueatur, requiritur absolutio quae valeat pro foro publico. Putzer, Commentarium, pag. 246.

*d) Ex capite *Liceat*, episcopi non possunt absolvere a eensisuris speciali modo R. P. reservatis, etiam in easibus oecultis.*

2º Ex speciali delegatione ab homine, episcopi absolvunt ab illis eensisuris, et eorum absolutio valet in utroque foro. Form. I, num. 16 eit.

3º Quilibet sacerdos approbatus absolvere potest in casibus urgentioribus, ad tenorem decretorum S. Officij 23 Junii 1886 et 16 Junii 1897 relatorum.

1128. A censuris papalibus episcopo vel ordinario a jure reservatis absolvunt:

1º Episcopus, vicarius generalis, vicarius capitularis, praepositus regularis quoad suos subditos, archiepiscopus in easu visitationis ex officio vel appellationis, Romanus Pontifex ejusve delegatus.

Notandum est, circa delegationem a Romano Pontifice factam, quod confessarii, qui habent privilegium speciale pro absolvendis censuris Sedi Apostolice reservatis, non ideo valent absolvere a censuris Ordinario reservatis.

2º Urgente mortis periculo, quilibet confessarius a praedictis censuris absolvere potest, quin, ut videtur, onus comprehendendi coram superiore imponatur. Si ouus non debeat imponi in censuris Rom. Pontifici simpliciter reservatis, ob eamdem rationem non videtur imponendum in censuris Ordinario reservatis.

3º In easu urgentis necessitatis, simplex confessarius absolvit, imposito paenitenti onere sistendi se coram superiore, ubi impedimentum cessaverit, sub pena reincidendi in eamdem censuram. Cap. De cetero, De Sent. Excommunicationis; Bargilliat, vol. II, num. 1583.

1129. A censuris a jure constitutis et nemini reservatis absolvere potest quilibet confessarius, ut constat ex regula quam tradidit Innocentius III, cap. *Nuper a nobis*, 29, De Sent. Excomm.: "Quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi."

Absolutio quae datur valet in utroque foro; attamen si censura fuit publica, de absolutione constare debet. Sufficienter præcavetur scandalum, si publice constet reum confessum fuisse apud habentem facultatem absolvendi a censuris et satisfactionem exhibuissc, si quedam fuerit necessaria. Gury-Palmieri, vol. II, num. 763, nota 35.

1130. A censuris lati ab nomine per sententiam particularem contra determinatas personas, absolvunt:

1º Ille qui sententiam tulit, ejus delegatus et ejus successor in officio.

2º Ejus superior, qui jurisdictionem iu censuratum obtinet: hinc archiepiscopus, in easu appellationis aut visitationis,

absolvere potest a censuris latis a suffraganeo; cap. 5 et 7, De Sent. Excomini, in 6^o.

3^o *In articulo mortis*, quilibet confessarius, ea tamen legem ut enim cito coimmode poterit, conspectui superioris se presentet pœnitens, ejus mandata humiliter suscepturus. Hinc si pœnitens convalescat, ad superiorem recurrere debet, et quidem sub pena reincidendi in eamdem censuram, nisi legitimus usus ab hac obligatione eximat. Cap. *Eos qui*, 22, De Sent. Excomini, in 6^o.

Etiam si rens mutaverit domicilium, non potest absolves nisi a predictis personis. Et notat S. Alphonsus, lib. VII, num. 72, quod si quis in alieno territorio delinquit, et ab illius episcopo specialiter excommunicatur, non potest absolves ab episcopo proprio, nisi de episcopi hujus loci licentia.

1131. In absolutione censurarum, quedam requiruntur ex parte absolvientis, quedam ex parte absolvendi, quedam ex parte formae absolutioinis.

1^o *Ex parte absolvientis*, requiruntur tria: a) legitima potestas; b) libertas ut metu gravi injuste ineusso ad dandam absolutionem; secundum invalida foret absolutio, ex cap. *Absolutionis*, 1, De his que vi metuve causa fiunt, in 6^o; c) ut absit error circa causam finalem, secundus invalida foret absolutio, cum index intendat absolvere, si vera sit causa finalis sibi expressa.

2^o *Ex parte absolvendi*, requiruntur quatuor: a) Ut petat absolutionem et sit praesens, dum absolvitur. Hoc tamen requiritur ut *licite* detur absolutio, non ut *valide*. Cum enim censura sit ad instar ejusdam vinculi, nil obstat quoniam concedatur vinculi relaxatio etiam *invito* et *distanti*, adeoque etiam ope *telephonii*, ut communiter tradunt recentiores, saltem si absolutio detur vi potestatis *ordinariae*. Dicitur *ordinaria*, quia si absolvens *delegatam* tantum habeat potestatem, validitas pendet a facultate ipsi concessa. Imo *valide*, et ex justa causa *licite*, datur absolutio censurato

ad huc contumaci, si is qui absolvit potest abrogare legem vel preceptum quo censura lata fuit; et sic si episcopus parochium absentem in parochia, et ideo a se excommunicatum, nondum reversum absolverit, valet absolutio; imo licita foret, si videatur saluti illius expedire.

Requiritur b) Ut prius satisfaciat parti lesie, vel, si impossibile sit ante absolutionem satisfacere, prestet cautionem vel in ejus defectu juramentum; aut, si agatur de foro saamental, firmum emittat propositum quod satisfaciet eum primum poterit. Hæc quidem ad licetatem absolutionis certo requiruntur. Quod vero attinet validitatem absolutionis, parte non satisfacta, impertitæ, duo penes omnes constant: 1^o validam esse absolutionem, si conferatur ab Ordinario; 2^o invalidam esse a delegato collatam, si satisfactio partis injungatur *tunquam conditio*; ratio est, quia facultas *cum conditione* delegata non conceditur, nec proinde valet, conditione non adiuncta.

Requiritur c) Ut scandalum, propter quod censuræ subjacebat, reparaverit aut saltem paratus sit quam primum illud reparare, meliori modo quo poterit, prudenti judicio Ordinarii seu confessarii. Constat ex S. Penitentiaria, 5 Julii 1857 et 18 Dec. 1860.

Requiritur d) Ut præstet juramentum de non amplius committendo crimine ob quod lata est censura. Sed hæc conditio præcipue intelligenda est quoad licetatem absolutionis in foro externo; nam in foro interno penitentiali, non desideratur juramentum, nisi delictum sit enorume, v. g. gravis percussio clerici, scandalosa ecclesiæ violatio; imo vix nunc est in usu.

3^o *Ex parte formæ absolutionis*, requiritur ut ea *verbo*, vel *scripto*, vel saltem *alio signo externo* sufficientur exprimatur.

Quamvis antem nulla determinata verborum forma requiriatur ad valorem, tamen illicetum est uti alia forma quam

eonsueta. Hæc autem duplex est: *a)* Si absolutio detur *publice* et *pro foro externo*, servanda est forma quæ preserbitur in Rituali Romano, cum cœremoniis et preeibus ibi appositis.

b) Si detur *in foro interno*, sufficit forma: *Ego te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, (suspensionis, si penitens sit in saeris) et interdicti, in quantum possum et tu indiges.* Imo in necessitate breviter diei potest: *Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis, in nomine, etc.* Ceterum si quis plures eensus contraxerit, absolutio ei dari potest sive ab omnibus, sive ab una earum tantum: eensus habentur ad instar eatenarum quarum aliae sine aliis solvi possunt.

A quibus autem eensus absolutio data sit, hoc a voluntate absolvientis repetendum est. Si minister dixerit: *absolvo te ab omni vineculo, etc., ab omnibus absolvisse intelligitur, præsertim si absolverit in foro sacramentali*, in quo non licet a peccatis absolvire, una eusura relieta. At si quis extra forum sacramental ab una tantum vel altera absolutionem petierit, ab his tantum absolutum fuisse tenendum est.

Denique hie observandum est quod absolutio data in foro externo semper valet pro foro interno; at si detur pro foro interno, prodest quidem *toleratis* pro foro externo, salvo semper jure quod habet superior de criminis cognoscendi et penam ac satisfactiōnem debitam exigendi. Si detur autem *vitandis*, quando id licet, v. g. in articulo mortis vel in easibus urgentioribus, non prodest omnino pro foro exteruo. Cf. Haine, Theologia Moralis, vol. IV, pag. 396.

Bulla "Apostolicae Sedis" Pii IX -
martini et pietatis -

Duo casus excommunicatum irlandorum : manus nolens
injicere super personas non consecratorum, et qui non innotescunt
excommunicantur -

TITULUS III

DE EXCOMMUNICATIONE

1132. **Excommunicatio definitur:** "Censura per quam quis privatur communione Ecclesiae." S. Alph., lib. VII, num. 133.

Dicitur 1^o *censura*, quia excommunicatio est in genere censuræ.

Dicitur 2^o *quis privatur communione Ecclesiae*. Triplex datur communio fidelium, ex S. Thoma, Suppl., q. 21, a. 1 : una pure interna, qua fideles per gratiam et charitatem inter se et cum Christo uniuntur; secunda pure externa, qua fideles inter se communicant colloquio et ceteris actionibus ad humanam societatem pertinentibus; tertia mixta qua fideles participant actionibus ~~se ad ministrant~~ ^{sicut} fructum spiritualis, ut sunt usus activus et passivus sacramentorum, suffragia publica, quae in sacrificiis et publicis officiis pro universa Ecclesia fiunt, satisfactiones Christi et sanctorum, quae per indulgentias applicantur. Jamvero excommunicatio non privat communione mere interna, sed externa et mixta.

1133. **Excommunicationis divisio sequens traditur:**

1^o Alia est minor, alia est major. Excommunicatio minor est ea que privat usu passivo seu receptione sacramentorum et electione passiva ad beneficia ecclesiastica; major est illa quae privat omni communione ecclesiastica, seu omnibus bonis spiritualibus quorum distributio ad Ecclesiam pertinet. Dicitur *anathema*, quando contra haeresim decernitur, vel quando cum omnibus solemnitatibus fulminatur: nempe si episcopus

martini I
spel ab aliis
hang his in
men -

Sed secretum Stratmanni in tribus portibus subdividi
 magis) at distinctione
 pars 2a Causa
 secreti 3a de consecratione
 debet 400
 probari et confirmari
 illam pronuntiet, circumdantibus eum duodecim sacerdotibus,
 sacris vestibus indutis et manu cereum accensum tenentibus,
 quem deinde projiciunt, extinguunt, pedibus calcant quædam
 maledictionis verba proferendo. Ex canonc *Debent duodecim*,
 q. III, caus. XI.

DE PÖENIS ECCLESIASTICIS

2º Excommunicatio *major* subdividitur, ita ut censura
 majori innodatus modo sit *toleratus*, modo *vitandus*.

Olim quotquot censuram aliquam contrahebant, *vitandi*
 erant. Verum post bullam Martini V, *Ad vitanda scandala*,
 illi tantum *vitandi* sunt, a) qui nominatim sunt excommuni-
 cati, suspensi et interdicti et publice, ut tales, denuntiantur
 in ecclesia tempore missæ vel concionis, aut alias pro more
 regionis. Unde ut quis sit vitandus, non sufficit ut *nominatim*
 excommunicetur, sed oportet ut denuntietur ut vitandus;
 b) qui adeo notorie percusserunt clericum ut factum nulla
 possit tergiversatione celari vel ullo juris suffragio excusari.

Ceteri dicuntur *tolerati*, quos jure ecclesiastico fideles non
 tenentur vitare. Dicitur *jure ecclesiastico*, quia *jure divino*
 et *naturali* fideles debent societatem excommunicatorum
 toleratorum vitare, quando ex eorum consortio timendum est
 scandalum aut fiduci perversio; imo fideles ad eos vitandos
 teneri possunt *ex charitate*, ut citius contumaciam deponant
 et absolvantur. *Contra vitium an sacerdotes* *fideles* *et salu-*

Reprobata est

1134. **Excommunicatio minor non amplius incurritur**, ut constat ex declaratione S. Officii, 10 Dec. 1883;
 ad quæsum: "An tuto possit doceri excommunicationem
 minorem vi constitutionis Apostolicae Sedis abolitam esse?"
 respondit: "Affirmative."

Sublata excommunicatione minori, remanet excommunicatio major, quæ est gravissima poena, ultra quam Ecclesia
 non habet amplius quid faciat.

Effeclii. inf - 1135. **Effectus excommunicationis sunt duplices**
generis, quidam mediati et quidam immediati.

^{remoti s.}
1^o Effectus mediati excommunicationis sunt duo: *a) irregularitas*, quando excommunicatus exercet actum ordinis sacri; *b) suspicio hæresis*, quando per annum integrum *insordescit* in sua censura, id est, in ea perseverat animo oblato et cum contemptu potestatis ecclesiastice.

2^o Effectus immediati sunt sequentes: *a) privatio activa et passiva sacramentorum*; *b) privatio communium ecclesiae suffragiorum*; *c) privatio divinorum officiorum*; *d) privatio iurisdictionis ecclesiastice*; *e) privatio sepulturae ecclesiastice*; *f) privatio communionis tuta civilis, tum forensis cum fidelibus*; *g) inhabilitas ad beneficia*; *i) nullitas rescriptorum pontificiorum*. Solent effectus his duobus versiculis exprimi:

*Res sacrae, ritus, communio, crypta, potestus,
Prædia sacra, forum, civilia jura vetantur.*

1136. Excommunicatio privat jure administrandi et recipiendi sacramenta.

1^o Quoad administrationem sacramentorum. *a) Valide* excommunicatus administrat sacramenta, excepto poenitentiae sacramento, si sit vitandus. Ratio est, quia potestas ordinis est inamissibilis; sed ad sacramentum poenitentiae requiritur etiam iurisdictio, qua ille privatus est ab Ecclesia.

b) Licitely excommunicatus toleratus administrat quæcumque sacramenta, quoties requisitus est a fidelibus; modo alioquin sit in statu gracie et absolutionem a censura prius obtinere non potuerit. Ut autem fideles id licite petant, requiritur causa necessitatis aut saltem utilitatis. Si autem fidelium petitio, saltem tacita, desit, etiam toleratus graviter peccat et, ob sacri ordinis exercitium, irregularitatem incurrit. S. Alp., lib. VII, n. 166.

c) Sine necessitate non potest vitaudus sacramenta ministrare licite, etiam si a fidelibus requiratur; secus irregularitatem incurrit.

*Hac omnia
ad eum
referuntur
suffragiorum
iurisdictionis
intelligi -*

*Res sacrae, ritus, communio, crypta, potestus,
Prædia sacra, forum, civilia jura vetantur.*

2º Quoad receptionen sacramentorum, hæc sequentia sunt notanda :

a) Excommunicatus, sive toleratus, sive vitandus, valide quidem recipit sacramenta, excepto per se sacramento penitentiæ

Primo debet absolviri : revera in aliis nullus est defectus essentialium ; in hoc autem est defectus dispositionis, cum suscipiens mortuiter peccet, nisi bona fide procedat.

ab episcopatu[m] absolu[er]etur - b) Excommunicatus etiam toleratus graviter peccat, sacramentum aliquod recipiens, quia agit in re gravissima contra preceptum Ecclesiae ; imo antea, suscipiendo sacramentum ordinis, ab exercitio ordinis suscepti suspendebatur donec a censura absolveretur. Hæc suspensio fuit abolita per constitutionem *Apostolice Sedis*.

1137. **Excommunicatio major privat saltem vitandos communibus suffragiis Ecclesie.**

1º Suffragia communia ea sunt quæ obveniunt fidelibus ex missa, horis canonicis aliisque orationibus, et operibus quæ fiunt ab Ecclesie ministris prout tales sunt, et nouine ipsius Ecclesiae aguntur. Ad hæc etiam revocari debent satisfactiones Christi, Beatae Mariae Virginis et sanctorum, quæ thesaurum Ecclesie constituant, et a prelatis Ecclesie per indulgentias applicantur. Bargilliat, vol. II, num. 1605..

2º Excommunicatus vitandus privatur omnibus suffragiis Ecclesiae ; hoc valet quamvis sit contritus et apud Deum justificatus, ut docet S. Alphonsus, lib. VII, num. 103 : " Excommunicatus, quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum men habendus est apud Ecclesiam absolutus." Ratio est, quia juste Ecclesia vult ut non remittatur vinculum a se positum, nisi illud per absolutionem ab ipsam auferatur.

3º Utrum excommunicati tolerati communibus suffragiis Ecclesiae preventur, duæ sunt sententiae quas evolvit S. Alphonsus, loco citato. Probabiliter excommunicati tolerati communibus suffragiis non privantur, quia fideles possunt cum eis comunicare tum in humanis, tum in divinis.

4º Excommunicati non privantur suffragiis privatis fidelium: unde non tantum simplex fidelis, sed etiam sacerdos potest, tanquam persona privata, pro excommunicatis orare etiam in publicis precibus et missæ saerifieio. Imo ipsum missæ saerifieium pro excommunicatis etiam vitandis offerri potest, sed *indirecte*, id est, ad impetrandam eorum conversionem.

- 1138. **Excommunicatio privat divinis officiis.**

1º Per divina officia intelligunt saere functiones quæ fiunt a ministris Ecclesiæ, ut missa, publicæ processiones, horæ solemniter decantatae, solennes benedictiones et consecrationes, etc.

2º Quilibet excommunicatus, sive vitandus, sive toleratus, prohibetur sub gravi interesse missæ aliquaque divinis officiis publicis, etiam diebus praeceptis. Si tempore dictorum officiorum in ecclesia adsit vitandus, monendum est ut exeat; quod si noluerit diseedere, vi expellendus est; quod si nequeat expelli, officia interrumpi debent, etiam die festo. Quod si tempore saerifieii, vitandus nolit egredi ab ecclesia, celebrans debet missam interrumpere, nisi canonem jam ineoperit, quo in easu, abenntibus eeteris, prosequatur saerum cum uno ministro, et, sumpta eommunione, diseedat, cetera in sacristia vel alio loco deeenti perfeeturus.

Quoad excommuniatum *toleratum* qui contra jus interest officiis sacris, eeteri fideles non tenentur eum expellere aut vitare.

3º Permituntur cuilibet excommunicato etiam *vitando* illa omnia quæ striete non veniunt nomine officiorum saecorum. Sie a) extra tempus quo divina officia celebrantur, ecclesiam in qua adsunt fideles ingredi potest ad orandum, sed seorsim, seu a coetu fidelium separatus; imo interesse potest eoneioni ut faelius convertatur. b) Licta sunt ipsi veneratic et usus privatus saerarum imaginum, reliquiarum, aorum benedictæ aliorumque saeramentalium. Non tamen

*a) Excommunicatus
forsan hoc
sit officium
commodum -*

la rédaction du refus de se priser dont il faut être faite
"in scriptis"

Le conseil-prié a jugé le cas d'après le Rituels de l'Église
et il est probable que la rédaction ne fut parfaitement faite.

404 DE PENIS ECCLESIASTICIS

lucratur indulgentias rebus sacris annexas, nec percipit ex sacramentalibus fructum quem ex benedictione Ecclesiae producunt.

4º Cum nemo debeat reportare commodum ex propria iunctitate, hinc a) excommunicatus ad horas canonicas obligatus ab iis non dispensatur. Sed eas privatim recitare debet, nec socium adhibere potest, nisi sit toleratus vel necessitas cogat; et tenetur sub veniali, loco: *Dominus vobiscum*, quae verba indicant communionem, dicere: *Domine, exaudi orationem meam*; b) excommunicatus peccat corra præceptum de confessione et communione annua, si non petat absolutionem, ut possit illis præceptis satisfacere. Excommunicatus non peccat mortaliter omissione saeculi, nisi negligens sit in obtainenda absolutione, animo se eximendi ab obligatione sacram audiendi. Hanc, Theol. Mor., vol. IV, pag. 407; S. Alph., lib. VII, num. 177 et 178.

1139. Excommunicatio major privat jurisdictione ecclesiastica.

1º Excommunicatus vitandus privatur omni jurisdictione ecclesiastica pro foro tam interno, tam externo. Proinde non potest valide absolvere in foro penitentiae, secluso causa necessitatis, nec presentare, eligere ad beneficia, aut ea conferre. Qui beneficium ab excommunieando vitando accipit, dicendus est intrusus, ac proinde tenetur sine alia juris declaratione illud relinquere una cum fructibus. S. Alph., num. 185.

2º Excommunicatus toleratus, etsi notiorius, jurisdictionem exercet valide, quia alias in Ecclesia magna oriretur confusio; sed eam exercet graviter illigite, nisi fuerit a fidelibus expresse vel taceite requisitus, aut nisi excuset metus, ignorantia aut grave damnum proximi. Dicitur *nisi fuerit requisitus*; cum enim concessa sit fidelibus communicatio cum toleratis, indirekte etiam his indulgunt est cum fidelibus potentibus communicare.

Le cas Strasbourg - en tant que peine publique et en tant
que non-aggravie pas fait l'excommunication (punir un peuple
épiscopale l'empêcheait)

1140. Excommunicatio privat sepultura ecclesiastica.

1º Excommunicatus vitandus non potest in loco sacro tumulari; quod si in eo tumulatus fuerit, ejus cadaver extrahendum est (si adhuc fieri possit), et locus sacer est reconciliandus. Si vero cum signis poenitentiae ~~vix~~ ^{sacrae} concesserit, potest quidem ejus corpus in loco sacro inhumari, sed illud debet antea a censura absolviri, vel postea, si jam sepultum fuerit.

2º Excommunicatus toleratus, si fuerit notorius, nec signa poenitentiae dederit, ecclesiastica sepultura privandus est; ejus cadaver, si in loco saeculo sepultum fuerit, similiter extrahendum est. Attamen locus non censetur pollutus, nec proinde reconciliatione indiget.

3º Excommunicatus toleratus, si dederit signa poenitentiae, sepeliri potest in loco sacro, modo ejus cadaver prius a censura absolvatur.

4º Ad poenas quod attinet, ex constitutione Apostolice Sedis, a) excommunicationem latere sententiae nemini reservatam incurunt "mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticae sepulture haereticos notorios aut nominiatum excommunicatos vel interdictos;" b) clericorum "nominatum excommunicatos ad ecclesiasticam sepulturam admittentes, interdictum ab ingressu ecclesie ipso jure incurunt, donec ad arbitrium ejus, cuius sententiam contempserunt, competenter satisfecrint."

1141. Excommunicatio privat communione tum civili, tum forensi cum excommunicato vitando.

1º Communio civilis est commercium quod existit inter homines ejusdem societatis; actus quibus ordinarie nutritur sunt contractus, cohabitatio, colloquia, litterae, salutationes, missio et acceptatio munera, invitationes reciprocae ad mensam, etc. Hujusmodi actus communiter designantur hoc versiculo:

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

petit, refrenat
manifestant
in se mal-

communitarium
Puccerini
"post sedis"
et Arangiani
et hanc expli-
catio necessaria
est ad intel-
ligendum
hanc
Bullam

Dicitur a) *Os*, per quod intelligitur osculum et colloquium, etiam privatum, tam per verba quam per mutus, litteras, internuntium; item quodvis signum benevolentiae. *Sed non solum*

Dicitur b) *Orare*, id est, omnis communicatio in divinis prohibetur *aperte in oratione publica*.

Dicitur c) *Vale*, quod comprehendit omnem salutationem saltem honorificam, verbo, signo, amplexu, etc.

Dicitur d) *Communio*, qua voce comprehenditur omnis contractus, qui tamen, si fiat, est validus, nisi ageretur de testamento usurarii; item cooperatio, cohabitatio et societas: unde non licet cum excommunicato collaborare, sedere, sub eodem tecto vivere, dormire; intellige per modum societatis, nam cubare tantum ad quiescendum, etiam in eodem lecto, probabiliter non est vetitum. S. Alph., lib. VII, num. 194.

Dicitur e) *Mensa*, per quam intelligitur omnis convictus per modum societatis; unde non licet acceptare convivium ab communicato, nec vitam communem cum eo agere. Etiam excommunicati debent se vitare invicem quando sunt vitandi.

Et sunt excep- 2º Aliquando licet in civilibus cum vitando communicare,
tiones, ut by- nempe in quinque easibus sequenti versiculo expressis:

sit pere nulla *Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.*

in pravi- a) Utile intelligitur de utilitate tum spirituali, tum temporali sive ipsius excommunicati, v. g. ut convertatur, sive alterius, v. g. ut ab excommunicato consilium petat, aut ab eo restitutio vel debitum ex contractu exigatur.

et pendet a cursum tantum. *b) Lex* significat legem matrimonii, ob quam conjugati secum invicem cohabitare tenentur. Hinc tam excommunicato vitando quam ejus conjugi licet petere et reddere debitum, et in omnibus aliis mutuo conversari. Excipe, si factum fuerit divortium, vel si excommunicatio lata fuerit ob haeresim aut ob dubium de valore matrimonii.

c) Humile designat subjectionem domesticam, juxta quam

filii possunt communicare cum excommunicatis vitandis parentibus, domestici cum heris, opifices cum patronis, milites cum ducibus, subliti cum principe, et generatim inferiores cum superiore; a pari, dieti superiores possunt communicare cum inferioribus vitandis.

d) Res ignorata intelligitur ignorantia sive juris, sive facti, etiam culpabilis et crassa, modo non sit affectata; imo et dubium de excommunicatione vel denuntiatione.

e) Necesse denotat necessitatem gravem, sive spiritualem, sive temporalem, tam communicantis quam excommunicati aut aliorum. Pariter excusat metus gravis injuste incussus, quia lex humana non obligat cum gravi incommodo.

3º Privatio communionis forensis importat prohibitionem actuum ad judicium pertinentium in foro sive civili, sive ecclesiastico.

a) Hinc excommunicatus vitandus ne ~~sit~~ valide esse judex, advocate, actor, testis, procurator, etc; nec potest fungi officio curatoris, tutoris, executoris testamenti.

b) Toleratus valide quidem in his omniibus agit, sed potest juridice repelli per exceptionem tunc ab adversario, tunc a judice. Uterque potest appellare super causa sue excommunicationis, et appellationem prosequi, quia appellatio est medium defensionis. Cf. *Saventinus - amator fernandez*

1142. Excommunicatus fit inhabilis ad beneficia

1º Nulla est beneficij eujuscumque collatio in favorem excommunicati etiam tolerati juxta veriorem sententiam; S. Alph., lib. VII, num. 181. Hoc valet licet excommunicatione ignoretur, quia ignorantia excusare quidem potest a culpa, sed non supplet defectum conditionis requisitae ad valorem actus.

2º Non solum excommunicati recipientes, sed etiam conferentes excommunicatis beneficium peccant graviter, et in-

currunt suspensionem a collatione beneficiorum; ex cap. *Postulatis*, De Clerico Excommunicato. Valida tamen est collatio, si Papa scienter conferat beneficium excommunicato, vel si in concessione ad sit clausula absolutionis ad effectum valide consequendum.

3º Excommunicatus ad beneficium praefectus suos non facit fructus beneficii, tempore excommunicationis perceptos, etiamsi postea absolvatur; proinde tenetur illos restituere ante omnem sententiam.

4º Excommunicatus etiam vitandus non privatur beneficiis jam obtentis ante excommunicationem, quia nullo jure hoc cavetur; imo nec eorum fructibus ante sententiam judicis, quia haec pena non satis probatur. Si tamen per annum in excommunicatione insordescat et negligat obtinere absolutionem, poterit suo beneficio privari; imo contra eum, tanquam de haeresi suspectum, procedi poterit. **¶ 1135**

1143. Excommunicatus fit inhabilis ad obtainenda rescripta pontificia.

cf. h. 238
Excommunicatio irritat pleno jure quodvis rescriptum gratiae vel justitiae a S. Sede post excommunicationem conceduntur; excipe rescriptum justitiae pro causa ipsius excommunicationis. Hic effectus vix verificatur, quia Summus Pontifex solet in rescriptis apponere clausulam qua absolvit *ad cautelam* a censuris quibus forte innodatur indultarius.

1144. Ex gravitate excommunicationis sequitur eam esse imponendam per modum penae mediocantis, non vero per modum penae vindicativae. Quapropter excommunicatus, si resipiscat a sua contumacia statim liberandus est a gravissimo vinculo excommunicationis et in sinum Ecclesiae restituendus, ut prospiciat sue saluti æternae, de qua Ecclesia primo et directe est sollicita.

E contra suspensio et interdictum possunt infligi vel per modum censuræ, vel per modum penae vindicativæ. Etenim

privaciones exinde derivantes non sunt ita graves ut non possint infligi etiam in pœnam. Si suspensio et interdictum imponantur ad certum tempus, non contumaci, non praemissa monitione, non personæ physice sed morali, ob delictum præteritum, tunc habent naturam pœnae vindicativæ; e contra si serventur omnia censuris requisita, talis suspensio vel interdictum habet naturam censure.

Cum excommunicatio sit pœna gravissima, sobrie et magna cum circumspectione irroganda est; cum experientia doceat, si temere aut levibus ex rebus intentiatur, magis contemni quam formidari, et perniciem potius parere quam salutem.
Cone. Trid., sess. XXV, cap. 3, De Ref.

Lead Absolucionem 7 Jan. 38. 10/123

Bulla "Apostoli ades" - legenda est, cum
commentario de la. Et terminata iam
specialis - Bucceroni, et Trangini -
Hanx. P. B. 4. conferu. - 1893, II, 92 -

TITULUS IV

DE SUSPENSIONE

*Ab aliquibus
lascivis
bonis
privatis usq;
sia-*

1145. Suspensio communiter definitur: Censura qua clericus prohibetur vel in toto, vel in parte, ab exercitio sui ministerii sibi competentis ratione officii aut beneficii ecclesiastici.

Dicitur 1^o censura, quia per se fertur *in medicinam*, ut delinquens a contumacia desistat; quandoque tamen fertur per modum penae vindicativa*e*, *et hinc est potius puni* *lic*.

Dicitur 2^o clericus, quia solus clericus suspendi potest; ex hoc capite, suspensio differt ab excommunicatione et ab interdicto, quia haec censuræ afficere possunt laicos.

Dicitur 3^o *ab exercitio sui ministerii*, quia suspensio privat usu officii vel beneficii; et sic differt a privatione ipsius officii aut beneficii. *cf. n^o 121 + 417*

Dicitur 4^o *officii*, quo nomine intelligitur omnis potestas spiritualis sive ordinis, sive jurisdictionis.

Dicitur 5^o *beneficii*, quo verbo venit jus percipiendi fructus ejus, illudque administrandi.

1146. Suspensio multipliciter dividitur:

*Suspensi
intendi
et m^{er}iti
tolerati
privi fr
son off
de mun
ter
e p^{ro}p^{ri}et
151*

1^o. *Ratione effectuum, alia est totalis*, quæ privat usu officii et beneficii; *alia est partialis*, quæ privat ab alterutro. Haec suspensio partialis subdividi potest: alia est suspensio *ab ordine*, quæ potest prohibere exercitium omnium ordinum sacerorum, vel plurium, vel unius; alia est suspensio *a jurisdictione*, quæ prohibetur jurisdictionis interna tantum, vel externa tantum, vel utraque simul; alia est suspensio *beneficio*, quæ quis privari potest sola fructuum perceptione, vel sola fructuum administratione, vel utraque simul.

2^o Ratione causa, et sic alia est suspensio a jure, alia suspensio ab homine (v. s. in mandatum p[ro]fira.)

3^o Ratione forme qua interrogatur, et sic alia est suspensio lata sententia, alia ferenda sententia (ministris)

4^o Ratione motivi ob quod fertur, alia est medicinalis que habet naturam censuræ, alia est p[en]alis quæ habet naturam p[en]ae vindicativæ, cf. h[ab] 1149

5^o Ratione ministri ad quem pertinet facultas absolvendi, alia est reservata, alia non reservata.

1147. Suspensio proprie dicta non potest interrogari nisi in clericos. Quilibet clericus, quacumque dignitate fulgeat, suspendi potest, excepto Summo Pontifice.

1^o Suspendi possunt episcopi; atvero non comprehenduntur in decrete generali, nisi de ipsis fiat expressa mentio; ex capite, Quia periculosum, 4, De Sent. Execonom., in 6^o. cf. h[ab] 1149

2^o Religiosi suspendi possunt, si clerici sint et primam saltem tonsuram habeant; sed si istam non habeant, hujus censuræ capaces non sunt.

3^o Suspendi potest communitas clericalis; et hoc verum est sive spectetur ut talis communitas, sive quoad personas singulares. Sed hic est potius pena.

1148. Suspensio sive a jure, sive ab homine lata, fertur communiter ob culpam gravem. Ratio est, quia suspensio *in se* grave malum est, et consequenter gravem culpam supponere debet. Diximus fertur communiter, nam probabile est suspensionem aliquam ad breve tempus a judice imponi posse ob culpam levem. Craisson, Manuale Jur. Can., num. 6597.

Suspensio regulariter ferri nequit ob culpam alienam; ex cap. *Satis perversum*, 7, dist. 56: iniquum est innoeentem penas nocenti debitas sustinere. Maupied, *De Censuris*, lib. XVI. Attamen quando suspenditur aliqua communitas, quidam innocentibus ob delictum aliorum puniuntur.

1149. Ad dignoscendum an suspensio sit totallis vel partialis, due regulae statuantur:

1^a Quando suspensio fertur *absolute*, i. e., sine ulla determinatione ad hoc vel illud, eensem esse totalis, id est, tam ab officio quam a beneficio, cum non sit ratio cur potius intelligatur de uno quem de alio, nisi ex adjunctis colligatur.

2^a Quando suspensio fertur *determinate* ad hoc vel ad illud, tunc non suspendit nisi ab eo quod exprimitur.

Hinc a) suspensus *ab ordine* non ideo suspenditur a *jurisdictione*, et vicissim; revera ordo est quid distinctum a jurisdictione et sine ea reperitur. Neque suspensus *a beneficio* hoc ipso est suspensus *ab officio*: revera potest quis in poenam privari fructibus beneficiorum et ejus administratione, remanente onere illud descriviendi. Neque suspensus *ab officio* hoc ipso est suspensus *a beneficio*, quia nomine officii non venit beneficium.

b) Suspensio *ab ordine* non privat ipso ordine, quia ordo est indelebilis, sed tantum exercitio functionum sacrarum; vocatur etiam suspensio *a divinis*, aut *ab officio sacerdotali*. Cap. *Quia*, 2, De Officio Deleg., in 6^o. Haec suspensio potest esse vel a toto ordine, vel a quadam parte ordinis: talis est suspensio *a pontificalibus*, vel suspensio *a collatione ordinum*, vel suspensio *ab altari* qua quis a sola missa celebrazione removetur.

c) Suspensus ab ordine superiore, v. g. a sacerdotio, non ideo suspensus est ab ordine inferiori, v. g. a diaconatu; quia potest aliquis ut indignus arceri a majori et admitti ad minorem. Suspensus ab ordine minori suspenditur quoque ab ordine superiori, si *actus a quo quis est suspensus includatur in ordine majori*: unde suspensus ab ordine diaconatus non potest missam cantare, juxta reg. juris: "Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti." E contra sacerdos suspensus ab ordine diaconatus, potest solemniter baptizare, confessiones audire, etc., quia hi *actus*

non includuntur in actu a quo ille sacerdos est suspensus.
Maupied, lib. XVI, pag. 1072.

d) Suspensio a divinis non obstat reeceptioni sacramentorum, etiam poenitentiae; impedit tamen receptionem sacramenti ordinis. Repugnat enim quod suspensus ab ordine promoveri valeat ad ordines superiores. Craisson, Mammale Juris Can., mmi, 6574.

e) Suspensio a jurisdictione simpliciter proleta privat omni usu jurisdictionis tam internae quam externae; quia propositio iudefinita in materia doctrinali acqnivalet universalis.

f) Suspensio a beneficio simpliciter proleta privat tum fructibus, tum fructuum administratione. nomine fructum veniunt redditus temporales ex beneficio, ut ceusus, decimae, primitiae, nou vero illi provenientes ex juribus stoke, et probabiliter ex distributionibus quotidianis.

g) Suspensus a beneficio ab omnibus beneficiis suspensus intelligitur, etiam ab iis quae possidet in aliena dioecesi, nisi aliud exprimatur. Suspensio lata per statutum dioecesanum privat tantum beneficiis quae in dioecesi possidentur; lata per sententiam privat etiam beneficiis alienae dioecesis, modo judex exprimat quod velit suspendere ab omnibus beneficiis. S. Alph., lib. VII, num. 316.

1150. Suspensio irrogari potest vel qua censura, vel qua pena. *1º* Si feratur per modum censurae, servanda sunt quae in ferendis censuris sunt praescripta. Cf. que supra diximus, num. 1114 et seq. Hinc ferri non potest *a) nisi* propter *delictum*, et quidem grave, si ipsa suspensio gravis sit; *b) nisi* propter *contumaciam*, adeoque irregari nequit ob peccatum mere preteritum; *c) nisi* praemissa *aliqua motione*; *d) nisi* *signo externo* expiimatur. Si superior oret tenus dicat: *Ego te suspendo*, haec suspensio habet naturam poenae vindicativae, quia superior non presumitur velle recedere a dispositionibus juris et peccare.

2º Si feratur per modum pœnæ vindicativæ, irrogari potest ex levi culpa, dummodo et ipsa levis sit, pro erimine omnino præterito, vel ad tempus determinatum.

3º Aliquando suspensio irrogatur ad cautelam; v. g. si quis diffametur propter vehementem suspicioem criminis, suspendi potest usque dum se canonice purgaverit; cap. *Inter sollicitudines*, 19, De Purgatione Canonica. Imo irrogari potest aliquando, seclusa quaenamque culpa, et ex aliqua ratione decentiae et boni publici; v. g. quando sacerdos, infirmitate gravatus aut senio confectus, non valens convenienter fungi saeris ordinibus, suspenditur. Hæc suspensio, que fertur quin ullum delictum præesserit, est suspensio late et in proprio dictu.

1151. **Suspensio habet sequentes effectus:** 1º Privat
clerium usu potestatis ecclesiastice *in toto*, vel *in parte*,
prout suspensio est *totalis* vel *partialis*. Hinc a) suspensus,
etiam occultus, si violet suspensionem exercendo actum a
quo est suspensus, *mortaliter* peccat, quia in re gravi violat
praeceptum Ecclesiæ. Hinc b) actus elicit a suspenso, *si sint*
actus ordinis, a jurisdictione non pendentes, *ut si suspensus*
baptizet, conserret, *sunt semper* validi; revera suspensio pro-
hibet quidem exercitium ordinis, non vero tollit characterem
seu potestatem ordinis. *Si vero sint actus jurisdictionis*, v.g.
absolutio a peccatis, tunc subdistinguendum est: si sint elicit
a ~~suspensi~~ ^{of} *vitando*, actus illi sunt nulli, nisi irgeat gravis
necessitas, aut error communis supplet jurisdictionem; si
vero elicit sint a *tolerato*, sunt validi, quia toleratus non pri-
vatur jurisdictione, sed tantum prohibetur illam exercere.
Haine, Theol. Mor., vol: IV, pag. 420.

^{2º} Clericus suspensus qui exercet ordinem sacram, a quo est vere et proprio suspensus, fit irregularis. Hæc autem poena non incurrit ex violatione suspensionis a jurisdictione vel beneficio. Marc, Theol. Mor., vol. I, num. 1304.

Disputatur inter auctores utrum irregularitas incurritur ob violationem suspensionis inflietæ per modum pœnae vindicativæ. S. Alph., lib. VII, num. 314. Attamen S. Congregatio Concilii, *in causa Sagonensi*, 24 Junii 1625, declaravit irregularitate innodari quendam parochum, qui, a suo episcopo ex informata conscientia suspensus, saepe ministerii functiones, interposita appellatione, exercere perseveraverat. Similis decisio data est die 22 maii 1848, *in causa Lucionensi*, cui sententiae in praxi standum est.

Diximus vere et proprie suspensus, quia si quis exerceat ordines contra prohibitionem episcopi, qui id vetuerit non ob aliquam eulpam ministri, sed ob ineulpabilem ejus defectum, non incurritur irregularitas; quia talis suspensio non est eensura, nec pœna delicti, sed inhabilitas quædam. Prael. Jur. Can. Sti Sulp., vol. III, num. 782.

1152. **Suspensio cessat absolutione vel dispensatione.**

1º Si suspensio habeat rationem censure, tollitur per solam absolutionem, et quidem superioris, si sit reservata.

2º Si imposta sit per modum pœnae vindicativæ, ob eulpam omnino præteritam, tollitur per solam dispensationem superioris vel ejus delegati.

3º Si lata fuerit ad tempus determinatum, v. g. ad annum, ad triennium, vel sub conditione, v. g. donee restitueris, esset, transacto tempore vel adimpta conditione.

*Absolution
superioris
præcedunt;
dispensation
non super-
nit peccatum.*

TITULUS V

DE INTERDICTO

1153. **Interdictum definitur:** Censura qua usus divinorum officiorum, ~~quorum~~ sacramentorum et ecclesiasticae sepulture prohibetur.

Hinc interdictum differt 1º ab excommunicatione, quia privat eisdem bonis sacris quatenus sunt quedam cooperatio cum fidelibus, dum interdictum privat illis secundum se, prouti sunt cooperati rei sacre; differt 2º a suspensione, tum quia suspensio afficit solos clericos, tum quia privat usum activo divinorum, v. g. ne quis celebret, dum interdictum privat etiam usum passivo, puta ne quis sacro intersit.

1154. Plures sunt divisiones interdicti:

1º Interdictum est personale, locale vel mixtum, prout immediate afficit personas, vel locum, vel utrumque simul. Differt locale a personali, ex eo quod in illo tam indigene quam alienigenae tenentur se abstinere a sacris officiis, quamdiu reperiuntur in loco interdicto; quando interdictum est personale, sole persone a sacris officiis interdictae ab iis debent se abstinere ubiunque reperiantur.

2º Est generale vel particulare, prout ad totam regionem, civitatem, communitatem extenditur, vel ad oratorium, ecclesiam particularem, aut personas determinatas restringitur.

3º Est totale vel partiale, prout omnes effectus interdicti, vel aliquos tantum comprehendit. Partiali aequivalet interdictum ab ingressu ecclesiae, quo quis in ecclesia ordinem sacrum exercere, divinis interesse et in loco sacro sepeliri prohibetur.

1155. Ad cognoscendam extensionem interdicti, valent sequentes regulae:

1º In interdicto locali generali, interdicta civitate, inter-

*Plures
interdicti
mixti
sunt.*

dieuntur etiam suburbia, et ecelesiæ regularium, licet exemplarum; secus interdictum hujusmodi esset illuscriptum. Interdictum hujusmodi omnes servare tenentur, ipse ^{etiam} episcopus, qui illud indixit. Cives tamen qui non dederunt eausam interdicto, possunt alibi se conferre ut sacris officiis intersint.

Interdicta ecclesia parochiali, interdicuntur etiam sacella et coemeteria contigua: quia accessorium sequitur principale. S. Alph., lib. VII, n. 330, 332.

2^a In interdicto personalis, interdicto populo, non eissentur interdicti clericorum, studiosi, peregrini; quia non sunt pars populi. Interdicto elero, non interdicuntur laici, nec religiosi, nisi habeant officium aut beneficium apud illum populum; nee alii clericorum carentes officio, quia non constituant eum clero unum corpus. Nec pariter ecclesie, interdictis civibus urbium, subjacent interdicto. S. Alph., num. 331.

3^a In interdicto personalis generali, eximuntur episcopi (qui eximuntur etiam a suspensione generali); innocentes statim ac alibi domicilium transferunt; exteri, etsi per multum tempus inter illos cives habiteut; infantes et amentes, qui tamen sepultura ecclasiastica privantur. S. Alph., num. 331; Mare, Theol. Mor., vol. I, n. 1307.

1156. Hi sunt effectus interdicti totalis:

1^o Primus effectus est privatio activa et passiva sacramentorum; cap. Si sententia, De Sent. Excom., in 6. Unde extra mortis periculum prohibetur tempore interdicti saeramentum eucharistiae recipere aut ministrare, exceptis iis qui speciale privilegium habent. Sententia eommunior tenet quod non licet etiam clericis eucharistiam sumere in paschate, quamvis in illa die concessum sit divinis interesse.

Sacramentum extremæ unctionis, tempore interdicti, nee administrari, nee recipi potest; ordinatio prohibetur, excepto easu gravissimæ necessitatis.

Sed sacramenta baptismi, confirmationis et penitentiae licite conferuntur et recipiuntur; ut colligitur ex cap. *Quoniam et Alma mater*, De Sent. Excomm. in 6º. Ad illa tamen recipienda non admittuntur hi qui dolo, fraude, vel culpa sua causam dederunt interdicto, vel consilium dederunt, vel praebuerunt favorem ad patrandum delictum propter quod interdictum est impositum, neque illi qui personaliter et specialiter sunt interdicti. Iis non conferuntur antequam pro delicto satisfecerint, vel saltem cautionem dederint se satisfac-turos esse.

Sacramentum matrimonii contrahitur tempore interdicti, quia ministratur ab ipsis partibus contrahentibus; benedictio nuptialis omittenda est.

2º Secundus effectus est privatio divinorum officiorum; ex cap. *Permittimus*, 57, De Sent. Excommunicationis. Divina officia quae tempore interdicti prohibentur, sunt publica missæ celebratio; orationes publicæ ab Ecclesia institutæ, quales sunt horæ canonicae quæ in choro cantantur aut recitantur; exsequiae funerales; processiones publicæ cum cruce et super-pelliceis, cum solitis precibus a presbyteris recitandis; omnes sacrae benedictiones ab Ecclesia institutæ, et quæ ejus nomine et cum ritu præscripto fiunt a suis ministris, uti sunt sacramentalia, videlicet benedictio solemnis episcopi, solemnis aspersio aquæ lustralis, benedictio nuptiarum, templi, vasorum sacro-rum, corporalium, fontis baptismi, collatio primæ tonsuræ, professio solemnis in religione, etc.

Tempore interdicti generalis, possunt a clericis celebrari missæ aliaque officia divina, sed submissa voce, januis clausis et non pulsatis campanis. Ad missas et alia officia divina admitti non debent laici, quamvis essent domestici clericorum, quia illis nihil est concessum, etiamsi tales laici non sint personaliter interdicti. Cap. *Alma Mater*, De Sent. Excomm., in 6º.

in ingressus in eel - non prohibetur
Possunt tamen laici in ecclesia preces privatis fundere, ubi
divina officia non sunt; licet intersunt sacro in festis Natalis
Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis et per octavam
Corporis Christi. His diebus, omnes interdicti possunt ad
divina officia admitti, et quatenus haec solemnitates sunt de
præcepto, debent sacro interesse. S. Alph., lib. VII, num. 333;
Maupied, Comp. Juris Can., vol. II, pag. 1088.

*et solus P.P.
 potest prohibere
 fideles animos
 in sacris
 diebus -*

Tunc
3^o Tertius effectus est prohibitio sepulturae ecclesiastice.
Quando locus est interdictus, prohibetur dare cuilibet, etiam
infantibus et amentibus, sepulturam ecclesiasticam. Excipiuntur
clericis, qui, nisi sint personaliter interdicti, vel causa
interdicto dederint, aut interdictum violaverint, in eo
loco interdicto sine pulsu campanarum et ecclesiastici solemnitate
sepeliri possunt. Excepit etiam festivitates supra recentis,
quibus licet non tantum clericos, sed probabiliter laicos
solemniter sepelire: ratio est, quia tunc interdictum locale,
saltem generale, suspenditur.

Personaliter interdicti nequeunt in loco sacro sepeliri. Id
tamen hodie solummodo afficit nominatum denuntiatos et
interdictos; imo nec eos, si penitentes decesserint et post
mortem absoluti fuerint.

Qui ob interdictum inhumatus est in loco profano, sublato
postea interdicto, transferendus est in locum sacrum, dum-
modo non sit corpus alicujus personaliter interdicti, qui
absque signo contritionis decessit.

1157. Non licet interdictum violare. 1^o Clerici et religiosi peccant graviter violando interdictum sive personale, sive locale; nisi parvitate materiae excusat, puta si brevi tempore relinquant jannam ecclesiae apertam. Præterea incurunt: a) irregularitatem, si violent censuram exercit loactum proprii ordinis; b) suspensionem Papæ reservatam, si recipiant ordinem ab episcopo interdicto et nominatum denuntiato; c) interdictum ab ingressu Ecclesiæ, si scienter divina celebrent in locis interdictis.

2º Laici peccant graviter, si violent interdictum personale, v. g. recipiendo eucharistiam; item si compellant clericos ad sacra celebranda contra interdictum locali quo in casu, incurrunt, sicut et clerici, interdictum personale ab ingressu ecclesie.

Leviter tantum peccant probabiliter, si, quando non sunt personaliter interdicti, divinis officiis intersint in loco interdicto. S. Alph., lib. VII, num. 336; Marc, num. 1309.

1158. Interdictum cessat sequentibus modis:

*juxta tenorem
interdicti*

1º Si interdictum pro certo tempore, vel sub aliqua conditione, irrogatum fuerit, eo tempore elapo vel verificata conditione, cessat absque alia absolutione. Ante finitum tempus vel conditionem positam, absolutio vel dispensatio requiritur quia nemo prestare potest nisi qui interdictum tulit, vel ejus superior.

2º Si interdictum latum sit absolute, videndum est an sit locale vel personale. Si *locale* sit, ut si latum sit in ecclesiam, illa destricta, cessat; nisi tamen locus ecclesiae interdictus sit, quo in casu, interdictum manebit affixum solo, seu pavimento. Si *personale* sit in communitatem latum, cessat, extineta communitate que interdicta est; quod verum est etiamsi aliquis ex communitate subsistat.

3º Quodlibet interdictum cessat absolutione vel dispensatione facta ab eo qui ad hoc potestatem habet. Et quidem si interdictum sit locale, sive generale, sive speciale non reservatum, relaxari potest ab eo qui potestatem episcopalem habet in eum locum. Idem dicendum est de interdicto personali generali. Ipsi religiosi, qui ex privilegio absolvunt a censuris, interdictum locale et personale generale tollere nequeunt: revera absolvere tantum possunt in sacramento pœnitentiae, cui nec locus, nec communitas subjicitur.

4º Si interdictum sit personale *speciale*, videndum est an sit reservatum, vel non. Si *primum*, nullus alias potest

ab eo absolvere nisi ille enī facta est reservatio, vel ejus superior. Si *secundum*, illud relaxare potest episcopus, et religiosi habentes privilegium absolvendi a censuris, et probabilitate parochiis, qui etiam ab excommunicatione non reservata potest absolvere. Schmalzgrueber, De Sententia Excommunicationis, num. 398 ad 401.

1159. Speciale interdictum est illud quod vocatur ab ingressu ecclesie, quo tria prohibentur: 1^o celebratio divinorum in ecclesia; 2^o auditio divinorum in ecclesia 3^o sepultura in ecclesia vel coemeterio.

1^o Interdictus *ab ingressu ecclesie* non prohibetur ecclesiam ingredi. *Allamen si ex contextu patet quod episcopac - hoc nullum - iam prohibetur -*

2^o Potest saera celebrare eisque interesse non solius extra ecclesiam, in oratorio privato, sed etiam in coemeterio, quamvis ibi non possit sepeliri, nisi signa poenitentiae dederit.

3^o Potest privatim orare in ecclesia; imo quando *divina non celebrantur*, potest in ecclesia recipere sacramenta. *Quia non privatim usu passivo sacramentorum.*

4^o Violando tale interdictum per exercitum ordinis, ineudit in irregularitatem. Haine, Theol. Mor., vol. IV, pag. 428.

1160. Ab interdicto differt cessatio a divinis, que definitur: "Prohibitio clericis facta ut se abstineant ab officiis divinis et sepultura ecclesiastica." S. Alph.

1^o *Hæc cessatio a divinis non est censura*, sed prohibitio ne divina officia fiant in aliquo loco in signum inceroris, ad reparationem gravissimæ injurie Deo irrogatae; afficit omnes qui sunt in loco.

2^o Gravior est cessatio a divinis quam interdictum. Cessatione a divinis in loco publicata, non licet, diebus Natalis, Paschatis et aliis diebus solemnibus, missam solemnem celebrare, nec aliis diebus missam legere, submissa tamen voce, januis clausis et campanis non pulsatis: quod indulgetur in easu interdicti localis; ex cap. *Alma mater*, 24, De Sent. Excomm., in 6^o. *Sic - Bonifacius VIII.*

3º Non prohibentur omnia sacramenta tempore cessationis *a divinis*: possunt solemniter baptizari pueri et adulti, absolvit pœnitentes et viatiem ministrari moribundis.

4º Quoad sepulturam ecclesiasticam, distinguendum est inter inhumationem et officia divina quæ ejus occasione fiunt: tempore cessationis *a divinis*, licet corpus inhumare in loco sacro, exclusis cantibus, recitatione officii, missa exsequiali et precibus.

5º Tempore cessationis a divinis, non tantum clericci tenentur se abstinere a divinis, sed ipsi laici nequeunt sacris officiis interesse quæ clericci, non obstante cessatione a divinis, celebrarent. Stremler, Des Peines Ecclésiastiques, pag. 364.

François - examen - 1906 Juin

TITULUS VI

DE CENSURIS IN SPECIE

1161. **Censuræ latæ sententie de jure communii
vigentes continentur explicitè et implicitè in consti-
tutione, Apostolice Sedis, edita die 12 Oct. 1869, et
in quibusdam allis, quæ illi accesserant.**

1º Pius IX, cum animo revolveret "ecclesiasticas censuras, per modum latæ sententie ipsoque facto incurriendis... in ictum ad numerum sensim exerevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis ob quas impositæ fuerant, vel a pristina utilitate atque opportunitate exedisse, eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis quibus animarum curia commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates, angoresque conscientie;" ejusmodi incommodis ocurrere volens, constitutione sua *Apostolicae Sedis*, decrevit:

a) Ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, que per modum *latæ sententie* ipso facto incurriende haeteus impositæ sunt, non nisi illæ quas in hac ipsa constitutione inscrit, et eo modo quo eas inseruit, robur exinde habeant.

b) Similique declaravit eas leni, non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus eum hac sua constitutione convenient, verum etiam *ex hoc ipsa sua constitutione*, non secns ac si primum editæ ab ipsa fuerint, viu suam prorsus accipere debere.

2º Dicitur *censuræ latæ sententie*, quia per constitutionem nihil immutatum est, a) quoad censuras ferendæ sententie, in quibus procedendum erit ad normam veterum canonum; b) quoad pœnas mere vindicativas, quales sunt privatio, depositio, degradatio.

3º Dicitur *de jure communi vigentes*, quia per dictam constitutionem nihil immutatum fuit quoad censuras latae sententiae que non ad Ecclesiam universalem, sed vel ad instituta, vel ad loca particularia spectant, aeoque censure *particulares* vocantur.

4º Dicitur *quae continentur explicite vel implicite in constitutione Apost. Sedis*. Jamvero declarat Pontifex quod præter excommunicationes, suspensiones et interdicta in dicta constitutione reconsita, adhuc vigent :

a) Censure que a Concilio Tridentino fuerunt *directe* inflicitæ. Dicimus *directe* inflicitæ, nam, ex scopo constitutionis et ex communi sententia, censure quas Tridentinum *indirecte* tantum infixit seu renovavit non videntur confirmatae; tales sunt que sive per generalia verba indiciuntur, v. g.: "et qui secus fecerint, penas a jure inflicitas ipso facto incurant;" sive per haec verba: "antiquorum canonum penas super his innovando;" sive per speciales allegationes, v. g. "juxta constitutionem Clementis V in concilio Vienensi edictam."

b) Censure que spectant ad electionem Summi Pontificis, quatenus haetenus in suo vigore persistenterunt.

c) Censure que latae sunt pro interno regimine quorumeunque ordinum et institutorum regularium, neenon quorumeunque collegiorum, eongregationum, cœtuum, locorumque piorum, eujuscumque nominis aut generis sint, quatenus haetenus in suo vigore persistenterunt, id est, quatenus desuetudine vel alia causa non cessarunt in aliquo loco vel instituto.

4º Dicitur *quæ illi accesserunt*, quia ab edita constitutione *Apostolicæ Sedis*, quedam censure fuerunt promulgatae, presertim in constitutione *Romanus Pontifex*, qua suo loco enunciabimus.

Constitutio *Apostolicæ Sedis* distribuit censuras in excom-

municationes, suspensiones et interdicta : huius divisioni adhaerentes, in tribus distinctis capitibus exponemus censuras quas indixit citata constitutio, quibus adjiciuntur censura a Tridentino *directe* inflicta et censura per alias constitutiones in suo robore vigentes editae.

CAPUT I

DE EXCOMMUNICATIONIBUS

Excommunicationes in quatror partes dividuntur: 1^o duodecim sunt Romano Pontifici speciali modo reservatae; 2^o septendecim numerantur Romano Pontifici simpliciter reservatae; 3^o tres reservantur episcopis sive Ordinariis; 4^o quatror nemini reservantur.

ARTICULUS I.

De excommunicationibus R. P. speciali modo reservatis.

Huic censuræ excommunicationis Pins IX subjacet :

1162. I. "Omnis a christiana fide apostatas, et omnes ac singulos haereticos, quocumque nomine consequantur et ejuscumque sectæ existant; eisque credentes; eorumque receptores, si utores ac generaliter quoslibet illorum defensores."

1^o Per *apostatas* intelliguntur illi qui, post susceptam fidem, a religione christiana penitus recesserunt. Hoc nomine, veniunt etiam liberi Cogitatores, Rationalistæ, Naturalistæ, Pantheistæ, et similes, quando eorum recessio a fide est totalis, et in re gravi externe manifestatur. Si vero fidem non penitus abnegaverint, velintque adhuc inter Christifideles connumerari, dicendi sunt potius haeretici.

2º Per hæreticos intelliguntur qui animo retinent doctrinam quam sciunt esse contrariam dogmati ab Ecclesia definito seu proposito, et qui eam verbis aut signis, *cum culpa externe gravi*, occulte vel publice manifestant. Hujusmodi sunt omnes protestantes, schismatice errantes in fide, *veteres catholici*, spiritistæ et qui exerceant superstitiones hæreticales.

3º Credentes apostatis vel hæreticis sunt illi qui eorum errores *implicite* sustinent, in genere declarantes hos vel illos hæreticos recte sentire; v. g. si quis dierat: Credo quod eredit Calvinus. Item si quis assistat hæretieorum coniunctionibus, non autem audiendi curiositate allectus, sed animo duetus assentiendi falsæ doctrinæ, cui in confuso jam fidem præstat. Eamdem excommunicationem ineurrunt illi omnes qui, etiamsi animo hæresi non adhæreant, sese adseribunt alieui seetæ, eujusque nominis ea sit et quaecumque de causa id fiat. Item qui matrimonium ineunt eoram ministro hæretico vel schismatice saeris addiectorum; ex dec. S. Off. 22 Martii 1879 et 18 Maii 1892.

4º Receptores sunt illi qui hæreticum qua talem domi excepint vel oceulant, nt ille pœnas hæresis effugiat.

5º Fautores, qui hæretieis sive notoriis sive occultis favorem præstant, vel *positive*, eos laudando, commendando, v. g. apud gubernium, exercitium hæretici cultus promovendo, scholas eis aperiendo, pueros ad istas mittendo; vel *negative*, omittendo, absque justa causa, eorum denuntiationem.

6º Defensores sunt qui hæretieorum errores quomodocumque defendunt, etsi interne aliter sentiant, vel eorum personas tuentur, v. g. impediendo ne eoram judicibus compareant et ab eis punientur. Cf. Inst. Em. Cardinalis Vicarii ad parochos Urbis, 12 Julii 1878.

1163. II. "Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolice libros eorumdem apostatarum et hæreticorum hæresim propugnantes, necnon libros cujusvis

auctoris per apostolicas litteras nominatim prohibitos; eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet descendentes."

1º Libri ergo hac censura prohibitedi duplicis sunt generis:

a) Libri *apostatarum* vel *haereticorum*, dummodo de his duobus constet: scilicet 1º auctorem publice ut apostamat vel haereticum haberi, sive ex secta ad quam pertinet, sive ex pertinacia quaeum haereticam doctrinam tradit ac defendit; 2º haeresim non tantum in libro contineri (quod olim sufficiebat), sed etiam propugnari.

b) Libri cuiusvis auctoris *nominatum*, seu expresso operis titulo, prohibitedi (idque sub poena excommunicationis R. Pontifici reservatae) per litteras apostolicas, sive haec sint in forma brevis, bullæ, epistole, encyclicæ, sive in qualibet alia forma continentes has vel siuniles expressiones: "de apostolice nostræ auctoritatis plenitudine, vcl auctoritate apostolica."

Censura igitur non se extendit ad libros qui per decreta generalia prohibentur, nec ad libros simpliciter in Indicem relatos, nec ad libros alicujus auctoris in globo damnatos, nec ad libros Infidelium aut Judæorum, nisi forte conditiones quas enumeravimus in eis verificantur. Nec vero sub nomine librorum veniunt ephemeredes seu diaria, epistole, conciones, minoris molis opuscula, sicut nec quedam folia a libro prohibito sejuncta. Contra sub nomine librorum veniunt scripta periodica (livraisons, revues), seu singuli fasciculi ad volumen componendum destinati; item manuscripta, ut communius docetur, sicut etiam versiones in aliud idioma.

2º Personæ excommunicatæ, casu nempe quo agant *scienter*, id est, seclusa ignorantia etiam crassa et supina, sunt scquentes:

a) *Legentes* in quantitate relative notabili, v. g. unam paginam magni voluminis, vel prœmium, præfationem, vel etiam paucas lineas in quibus præcise haeretica doctrina propugnatur.

b) Retinentes per notabile tempus, v. g. per tres dies, sive apud se, sive apud amicum, licet facultate retinendi donatum, sed a quo librum pro libitu suo repetere possunt (secus, si cum pacto non repetendi, nisi post purgationem libri vel licentiam obtentam), quamvis non retineant ad legendum, ut v. g. depositarius, bibliopola, bibliothecarius, etc. Excusatur tamen qui diutius retinet, expectans donec illum opportuno tempore tradat superiori vel alteri habenti licentiam; nec incurrit censura, si liber comburatur, aut etiam si pars illa libri, quæ prohibitioni ansam dedit, ita destruatur ut amplius legi nequeat.

c) Imprimentes, sub quo nomine, præter editorem et typographiæ dominum, veniunt qui typos ordinant, chartam supponunt, atramentum proxime parant, et generatim illi omnes qui *scicnter* et *proxime* ad libri editionem concurrunt.

d) Defendentes, sive *factis*, v. g. libros propagando, venales exponendo, occultando ne tradantur judici; sive *dictis*, v. g. eos laudando, excusando, etc. Qui tamen non pravain doctrinam libri laudat, sed stylum vel auctoris scientiam, excusatur a censura.

1164. III. "Schismaticos et eos qui a Romani Pontificis obedientia pertinaciter se subtrahunt, vel recedunt."

1º Hæc censura attingit: *a) Schismaticos proprie dictos*, illos scilicet qui non solum a R. Pontificeis obedientia pertinaciter resiliunt, sed *novas ecclesias* audacter constituant vel sequuntur, et ita a capite et a corpore matris Ecclesiæ sese sezungunt. Tales sunt v. g. *Veteres Catholici*, qui duplice excommunicatio plectuntur, una contra haereticos et altera contra schismaticos lata. *b) Schismaticos imperfectos*, illos scilicet qui vera malitia ducti, nolunt obedire Romano Pontifici pro tempore existenti, habentes se a suprema illa anctoritate solutos. Ex illis sunt quidam scriptores, *liberales* dicti, qui futili prætextu, R. Pontificis decisiones et mandata pertinaciter rejiciunt.

2º Censura vero non attingit: *a) Eos qui temporale dominium Romano Pontifici detrectant; b) eos qui simpliciter renunt obedire ejus mandatis, quia gravia sunt et molesta, vel ex odio in ejus personam: hi enim non abjiciunt ejus auctoritatem; c) eum qui renueret subesse Pontifici quatenus sibi suspeeto, aut dubie legitimo, id est, ab universali Ecclesia, ob electionem dubie validam, nondum reecepto.*

1165. IV. "Omnes et singulos, eujuscumque status, gradus seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum concilium appellantes; necnon eos, quorum auxilio, consilio vel favore appellatum fuerit."

Ex hoc capite excommunicantur: 1º *Appellantes*, et ratio est, quia appellatio fieri nequit nisi ab inferiore ad superiorem; Papa autem non est concilio generali inferior. Unde istiusmodi appellatio non solum injuriam facit supremo Ecclesiae capiti, sed etiam schismatis praefert speciem. Imo si quis appellaret, quia crederet Papam non habere supremam et infallibilem auctoritatem in Ecclesia, foret insuper haereticus ac duplie excommunicatione pleteretur. Per ordinaciones et mandata, a quibus appellare nefas est, intelligenda sunt illa omnia quibus Romanus Pontifex, munere supremi Pastoris fungens, aliquid imperat.

Excommunicantur: 2º *Cooperantes*, quorum consilio, auxilio, vel favore appellatum fuerit. Excommunicatione non plecteretur qui ad praesens concilium vel ad futurum pontificem appellaret, nec qui appellationem ab aliis jam factam approbaret.

1166. V. "Omnis interficienes, munitilantes, percutientes, capientes, eareantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eos a suis diocesibus, territoriis, terris seu dominiis ejicientes; necnon

ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium vel favorem."

Hac censura puniuntur: 1^o *Exercentes crudelitatem in prælatos Ecclesiæ*, sive in eorum corpora: eos nempe interficiendo, mutilando, percutiendo; sive in eorum libertatem: eos capiendo, carcerando, detinendo; sive in eorum dignitatem: eos hostiliter insequendo, animo scilicet eos non solum exterrendi, sed etiam eis nocendi.

2^o *Cooperantes*, id est, mandantes, præstantes auxilium vel favorem. Quinimo excommunicationem præsentem incurront *rata habentes*, ii scilicet qui, crimine perpetrato, illud approbant.

1167. VI. "Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiastice sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum sacerdotiale, ejusque mandata procurantes, edentes, aut auxiliun, consilium vel favorem præstantes."

Excommunicantur: 1^o *Impedientes* vi, minis, imperio, exercitium quodcumque jurisdictionis ecclesiastice, sive haec sit ordinaria, sive delegata; sive fori interni, sive fori externi.

Directe impedit jurisdictionem, qui minatur necem episcopo ne censuram ferat, ne beneficium conferat, ne visitet diœcensem, ne prædicatores mittat, ne bona acquirat vel alienet, ne mutet parochum, etc.; *indirecte*, qui obstat efficaciter in alia re vel in alia persona, v. g. bona episcopi sequestrando, officiales vel familiares ejus vexando. Non sufficit tamen si impedit actus meræ administrationis.

2^o *Recurrentes ad forum sacerdotiale*, seu ad judices sacerdtales, ejusque mandata procurantes, ut sententiae nempe vel actui jurisdictionis ecclesiastice obsistant. Hujusmodi sunt qui, populi suffragio electi, mandatoque potestatis civilis muniti, audent, obstando Ecclesiæ, sese intrudere in parochiale vel episcopale regimen.

3º *Edentes mandata*, seu ipsi judices vel magistratus civiles, qui mandata auctoritative condunt ad impediendum aliquem actum jurisdictionis. Non excommunicantur *actuarii*, qui mandata scribunt, nec *cursores*, qui ea deferunt.

4º *Cooperantes*, quales sunt qui auxilium, favorem vel consilium aliquo modo præstant.

Quædam gubernia instituerunt tribunal ad judicandum *circa abusum potestutis ecclesiasticae*. Qui ad tale tribunal contra decreta episcopi recurrit, hanc gravem censuram incurrit. Quidam volunt excommunicationem non incurri nisi effectu secuto; alii non subscribunt huic sententiae.

1168. VII. "Cogentes sive directe sive indirecte judices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas preter canonicas dispositiones; item edentes leges vel deereta contra libertatem aut jura Ecclesiae."

1º Primam partem Iujus capit is explicavimus in titulo, De Juribus Clericorum. Cf. vol. I, tit. I, num. 161.

2º *Qui edunt decretalia contra libertatem aut jura Ecclesiae*. Hæc verba latissime patent; iis enim exprimuntur omnia jura ac libertates quæ Ecclesiae competunt, ut jus docendi, pronovendi ad ordines, jus aquirendi, alienandi, etc.

3º Censura feriuntur, et quidem ipso momento, auctores istiusmodi legum ac decretorum: puta *deputati*, *senatores*, qui ipsis ferendis effeaciter suffragantur; *princeps*, qui suum nomen ipsis subserbit vel eas promulgat; item *ministri*, *gubernatores*, *prefecti*, etc., qui ferunt deereta iungniantia aliquod jus Ecclesiae, v. g. deereta quibus monasteria vel loca pia supprimuntur.

1169. VIII. "Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quælibet a Sede Apostolica, vel ab ejusdem legis aut delegatis quibuscumque profecta, eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes; aut eorum causa, sive ipsas partes, sive alias laudentes vel perterrefacientes."

causa in
Sedis -
de species
dispositiones
capitales
Sedis - in
causa -

Hoc articulo, jurisdictioni et potestati Romani Pontificis speciatim consultur.

Excommunicatio irrogatur in eos qui acta S. Sedis impediunt variis modis quominus promulgantur vel executioni mandentur, videlicet : 1º *Contra recurrentes*, ad ea impen- dienda, *ad laicam potestatem*, enjuscumque gradus sit illa potestas. 2º *Contra prohibentes promulgationem*, vel *executionem*, v. g. impediendo ne litterae suum effectum sortiantur, ut si quis eas intercipiat, vel notarium prolibeat quominus super his instrumenta conficiat vel jam confecta tradat. 3º *Contra ludentes vel perterrefieientes* personas que illis litteris juvantur.

1170. IX. "Omnis falsarios litterarum apostolicarum, etiam in forma brevis ac supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vice-Cancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum; neconon falso publicantes litteras apostolicas, etiam in forma brevis; et etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vice-Cancellarii aut gerentis vices prædictorum."

Per *litteras apostolicas* intelliguntur litterae que nomine Romani Pontificis mittuntur, sive in forma bullæ, sive in forma brevis, aut supplicationis et responsionis; non autem litteræ seu rescripta SS. Congregationum, Pœnitentiarii Majoris, vel Nuntiorum.

Excommunicantur igitur : 1º Qui falsificant litteras apostolicas, aliquid nempe mintendo, addendo, demendo, quo sensus corrumptatur, puta si Pontifex aliquid concesserit ad triennium, et impetrans mutet in quinque annum. 2º Qui falso publicant vel veras litteras, sed claim, sine jussu et contra Pontificis voluntatem; vel litteras ex integro falsas aut corruptas perinde ac si essent authenticæ. 3º Qui falso signant, id est, subcribunt nomine Pontificis, pro gratia facta.

1171. X. "Absolventes complicem in peccato turpi, etiam in mortis articulo, si alias sacerdos, licet non approbatus ad confessiones, sine gravi exoritura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem." Ex bulla *Sacramentum Pœnitentiae*, Benedicti XIV.

Hic notandum est jurisdictionem confessario adimi quoad ipsum complicitatis peccatum, ita tamen ut, deleto hoc peccato per absolutionem ab alio impertitam, jam non desit ejusdem confessarii jurisdictione in ordine ad alia peccata ejusdem personæ. Verum, ait cardinalis Gousset, si quis pudor maneat in sacerdote, qui miseranda fragilitate peccatum turpe cum alio patraverit, si quis honor sacramento debitus, nunquam in posterum complicis confessionem excipiet.

Dicitur 1º *Absolventes*: ergo censura non innodatur ille qui complice in confessione *audit* tantum. Verum confessarii *simulantes* absolutionem complicis in peccato turpi, hanc excommunicationem non effugiunt. S. Pœnit., 1 Mart. 1878; et resp. S. O., 10 Dec. 1883.

Sacra Pœnitentiaria, 19 Feb. 1896, declaravit "excommunicationem reservatam in bulla *Sacramentum Pœnitentiae* non effugere confessarios *absolventes* vel *fingentes* absolvere eum complicem qui peccatum quidem complicitatis, a quo nondum est absolutus, non confitetur, sed ita se gerit quia ad id confessarius pœnitentem induxit, sive directe, sive indirecte." N. R. Théologique, vol. 28, pag. 205.

2º *Complicem in peccato turpi*: quo nomine venit omne peccatum contra castitatem *externum*, *grave*, *ex mutuo consensu utrinque manifestato* commissum.

3º Excusat in articulo mortis *gravis exoritura infamia et scandalum*. "Sciat autem complex sacerdos et serio advertat fore se reum gravis adversus prædictam nostram constitutionem inobedientiæ, latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiae aut scandali pericula sibi ultro ipse configat, ubi non sunt." Bened. XIV, const. citata.

4º Licet constitutio excipiat *unicum casum extremæ necessitatis in mortis articulo*, ex quoruindam tamen sententia, absvoli posset mulier complex, si alium non habeat sacerdotem, neque ob loci circumstantias, ut in locis missionum, spes ulla sit quod eum sit unquam habitura. Bucceroni, in constitutione *Apost. Sedis.*

Hanc quæstionem fusius evolvunt moralista in tractatu de Pœnitentia.

1172. XI. “ Usurpantes, aut sequestrantes jurisdictionem, bona, redditus ad personas ecclesiasticas ratione suarum ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes.”

Quatuor excommunicationes feruntur contra eos qui de bonis Ecclesiæ *illicite* disponunt. Prima, in præsenti articulo, si usurpent bona ad personas ecclesiasticas titulo ecclesiæ vel beneficii pertinentia; secunda, in articulo sequenti, si invadant bona Ecclesiæ Romanæ; tertia, R. Pontifici simpliciter reservata, si usurpent bona cuiuscumque beneficii vel loci pii; quarta tandem nemini reservata, si alienent *illicto modo* bona ecclesiastica cuiuscumque genus.

1º Sub nomine *usurpantes* non comprehenduntur *fures et latrones*, sed usurpantes et sequestrantes *auctoritative*, seu quasi jure proprio utentes. S. O., 9 Martii 1870.

2º *Sequestrantes* hic appellantur qui, judiciali officio et jurisdictione, rem alicui *tertio custodiendam injuste committunt*, vel *ipsimet custodiunt*, atque ita impediunt ne ipsa sub potestate maneat illius ad quem pertinet, eaque libere utatur.

3º Ut incurrit censura, necessarium est ut bona usurpata *ad personas ecclesiasticas ratione suarum ecclesiarum aut beneficiorum pertineant.*

Unde a) præsentem excommunicationem non incurrit usurpantes aut sequestrantes clericorum *bona patrimonialia*, vel quæ occasione sacrarum functionum ipsis obveniunt, puta missarum stipendia.

b) Nee usurpantes bona *locorum piorum*, v. g. confraternitatum laicorum, etsi auctoritate episcopi erectae fuerint.

c) Idem dicendum est de bonis quae pertinent ad *ecclesias*, sed non ad *ecclesiasticas personas*, v. g. bona destinata ad ecclesiae reparationem, aut ad pauperes sublevandos, etc.

d) Neque incurrunt excommunicatio, si quis bona usurpet aut sequestret dum *beneficium vacut*: presens enim excommunicatione ipsis tantum personis favet.

e) Tandem, ut videtur, hanc censuram non incurront usurpantes aut sequestrantes ~~bonorum monasteriorum~~, quia haec bona non pertinuerunt ad illas personas ecclesiasticas, sed vel ad ipsa monasteria, vel ad Romanum Pontificem. Bargilliat, vol. II, num. 1652.

1173. XII. "Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios civitates, terras, loca et jura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes supremam jurisdictionem in eis; neconon ad singula predicta auxilium, consilium, favorem praestantes."

Præsens excommunicatio, cuius scopus est defendere dominium temporale ad Sedem Apostolicam pertinens, triplex personarum genus complectitur:

1º *Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios civitates, terras, loca aut jura ad Ecclesium Romanam pertinentia.*

2º *Usurpantes, perturbantes, retinentes supremam jurisdictionem in eis*, id est, jurisdictionem quae R. P. competit uti est princeps temporalis, circa res magui momenti, v. g. jus vitae et mortis, jus imponendi tributa, jus creandi magistratus et similia.

3º *Ad singula predicta auxilium, consilium, favorem praebentes, effectu secuto, et dummodo cooperatio fuerit formalis.*

Quæritur utrum auxilium et favorem prebeant in retinendo, qui publica munia gerunt? Hinc ad quæsitum: "An

retineri et suscipi possint sub intruso gubernio officia? — respondit S. Pœnitentiaria, 10 Oct. 1860: "Dummodo non agatur de officiis quæ *directe et proxime* influunt in spolium vel in ejusdem spolii manutentionem, et exerceri possint absque perienlo lesionis legum divinarum et ecclesiastica-
rum, posse tolerari."

Unde distinguendum est inter officia *politica*, quæ directe et per se tendunt ad usurpatorem probandum vel confirmandum, quales sunt qui primum vel supremum magistratum gerunt in quavis provincia, aut civitate, aut terra, aut oppido, qui proinde censura tenentur, si ab officio possint abstinere absque incommodo gravi tum proprio tum publico; et officia *civilia*, quæ mere ad bonum civium spectant, qualia sunt munera municipalia aliaque pro tuenda tranquillitate necessaria, quæ assumi et exerceri possunt, dummodo juramentum fidelitatis non præstetur usurpatori, et, si jurare omnino necesse sit, jurantes palam profiteantur se nihil facturos quod legibus divinis et ecclesiasticis aduersetur.

1174. XIII. "In dignitates et canonicos cathedralium ecclesiarum vacantium, ac illos qui, defientibus capitulis, vicarios deputant, aut vacantes ecclesias legitime administrant, si ante exhibitionem litterarum apostolicarum concedere et transferre in nominatum ac præsentatum ad eamdem ecclesiam, ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine, quæsito colore ausi fuerint."

"In nominatos ac præsentatos ad vacantem ecclesiam, qui ejus regimen et administrationem suscipere audent ex con-
cessione et translatione a canonicis, dignitatibus aliisque, de quibus supra, peractam. Necnon in eos qui præmissis paruerint, vel auxilium, consilium aut favorem præstiterint, cujuscumque gradus, conditionis, præminentiae, et dignitatis fuerint." Hæc censura excommunicationis eruitur ex constitutione Pii IX, *Romanus Pontifer*, 28 Aug. 1873 edita, enjus fuit sermo in vol. I, tit. VIII, De Episcopis, num. 364.

1175. XIV. "Omnes et singulos nomen dantes vel promoventes, vel quocumque modo faventes, vel adhaerentes societati in eum finem institutae vel instituenda, ut quandocumque Apostolica Sedes vacaverit, populus romanus concurrat in Summi Pontificis electione."

Eruitur ex decreto S. Poenitentiarie, 4 Aug. 1876.

Hanc censuram incurrunt: 1^o *Nomen dantes*, licet non promoveant, nec adhaereant, modo expresse declarant se assentiri doctrinis in programmate contentis et coram duobus testibus obligationem contrahant se operam daturos ut tales doctrinæ propagentur et societas dilatetur. 2^o *Promoventes*, scilicet qui sollicitant ad adhaerendum. 3^o *Faventes* quocumque modo. 4^o *Adhaerentes* seu doctrinam sectantes, profitentes, licet societati non dent nomen.

ARTICULUS II.

De excommunicationibus R. P. simpliciter reservatis.

Excommunicationi latæ sententiae Romano Pontifici simpliciter reservatae Pius IX subjacet:

1176. I. "Docentes vel defendantes, sive publice sive privatim, propositiones ab Apostolica Sede damnatas sub excommunicationis pena latæ sententiae; item docentes vel defendantes tanquam licitam praxim inquirendi a pénitente non in complicis, prout damnata est a Benedicto XIV, in const. *Suprema*, 7 Julii 1745, *Ubi primum*, 2 Junii 1746, *Ad eradicandam*, 28 Sept. 1746."

1^o In prima parte veniunt: *docentes vel defendantes propositiones ab Apostolica Sede*, id est, a Romano Pontifice damnatas, dummodo fuerint damnatae sub pena excommunicationis latæ sententie. Hic nou veniunt propositiones damnatae a conciliis generalibus, multo minus a SS. Congre-

gationibus, v. g. Indicis; nec propositiones damnatae quidem a R. Pontifice, sed sine pena excommunicationis latæ sententiæ, quales sunt propositiones que continentur in Syllabo.

2º In secunda parte veniunt: *docentes vel defendantes tanquam licitam præxim inquirendi a pœnitentibus nomen complicis.* Praxis a Pontifice damnata erat qua confessarii requirebant nomen complicis sub pena denegandæ absolutionis: hinc ad censuram incurrandam necesse est ut quis utrumque simul licitum esse doceat vel defendat, scilicet exquirere nomen complicis et reticenti absolutionem denegare.

1177. II. "Violentas manus, suadente diabolo, injicientes in clericos vel utriusque sexus monachos; exceptis quoad reservationem casibus et personis de quibus, jure et privilegio, permittitur ut episcopus aut alius absolvat."

1º De prima parte hujus censure jam locuti sumus in titulo De Privilegiis Clericorum, num. 160.

2º Quoad absolutionem, distinguenda est triplex percussio: Prima dicitur *enormis*, in qua magna intervenit vulneratio, vel magna injuria; secunda *gravis seu mediocris*, cum fit carnis contusio, vel sanguinis copia effunditur, sed absque magna læsione vel injuria; tertia *levis*, quando fit simplex percussio, v. g. manu, pede, baculo, quin contusio notabilis vel percussionis vestigium remaneat.

Jamvero si percussio, etsi publica, fuerit *levis*, episcopus vel ejus vicarius potest ex jure communi absolvere percussorem, quisquis ille sit; si *mediocris*, eos tantum qui collegialiter vivunt, scilicet feminas et impuberces; si *enormis*, tautum impuberces, sive ante, sive post pubertatem petant absolvit.

In dubio an percussio fuerit *levis*, *gravis* aut *enormis*, pro majori standum est, quia favendum est privilegiatis, juxta regulam interpretationis.

1178. III. "Duellum perpetrantes, aut simileiter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem præbentes,

necnon de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis."

Excommunicantur: 1º *Perpetrantes duellum*, ii scilicet omnes qui privata auctoritate, *ex condicto*, singulare certamen incunt, cum periculo occisionis vel gravis vulneris. Nihil autem refert an adsint patrini neene; an certetur cum armis lethalibus vel non, modo sit periculum gravis vulneris, illudque prævideatur. Item *provocantes ad duellum* cum animo pugnandi, etsi provocatus non acceptet. Item *acceptantes*, etsi duellum uon sequatur.

2º *Complices*, qualecumque operam aut favorem præbentes, ut patrini, testes; qui consilium dant, qui litteras provocatorias dictant, scribunt, deferunt; qui iuterest *ex condicto*, ut medicus, qui adsistit cum intentione præbendi suum ministerium duellantibus, si opus fuerit; idem dicatur de confessario. S. Off., 31 Maii 1884.

3º *De industria spectantes*, id est, qui sua presentia ad pugnam incendunt; non vero qui casu transeuntes adspiciunt, vel in secreto, vel a longe; nec qui adeunt locum certaminis ut duellum impediunt.

4º *Illud permittentes vel non prohibentes*, cum prohibere valent, ut duces exercitus.

1179. IV. "Nomen dantes sectæ massonicae aut carbonarie, aut aliis ejusdem generis sectis, quæ contra Ecclesiam vel legitimas potestates, seu palam, seu clandestine, machinantur; necnon eisdem sectis favorem qualecumque præstantes; earumque occultos coryphaeos ac duces non denuntiantes, donec non denuntiaverint."

Hauc censuram excommunicationis incurront: 1º *Adscripti sectis damnatis*. Utrum secta quædam inter societas damnatas a Sancta Sede sit referenda, colligendum est præsertim ex responsionibus S. Sedis. Hactenus expresse damnati fuerunt *Liberi Muratores* et *Carbonarii*, ex ipsa con-

stitutione; *Feniani*, ex decreto S. Off., 12 Jan., 1870; *Nihilista*, ex litteris encyclicheis Leonis XIII, 28 Dec. 1878: "Intelligitis nos de illa hominum secta loqui, qui diversis ac pene barbaris nominibus *Socialistæ*, *Communistæ*, et *Nihilista* appellantur;" item illæ societates cujuscumque naturæ sint, in quibus socii, ab ipso ingressu, jurejurando se obligant ad obtemperandum in omni re quæ a cœtus superioribus jussa fuerit; vel quæ ineunt fœdus secreti, quod, nec ipsa legitima auctoritate interrogante, impune violari possit.

Quoad societatem: "The independent Order of Good Templars," S. C. S. Concilii, 9 Aug. 1893, respondit sub gravi prohiberi ei nomen dare. Ad quæstionem vero an hæc subjaceat excommunicationi latæ contra societas secretas in constitutione *Apostolicæ Sedis*, respondit: "Dilata." Item tres societates: "The Odd Fellows," "The Sons of Temperance," et "The Knights of Pythias," tamquam sub gravi prohibite declaratae sunt a S. C. S. Officii, 20 Aug. 1894; quoad censuram nihil dictum est, sed videntur damnatae ex decreto S. Officii, 21 Aug. 1850.

2º *Fautores*, qui illis sectis favorem qualemcumque præstant, id est, qui eis præbent consilium, auxilium, qui eos in suis ædibus receptant, occultant, qui alios hortantur ut hujusmodi societatibus sese adseribant, earumve cetibus intersint; tandem omnes qui quoquinque modo has societas juvant.

Quædam ex illis societatibus damnatis habent naturam alicujus *asssecrationis mutualis*, puta "The independent Order of Good Templars," "The Odd Fellows," "The Sons of Temperance," "The Knights of Pythias;" quæsumit fuit an liceret remanere in istis societatibus et taxam solvere. S. C. S. Officii, 19 Januarii 1896, respondit: "Generatim loquendo non licere et ad mentem." Mens est quod hoc tolerari possit, concurrentibus hisce conditionibus:

a) "Si quis bona fide sectæ primæ nomine dederit, antequam sibi innotuisset societatem fuisse damnatam."

b) "Si absit scandalum vel opportuna removeatur declaratione, id a se fieri, ne jus ad emolumenta vel beneficium temporis in ære alieno solvendo amittat, a quavis interim sectæ communione et a quocumque interventu, etiam materiali, ut præmittitur, abstinendo."

c) "Si grave detrimentum sibi aut familie ex renunciatione obveniat."

d) "Tandem ut non adsit vel homini illi, vel familie ejus, periculum perversio[n]is ex parte sectariorum, spectato præcipue casu vel infirmitatis vel mortis; nec similiter adsit periculum funeris peragendi a ritibus catholicis alieni." Nouv. Rev. Théologique, vol. XXVIII, pag. 285.

3º *Non denuntiantes*, infra niensem, Inquisitori vel Ordinario, vel judici a S. Sede delegato, *occultos coryphaeos ac duces*. Excommunicatio limitatur ad solam denuntiationem coryphæorum et ducum. Sufficit ut quis denuntiet per interpositam personam, puta per confessarium. S. Off., 15 Jun. 1870.

Non cessat obligatio denuntiandi quando coryphæi et duces sectæ massonicae sunt publice noti ut *liberi muratorii*, sed non sunt publice noti ut *coryphæi et duces* hujus sectæ massonicae; nec cessat obligatio denuntiationis apud eas regiones in quibus liberi muratorii, et ideo ipsorum coryphæi et duces, a gubernio civili tolerantur, et ab ecclesiastica potestate puniri non possunt, nec ullo modo cohiberi. S. Off., 19 Apr. 1893.

4º *Donec non denuntiaverint*; unde facta denuntiatione, ipso facto cessat reservatio excommunicationis incurse, et ideo ille qui non denuntiando excommunicationem R. P. simpliciter reservatam incurrerat, absvoli poterit a quovis confessario.

5º Licentia absolvendi sodales sectarum damuatarum solet concedi cum sequentibus clausulis. Requiritur a) omni-

moda a secta separatio et ejus abjuratio; b) traditio librorum, manuscriptorum ac signorum sectam respicientium, vel saltem eorum combustio; c) impouitur obligatio denuntiandi sectæ duces ac coryphæos; d) injungitur gravis pœnitentia cum frequentia confessionis sacramentalis. Quod si agatur de absolvendis iis qui ejusmodi sectarum duces et magistros occultos denuntiare culpabiliter neglexerint, facultas absolvendi non conceditur, nisi injuncta pariter salutari pœnitentia, et firma obligatione sub reincidentia eosdem denuntiandi. Haine, Theol. Mor., vol. IV, pag. 456.

1180. V. "Inimunitatem asyli ecclesiastici, ausu temerario, violare jubentes aut violantes."

De hac immunitate locuti sumus in vol. I, De Privilegiis Clericorum, tit. III, num. 167.

1181. VI. "Violantes clausuram monialium, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus vel ætatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes vel admittentes; itemque moniales ab illa exeuntes extra casus ac formam a S. Pio V, in const. *Decoris præscriptam.*" Cf. vol. I, num. 678.

1182. VII. "Mulieres violantes regularium virorum clausuram, et superiores aliosve eas admittentes." Cf. vol. I, num. 680.

1183. VIII. "Reos simoniae realis in beneficiis quibuscumque, corumque complices."

1º Simonia realis habetur, quando quis emit vel vendit ipsum beneficium, aut collationem ejus, aut electionem vel præsentationem ad illud obtainendum, modo exsecutio conventionis sit ex utraque parte saltem incœpta. Unde non incurrit excommunicatio, si aut pretium tantum sit solutum sed re nondum tradita, aut si res tantum sit tradita, pretio vero non soluto.

2º Oportet ut agatur *de beneficiis propriè dictis*, cum sumus in odiosis. Hinc censuram non incurrint qui vendunt,

emunt non beneficia, sed officia, v. g. cantori, vicarii, viceparochi; qui emunt, vendunt pensiones, parochias ad nutum episcopi revocabiles. Licet in favorabilibus aequiparentur beneficiis, non sunt beneficium stricte dictum, deficiente perpetuitate subjectiva. Vol. I, num. 517.

3º Excommunicantur *complices*, id est, illi quorum mediatione, cooperatione vel favore simonia perficitur.

1184. IX. "Reos simoniae confidentialis in beneficiis quibuslibet, cujuscumque sint dignitatis."

1º Hæc simonia committitur, quando quis beneficium ecclesiasticum *stricte dictum* alicui confert sub aliqua *confidentia*, seu *pacto expresso* vel tacito, ut is cui confertur post aliquod tempus idem beneficium resignet ipsi conferenti vel alteri, aut pensionem vel fructus ex eo præstet. Si hæc simonia fuerit *ex una parte consummata*, id est, si episcopus, cuius nepos nondum est beneficio idoneus, illud alicui conferat ea lege ut iste postea nepoti, cum idoneus fuerit, illud resignet, uterque, scilicet conferens et accipiens beneficium, ipso facto excommunicationem incurrit.

2º Hæc censura ferit collatorcs beneficiorum, *cujuscumque sint dignitatis*, etiam cardinalitiae; complices hic silentio praeterereuntur.

1185. X. "Reos simoniae realis ob ingressum in religionem."

Incurritur hæc censura ab eo qui propter ingressum in religionem dat vel accipit aliquid temporale; uon incurritur si pro religiosi sustentatione aliquid erogetur. Imo si agatur de monialibus, dos ad sustentationem semper assignari debet. Cf. vol. I, num. 661.

1186. XI. "Omnes qui, quæstum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus, excommunicationis censura plectuntur constitutione S. Pii V, *Quam plenum*, 2 Januarii 1569."

Constitutione *Quam plenum* prohibetur plura delicta quæ redolent naturam simoniae, niuirum: 1º publicatio vel concessio indulgentiarum certam pecuniam solventibus; 2º concessio aliarum gratiarum spiritualium, certa pecunia soluta, scilicet, *a)* facultas eligendi sibi confessarium, qui eo ipso possit absolvere a casibus episcopis aut S. Sedi reservatis; *b)* celebrandi missæ sacrificium et sepulturam faciendi tempore interdicti; *c)* utendi cibis prohibitis; *d)* assumendi plures compatres ad baptismum, contra decretum Concilii Tridentini; *e)* absolvendi a reali simonia S. Sedi reservata.

Omnes *episcopis inferiores* qui dictas gratias concedunt ea conditione, ut solvatur certa pecunia summa tanquam pro concessione debita, etiamsi id fecerint intuitu alicujus pii operis promovendi, praesentem excommunicationem incurront, si partem saltem pretii acceperint.

1187. XII. "Colligentes eleemosynas majoris pretii, et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent."

Hanc censuram incurront tunc laici, tunc clerici, sed necesse est: 1º ut sint *colligentes*, quasi ex industria, eleemosynas manuales vel ex fundatione taxatas pro missis. Unde peccat sed censuram non incurrit qui lucrum percipit ex stipendiis quæ sibi dantur ut ipse ea persolvat; nec qui semel aut iterum parvum missarum numerum colligeret: talis non est veri nominis collector.

2º Ut sint *lucrum captantes*: unde qui excessum in pios usus impendit, huic censuræ non subjacet, quamvis non sit immunis a culpa. S. C. Concilii, 9 Sept. 1874.

3º Ut missas celebrari faciant in locis ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent. S. Congregatio S. Officii, 16 Jan. 1892, declaravit hanc censuram incurtere colligentes stipendia missarum, sive in alio loco ubi collegant, sive in eodem loco, faciant eas celebrari.

1188. XIII. "Omnis qui excommunicatione muletantur in constitutionibus S. Pii V, *Admonet nos*, quarto kalendas Aprilis 1567; Innocentii IX, *Quæ ab hac Sece*, pridie nonas Novembris 1591; Clementis VIII, *Ad Romani Pontificis curam*, 26 Junii 1592, et Alexandri VII, *Inter ceteras*, nono kalendas Novembris 1660, alienationem et iusfeudationem civitatum et locorum S. R. E. respicientibus."

Hac censura plectuntur omnes, sive laici, sive clerici cuiuscumque dignitatis, etiam cardinalitiae, qui per se vel per alios insinuant aut student qualemcumque alienationem civitatum, vel locorum ad S. Sedem pertinentium, ex quovis praetextu etiam necessitatis vel evidenter utilitatis, quamvis operam et oleum perdant.

Utrum censura innodentur qui R. Pontifici suadent conciliationem cum Italico gubernio, disputatur. Alii negant, quia abdicatio stricta significacione dici nequit alienatio; alii rectius affirmant, quia sic agendo alienationem si non suadent, eam saltem insinuant. Hanc, loco citato, pag. 467.

1189. XIV. "Religiosos presumentes clericis aut laicis, extra casum necessitatis, sacramentum extremæ unctionis aut eucharistiae per viaticum ministrare, absque parochi licentia."

1º Nomine *religiosorum* veniunt religiosi qui emittunt vota solemnia: consequenter qui religiosis congregationibus sunt addicti huic censuræ non subjacent.

2º Dicitur *presumentes*, unde excusat a censura ignorantia fueti, juris et pœna, etiam crassa et supina, non tamen affectata.

3º Dicitur *extra casum necessitatis*: hinc censura non ligantur qui sacra ministrant in casu necessitatis, quo in casu parochus vocari nequit. Extra casum necessitatis, requiritur licentia parochi saltem *præsumpta*.

4º *Sacramentum extremæ unctionis aut eucharistiae per viaticum*, quia huic censuræ non subjacent qui alia sacramenta ministrarent.

1190. XV. "Extrahentes, absque legitima venia, reliquias ex sacris cœmeteriis sive catacumbis Urbis Romæ, ejusque territorii, eisque auxilium vel favorem præbentes."

Objectum hujus censuræ est prohibere quominus extrahantur reliquiae a catacumbis sine licentia, quæ datur ab Eminentissimo Card. Vicario Urbis.

1191. XVI. "Comunicantes cum excommunicato nominatim a Papa in crimen criminoso, ei scilicet impendendo auxilium aut favorem."

Olim qui communicabant cum excommunicatis incurribant excommunicationem minorem, quæ hodie non amplius viget. Ut quis præsentem excommunicationem majorem incurrat, oportet 1º ut communicet *cum nominatim a Papa excommunicato*; hinc si quis fuerit excommunicatus a Romanis Congregationibus, etsi earum decretis accedat approbatio Summi Pontificis, non incurrit præsentem excommunicationem. S. Off., 16 Junii 1894.

2º Ut communicet *in crimen criminoso*, id est, cooperetur crimiui jām perpetrato, seu contumaciæ ob quam alter fuit excommunicatus: puta si quis alteri ob rei detentionem excommunicato *auxilium vel favorem præstet*, ne restitutio-nem faciat.

1192. XVII. "Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a R. Pontifice nominatim excommunicatis, et ipsos in officiis recipientes."

Præsens censura 1º afficit *clericos*: ergo laici et episcopi ab ea eximuntur; 2º *scienter et sponte*: unde excusat ignorantia etiam crassa aut supina, et metus etiam levis; 3º *com-municantes in divinis, et ipsos in officiis recipientes*: hinc non sufficit communicatio in divinis, sed admissio ad divina officia requiritur *copulative*, v. g. si rector ecclesiæ invitet excommunicatum nominatim a Papa ad canendam missam, et ipse tanquam unus ex ministris missæ adsisteret; 4º *a Romano Pontifice nominatim excommunicatis*: hinc cleri-

cus communicans cum excommunicatis nominatim ab episcopo, vel ab alio R. Pontifice inferiore, in istam excommunicationem non incidit.

1193. XVIII. "Absolvere præsumentes, sine debita facultate, etiam quovis prætextu, ab excommunicationibus R. Pontifici reservatis speciali modo, dummodo non agatur de mortis periculo."

Dicitur 1^o *præsumentes*: ergo immunitis est a censura, qui absolvit a censura ex ignorantia etiam crassa, ex timore gravi, ex probabilitate qua ductus judicat pœnitentem non esse excommunicatione innodatum.

2^o *Dummodo*, etc: unde in periculo mortis, vel in casibus urgentioribus, licet absolvere, servatis de jure servandis. Cf. tit. II, De Censuris in genere, num. 1125.

1194. XIX. Ex Concilio Tridentino, scss. XXII, cap. 11, De Ref., fertur excommunicatio contra usurpatores bonorum aut jurium Ecclesiae: "Si qucm clericorum vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam imperiali aut regali præfulgeat, in tantum malorum omnium radix, cupiditas occupaverit, ut alicujus ecclesiae aut cuiusvis sacerdotalis vel regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census ac jura etiam feudalia et emphycutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, per se vel alios, vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum aut laicorum, seu quacumque arte aut quocumque quæsito colore, in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumperit, seu impedire ne ab aliis ad quos jure pertinent, percipientur; is anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus et redditus quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, ecclesiæ ejusque administratori sive beneficiato integre restituerit, ac dcinde a R. Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem ecclesiæ patronus fuerit, etiam jure patronatus ultra prædictas pœnas

eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis et usurpationis hujusmodi fabricator seu consentiens fuerit, eisdem poenis subjaceat, necnon quibuscumque beneficiis privatus sit, et ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur, et a snorum ordinum exsecutione etiani post integrani satisfactionem et absolutionem sui Ordinarii arbitrio suspendatur."

1195. XX. Excommunicantur missionarii et ecclesiastici, qui per se vel per alios, quovis titulo aut forma, mercatura dant operam in Indis Orientalibus, vel in America, sive australi, sive septentrionali; item superiores, qui delinquentes religiosos sibi immediate subjectos non puniunt. Ita ex constitutione *Ex debito* Urbani VIII, et const. *Sollicitudo Clementis IX*, et declaratione S. Officii, 4 Dec. 1872.

1º Hæc censura inter reservatas ponitur, quia, statuente Clemento IX, "nemo ex prædictis delinquentibus absolvi potest præterquam in mortis articulo constitutus, nisi lucris hujusmodi prius restitutis." Hinc si restitutio, non tantum promissa, sed reapse facta fuerit, non instituto delinquentium, sed causis piis, excommunicatione non amplius reservatur et a quocumque remitti potest.

2º Ex declaratione S. Officii, 17 Jan. 1883, hæc prohibitio non solum afficit missionarios europæos, sed etiam quoscumque ecclesiasticos viros, qui sub nomine missionariorum, aut quovis alio titulo, pro tempore missi fuerunt aut in illis partibus quomodolibet morantur. Collectanea S. Cong. de Prop. Fide, num. 352.

ARTICULUS III.

De excommunicationibus Ordinariis reservatis.

Excommunicationi late sententiae episcopis sive Ordinariis reservatæ subjacet Pontifex:

1196. I. "Clericos in sacris constitutos vel regulares aut

moniales post votum solemne castitatis matrimonium contrahere præsumentes; necnon omnes eum aliqua ex prædictis personis matrimonium contrahere præsumentes."

Ad incurriendam hanc censuram, requiritur:

1º Ut quis sit *ordine sacro insignitus, vel solemni castitatis voto ligatus.*

2º *Ut matrimonium contrahere præsumat*, id est, ut præstet consensum matrimonialem de præsenti, et ut id faciat cum *præsumptione*, id est, cum perfecta facti et juris notitia et cum plena libertate. Sufficit matrimonium *civile*, ut eonstat ex decreto S. Officii, 22 Dee. 1880.

1197. II. "Proeurantes abortum, effectu secuto."

1º Dicitur *abortus*, quo nomine venit ejectio fœtus immaturi. Uude non contrahitur haec eensura, si post copulam mulier ejieiat semen et conceptionem impedit; nee si acceleretur partus, quia partus acceleratione licita est quoties, si tempus naturale foret expeetandum, fœtus vitalis non nisi difficillime egredetur; nec si adhibeatur craniotomia, quae est fœtus oeeisio.

2º *Procurantes*, id est, *ex industria*, sive per se, sive per interpositas personas abortum *directe* querentes. Hinc eensura plectuntur medieus, ancilla, socia potionem propinantes; item paterfamilias, maritus, fornicator, jussione aut minis cogentes mulierem ut abortum sibi inferat. Ab ea eximitur qui prægnantem graviter percutit ex ira vel odio, prævidens abortum sed non intendens. Pariter eximitur medicus dans merum econsilium, vel indieans apta media; pharmaceopola præparans aut vendens remedium. Re quidem vera, præsens constitutio non loquitur de illis qui opem, econsilium aut favorem scienter dederunt.

Dubitatur an ipsa mulier, quæ abortum sibi proeurat, incurrit eensuram. Sententia quam tenet S. Alphonsus cum pluribus auctoribus recentioris etatis negat. Ratio est, quia

generatim feminæ medicamenta sumunt "impulsæ a vchenimenti timore damni obventuri...; et dum a tanto facinore non abhorrent, facile etiam excommunicationem parvipenderent; et ideo Pontifex, ad vitandum novum animæ laqueum et ad alia pericula, præsertim sacrilegarum confessionum, eas noluit comprehendere." Lib. III, n. 395.

3^o *Efectu secuto*: unde si abortis non sit secutus, aut secutus non a causa posita a procurante sed ab alia, vel a causa dubia, excommunicatio non enet.

1198. III. "Litteris apostolicis falsis scienter utentes, vel criminib[us] ea in re cooperantes."

Præsens excommunicatio duplicem personarum classem complectitur: 1^o *Litteris apostolicis falsis scienter utentes*, sive sint clerici, sive sint laici, quia lex non distinguit. 2^o *Cooperantes*, qui operam praestant utenti, non falsificant. Quod si quis litteras conficiat, eisque utatur, duplicem excommunicationem incurrit.

1199. IV. "Laici turpe mercimonium circa missarum eleemosynas exercentes, cique concurrentes;" ex decreto *Vigilantes* S. Cong. Concilii, 25 Maii 1893.

1^o Objectum hujus censuræ est mercimonium circa missas, quod fit in *colligendo* eleemosynas missarum, adhibitis publicis invitamentis et præmiis et alio quolibet modo; et in *distribuendo* sacerdotibus, quibus committuntur celebrandæ, non eleemosynas missarum, sed libros vel merces alias. Tale mercimonium non excusat, etsi nulla facta sit diminutio eleemosynæ, vel fiat ad subveniendum sacerdotum paupertati.

2^o Huic censuræ subjacent *laici* exercentes vel concurrentes, non ergo *cleric[i]* qui suspensione puniuntur. *Exercentes* dicuntur bibliopolæ vel mercatores stipendia missarum colligentes; *concurrentes* sunt: a) qui acceptas eleemosynas tradunt bibliopolis, mercatoribus, vel collectoribus; b) qui recipiunt libros aut merces pro missis celebrandis. De Luca, *De Delictis et Pœnis*, pag. 325.

ARTICULUS IV.

De excommunicationibus nemini reservatis.

Hinc censuræ nemini reservatæ Pius IX subjicit :

1200. I. " Mandantes seu cogentes tradi sepulturae ecclesiastice hæreticos notorios, aut nominatim excommunicatos vel interdictos."

1^o Hanc censuram incurront non omnes sepelientes quemcumque notorie excommunicatum, ut olim, sed solummodo mandantes auctoritative, vel cogentes per vim aut metum sepeliri in cœmterio benedicto, aut in alio loco sacro, notorium hæreticum aut apostatam, vel quemlibet alium sive a Papa, sive ab episcopo nominatim excommunicatum, vel nominatim interdictum.

2^o Probabilis non incurront hanc censuram qui *sepeliunt*, ut sacerdos qui mere obtemperat; vel sepelientibus *operam præstant*; nec illi qui mandant indignum sepeliri in loco profano, etsi cum ritu ecclesiastico et benedictione fossæ.

1201. II. " Lædentes aut perterrefacientes Inquisitores, denuntiantes, testes, aliosve ministros S. Officii; ejusve sacri tribunalis scripturas deripentes, aut comburentes; vel praeditis quibuslibet auxilium, consilium, favorem præstantes."

Hac censura consultur libertati tribunalis S. Officii, quod inquirit in hæreticalem pravitatem.

1202. III. " Alienantes et recipere præsumentes bona ecclesiastica absque beneplacito apostolico, ad formam extravagantis *Ambitiosæ*, De rebus Ecclesiæ non alienandis."

De alienatioue bonorum locuti sumus in vol. I, tit. VIII, num. 395.

1^o Hanc censuram incurront alienantes et recipientes, contra formam extravagantis *Ambitiosæ*, bona ecclesiastica sive immobilia, sive mobilia. Accipientes, id est, bona ecclesiastica male alienata acquirentes, subjiciuntur *omnes*, sine

ulla distinctione, huic excommunicationi, quamvis episcopalii aut abbatiali dignitate fulgeant. Quoad *alienantes*, probabile est episcopos ab hac censura immunes esse, cum isti, in extravag. *Ambitiosor*, puniantur non excommunicatione, sed interdictione ab ingressu Ecclesiae, quod per presentem constitutionem fuit abolitum.

2º Ad hanc censuram incurriendam, sequentes conditiones requiruntur: a) Ut bona ecclesiastica alienata non sint exigui valoris. b) Ut paetum per quod dominium hujusmodi honorum transfertur, sit perfectum ex utraque parte: unde si alienatio facta fuerit sub conditione suspensiva, censura non incurritur nisi post adimplentam conditionem. c) Ut tam alienantes quam accipientes agant *temere*, seu ex *præsumptione*: unde eos excusat ignorantia etiam *crassa* et *supina*.

1203. IV. "Negligentes, sive culpabiliter omittentes denuntiare infra me sem confessarios sive sacerdotes a quibus solliciti fuerint ad turpia, in quibuslibet casibus expressis a praedecessoribus nostris Gregorio XV, Const. *Universi*, 20 Augusti 1622, et Benedicto XIV, Const. *Sacramentum Paenitentie*, 1 Junii 1741."

Ut quis hanc censuram incurrat, oportet ut per mensem integrum denuntiationem culpabiliter omiserit. Verum quia tempus non currit ignorantis, mensis computandus est a die quo cognoverit obligationem denuntiandi et censuram obligationi annexam. Si quid grave denuntiationi obstet, suspenditur obligatio donec cesset impedimentum; facta autem denuntiatione post tempus concessum, paenitens excommunicatus potest a quocunque confessario absolviri.

Praeter has quatuor censuras quas edidit Constitutio *Apostolicæ Sedis*, vigent censuræ quæ a Tridentino fuerunt constitutæ:

1204. V. "Qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt aut imprimi faciunt."

Hac censura, ad tramites declarationis S. Officii, 22 Dec. 1880 et constitutionis *Officiorum et munerum Leonis XIII.*, restringitur ad illos "qui sine Ordinarii approbatione SS. Scripturarum libros, vel earundem annotationes vel commentaria imprimunt aut imprimi faciunt."

1205. VI. "Qui docere, prædicare vel pertinaciter asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumperit, ad sumendum SS. Eucharistiam, illis quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, non necessario premittendam esse confessionem sacramentalem." Ex Conc. Trid., sess. XIII, can. 11, De Eucharistia.

1206. VII. a) Qui negant clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia.

b) Quique falso affirmant matrimonia a filiis familias, sine consensu parentum contracta, irrita esse, et parentes ea rata vel irrita facere posse. Ex Trid., sess. XXIV, cap. 1, De Reformatione matrimonii.

1207. VIII. Raptore mulierum, eisque consilium, auxilium vel favorem præbentes. Ex Trid., sess. XXIV, cap. 6.

IX. Qui "quovis modo, directe vel indirecte, subditos suos vel quoscumque alios cogunt, ne libere matrimonium contrahant." Ex Trid., sess. XXIV, cap. 9.

1208. X. Magistratus sacerdotes, si ad instantiam episcopi non præbeant auxilium adversus contradictores clausuræ monialium. Ex Trid., sess. XXV, cap. 5, De Reg.

1209. XI. "Omnes et singulæ personæ, cujuscumque qualitatis vel conditionis fuerint, tam clerici quam laici, sacerdotes quam regulares,...si quomodo cumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam, præterquam in casibus a jure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad emitendam professionem; quique

consilium, auxilium vel favorem dederint; quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consilium, vel auctoritatem interposuerint." Ex Trid., sess. XXV, cap. 18, De Regularibus.

CAPUT II

DE SUSPENSIONIBUS

Ex suspensionibus quæ hic et nunc videntur in Ecclesia, quedam in constitutione *Apostolicæ Sedis* recensentur; quedam a Tridentino fuerunt irrogatae vel renovatae; quedam a tempore constitutionis *Apostolicæ Sedis* fuerunt constitutæ.

Sunt septem suspensiones quæ in constitutione *Apostolicæ Sedis* enumerantur, et R. Pontifici simpliciter reservantur. Pius IX sequentes irrogat:

1210. I. "Suspensionem ipso facto incurront a suorum beneficiorum perceptione, ad *beneplacitum S. Sedis*, capitula et conventus ecclesiarum et monasteriorum, aliquae omnes, qui ad illarum seu illorum regimen et administrationem recipiunt episcopos, aliosve prælatos de prædictis ecclesiis, seu monasteriis apud eamdem S. Sedem quovis modo provisos, antequam ipsi exhibuerint litteras apostolicas de sua promotione." Cf. vol. I, tit. VIII, n. 364.

1211. II. "Suspensionem per triennium a collatione ordinum ipso jure incurront aliquem ordinantes absque titulo beneficii vel patrimonii, cum pacto ut ordinatus non petat ab ipsis alimenta." Cf. vol. I, n. 80.

1212. III. "Suspensionem per annum ab ordinum administratione ipso jure incurront ordinantes alienum subditum, etiam sub prætextu beueficii statim conferendi, aut jam collati, sed minime sufficientis, absque ejus episcopi litteris

dimissorialibus; vel etiam proprium subditum, qui alibi tanto tempore moratus sit ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris *testimonialibus.*" Cf. vol. I, tit. I, cap. I, art. II, De litteris dimissorialibus et testimonialibus.

1213. IV. "A collatione ordinum per annum suspensionem incurrit qui, excepto casu legitimi privilegii, ordinem sacram contulerit, absque titulo beneficii vel patrimonii, clero in aliqua congregazione viventi, in qua solemnis professio non emittitur, vel etiam religioso nondum professo." Cf. vol. I, tit. I, num. 73.

1214. V. "Suspensionem perpetuam ab exercitio ordinum ipso jure incurront religiosi ejecti extra religionem degentes."

Ut quis hanc censuram incurrat, reqniritur: 1º Ut sit religiosus solemniter professus. 2º Utsit ejectus: unde illam non incurront fugiti et apostatae. 3º Ut sit extra religionem degens, id est, sive extra suam quam professus est, sive extra aliam ad quam potest canonice transire: hinc ejecti non amplius suspensione ligantur, si reversi fuerint, vel aiam religionem, licet non strictiorein, fuerint ingressi.

Præsens suspensio est *ab exercitio ordinum* et prohibet omnem actum cujuscumque ordinis. Hæc suspensio est perpetua.

1215. VI. "Suspensionem ab ordine suscepto ipso jure incurront qui enidem ordinem recipere præsumiserunt ab excommunicato, vel interdicto nominatim denuntiatis, aut ab hæretico vel schismatico notorio; eum vero qui bona fide a quopiam eorum est ordinatus, exercitium non habere ordinis sic suscepti, donec dispensetur, declaramus." Cf. vol. I, tit. I, n. 47.

1216. VII. "Clerici sæculares exteri, ultra quatuor menses in Urbe Roma commorantes, ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario, absque licentia Card. Urbis Vicarii, vel absque

prævio examine coram eodem peracto, vel etiam a proprio Ordinario postquam in prædicto exauine rejeeti fuerint; neenon elerici pertinentes ad aliquem e sex episcopatibus suburbicariis, si ordinentur extra suam dioecesim, dimissorialisbus sui Ordinarii ad alium directis quam ad Card. Urbis Viearium,... suspensionem incurrunt."

Suspensiones direete inflictæ a Coneilio Tridentino, quæ adhuc vigent ex eoustitutione *Apostolicæ Sedis*, sequentes sunt, quarum aliae reservantur, aliae non.

1217. VIII. Suspenduntur episcopi qui in aliena dioecesi pontificalia exereent sine Ordinarii liceutia. In sess. VI, cap. 5, De Ref., legitur: " Nulli episcopo liceat, eiusvis privilegii prætextu, pontificalia in alterius dioecesi exereere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, et in personas eidem Ordinario subiectas tantum. Si secus factum fuerit, episcopus ab exercitio pontificalium, et sie ordinati ab executione ordinum sint ipso jure suspensi."

1218. IX. Suspenduntur elerici non aretati, qui, sede vacante, a capitulo litteras dimissorias infra annum obtinuerunt, et ita majorem aliquem ordinem suscepserunt. In sess. VII, cap. 10, De Ref., legitur: " Non lieeat capitulis ecclesiarum, sede vacante, infra annum a die vocationis, ordinandi licentiam, aut litteras diuissorias seu reverendas, ut aliqui voeant,.....alieu, qui beneficij ecclesiastici recepti sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere. Si secus fiat, capitulum contraveniens ecclesiastico subjaceat interdictionem; et sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio elericiali, praesertim in criminalibus, gaudeant. In majoribus vero, ab executione ordinum ad beneplacitum futuri prelati sint ipso jure suspensi."

1219. X. Suspenduntur episcopi titulares, qui aliquo in loco eommorantes, alienum subditum ordinant, absque proprii prelati dimissoriis epistolis. In sess. XIV, cap. 2, De Ref.,

legitur: "Nemo episcoporum, qui titulares vocantur,...alterius subditum, etiam praetextu familiaritatis, absque sui proprii prelati expresso consensu, aut litteris demissoriis, ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere sen ordinare valeat. Contra faciens ab exercitio pontificalium per annum, taliter vero promotus ab execuzione ordinum sic susceptorum, donec suo prelato visum fuerit, ipso jure sint suspensi."

1220. XI. Suspenduntur ordinantes alienum subditum sine litteris testimonialibus, et clerici ordinati. In sess. XXIII, cap. 8, De Ref., legitur: "Unusquisque autem a proprio episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei...permittatur, nisi ejus probitas et mores, Ordinarii sui testimonio, commendentur. Si secus fiat, ordinans a collatione ordinum per annum, et ordinatus a susceptorum ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus."

1221. XII. Suspenduntur abbates regulares et alii quantumvis exempti, qui tonsuram aut minores ordines conferre audent alicui saeculari. Ex sess. XXIII, cap. 10.

1222. XIII. Suspenduntur promoti per saltum ab exercitio ordinis suscepti, quamdiu proprio episcopo videbitur expedire. Ex sess. XXIII, cap. 14, De Ref.

1223. XIV. Suspenduntur parochi sive saeculares, sive regulares, qui alterius parochiae spouses sine illorum parochi consensu matrimonio conjungere aut benedicere ausi fuerint, quousque ab Ordinario parochi, qui nuptiis interesse debebat, absolvantur. In sess. XXIV, cap. 1, De Ref., legitur: "Quod si quis parochus, vel alius sacerdos, sive saecularis, sive regularis, etiamsi id sibi ex privilegio vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiae sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio conjungere aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario...

nario ejus parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur."

1224. XV. Suspenduntur episcopi concubinarii, si, a synodo provinciali admoniti, se non emendaverint. In sess. XXV, cap. 14, De Ref., habetur: "Episcopi quoque, quod absit, si ab hujusmodi criminis non abstinuerint, et a synodo provinciali admoniti, se non emendaverint, ipso facto sint suspensi; et si perseverent, etiam ad Sanctissimum Rom. Pontificem ab eadem synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertiscantur." Cf. vol. I, tit. IV, num. 177.

1225. XVI. Suspenduntur præfectæ monasteriorum, quæ, de professione suarum novitiarum, episcopum ante mensem certiorem non faciunt, ut exploret voluntatem pueræ quæ habitum suscipere, vel professionem emittere debet. Hæc tamen proprie censura non est, cum feminæ suspensioni obnoxiae non sint, sed simplex prohibitio seu privatio. Sess. XXV, cap. 17, De Regularibus et Monialibus. Cf. vol. I, De Regularibus, tit. III, num. 649.

A tempore constitutionis *Apostolicae Sedis*, quædam novæ suspensiones fuerunt irrogatæ, quarum quædam reservantur, quædam non reservantur.

1226. XVII. Ex constitutione *Romanus Pontifex* Pii IX, 28 Augusti 1873, suspensionem *ab exercitio pontificium*, et quidem R. Pontifici *specialiter* reservatam, ipso facto incurruunt episcopi regimen diœcesis vacantis nominato ac præsentato concedentes ante exhibitionem litterarum apostolicarum, vel illud, si nominati ac præsentati fuerint, suscipientes, vel præmissis cooperantes. Cf. Haine, Theol. Mor., vol. IV, pag. 430.

1227. XVIII. Ex decreto *Vigilanti studio* S. Cong. Concilii, 25 Maii 1893, clerici violantes decreta ejusdem S. Cong. Concilii, 9 Sept. 1874, circa eleemosynas missarum, si sacerdotes sint, ipso facto incurruunt *suspensionem a divinis*

S. Sedi reservatam; si vero non sint sacerdotes, ob idem delictum incurunt suspensionem a susceptis ordinibus et præterea inhabilitatem ad superiores ordines reeipiendos.

1228. XIX. Ex deereto *Auctis admodum* S. Cong. Episcoporum et Regularium, 4 Nov. 1892, alumni votorum simplicium, perpetuorum vel temporalium, in sacris ordinibus constituti, qui ob delicta sua ejeti vel dimissi fuerunt, suspensione ligantur donee S. Sedes cum ipsis dispensaverit. Hæc dispensatio regulariter duas conditiones postulat, quæ, ex responsione ejusdem S. Congregationis, *copulative* sumendæ sunt, scilicet ut invenerint episcopum qui sponte eos in eorum suum eooptare velit, et sibi de ecclesiastico patrimonio providerint. Imo *sponte* dimissi, vel elapso votorum tempore exeuntes, suspensionem ab ordine incurront, si e claustro egrediantur antequam episcopum benevolum receptorem invenerint et de ecclesiastico patrimonio sibi providerint. Quæ tamen suspensio, ex eitata respousione S. Cong. Epise. et Reg., 20 Nov. 1895, ipso facto eessat, quando duæ istæ eonditiones impletæ sunt, ita ut ad illam tollendam ad S. Sedem reurrendum non sit.

1229. XX. Ex litteris apostolicis *Orientalium dignitas* Leonis XIII, Dee. 1894, "missionarius quilibet *latinus*, e clero sæculari vel regulari, qui orientalein quempiam *ad latum ritum* consilio, auxiliove inducit, preter suspensionem a divinis quam ipso facto incurrir, ceterasque poenas per eamdem constitutionem *Demandatam* Benedicti XIV, 24 Dec. 1743, infletas, officio suo privetur et excludatur."

1230. XXI. Cleriei alienæ diecesis degentes Roniae et se non conformantes dispositionibus deereti S. Cong. Coneilii, 22 Dee. 1894, incurunt ipso facto suspensionem a divinis. Ex hoc deereto, clerici et sacerdotes sæculares, aut regulares extra claustra degentes, nequibunt in posterum stabile domitium in Urbe statuere absque expressa venia S. Pontifieis,

per medium S. Cong. Coneilii impetranda; nec beneficium obtainere sine assensu proprii Ordinarii; nec, si eausa studii adsint, ibi manere si causa cessaverit. Haine, Theol. Mor., vol. IV, pag. 494.

CAPUT III

DE INTERDICTIS LATÆ SENTENTIÆ

Quinque sunt interdicta latæ sententiæ: duo seilieet reser-vata in constitutione *Apostolica Sedis*; alia duo a Tridentina Synodo expressa; quintum, ex constitutione *Romanus Pontifex contra episcopos intrusos*, speciali modo Papæ reservatum.

1231. I. "Interdictum Romano Pontifici speciali modo reservatum ipso jure incurruunt Universitates, Collegia et Capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis ad universale futurum concilium appellantia."

De hoc interdicto sequentia notari possunt: 1º Est interdictum *personale generale* afficiens communites, id est, Universitates, Collegia, Capitula, quocumque nomine nuncupentur: unde illud interdictum ligat etiam innocentes, qui nullam interdicto causam dederunt. 2º Cum sit absolute prolatum et sine determinatione ad aliquos speciales effectus, est interdictum *personale generale totale*, prohibens usum activum et passivum divinorum officiorum, quorundam saer-mentorum et sepulturæ ecclesiastice. 3º Illud interdictum speciali modo reservatur Papæ.

1232. II. "Scicnter celebrantes vel celebrari facientes divina in locis ab Ordinario, vel delegato judice, vel a jure interdictis; aut nominatim excommunicatos ad divina officia, seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam

admittentes : interdictum ab ingressu ecclesiæ ipso jure incur-
runt, donec ad arbitrium ejus cuius sententiam contempserunt,
competenter satisfecerint."

Interdicuntur ab ingressu ecclesiæ : 1º *Scienter celebran-
tes divina*, quæ nempe solis Ecclesiæ ministris fas est obire,
qualia sunt missa, publica recitatio officii, publicæ processio-
nes, omnis oratio publica exigeus ordinem ; et *huc officia
celebrantes* in loco interdito. 2º *Celebrari facientes*, id est,
prælati vel alii auctoritate præliti, qui faciunt coram se cele-
brari, vel compellunt clericos ad celebrandum. 3º *Admitten-
tes nominatum excommunicatos ad divina officia*, id est,
clericis, ad quos spectat auctoritative prohibere vel admittere
ad divina officia, vel ad sacramenta, vel sepulturam ecclæ-
siasticam. Exequiuntur episcopi, et probabiliter laici.

Ut quis ineurrat haue eensus, oportet ut agat *scienter* :
unde ab ea excusat ignorantia etiam affectata, et dubium.

Hoc interdictum non remittitur, nisi post competentem
satisfactionem ad arbitrium ejus eius sententia fuit con-
tempta.

1233. III. Interdicuntur ab ecclesiæ ingressu episcopi qui
non demuntiant episcopos illegitime absentes. In sess. VI,
cap. 1, De Ref., legitur : "Crescente vero contumacia (epi-
scopi absens ultra semestre), metropolitaus suffragaucos
episcopos absentes, metropolitanum vero absentem suffraga-
neus episcopus antiquior resideus, sub pena interdicti ingres-
sus ecclesiæ eo ipso incurrenda, intra tres menses per litteras
seu nuntium Romano Pontifie demuntiare teneat nr."

1234. IV. Interdieuntur capitula ecclesiarum, quæ, sede
vacante, infra unum a die vacationis concedunt licentiam
ordiandi, seu litteras dimissoriales, alicui qui beneficii eccle-
siastici recepti aut recipiendi occasione arctatus non fuerit.
Ex Trid., sess. VII, cap. 10, De Ref.

1235. V. Ex const. Pii IX, *Romanus Pontifex*, praeter
suspensionem antea recensitam, fertur etiam interdictum

ab ingressu ecclesiae speciali modo Papae reservatum in episcopos, qui electi ad sedem episcopalem, illius regimen suscipere audent, nondum præsentatis bullis aut brevibus cui de jure. Ex verba constitutionis: "Si vero aliqui ex predictis episcopali charactere sint insigniti, in pœnam interdicti ab ingressu ecclesiae ipso facto, absque ulla declaratione, incident Sanctæ Sedi pariter (i. e. specialiter) reservatam."

Concludit constitutio *Apostolicæ Sedis*: "Quic vero censuræ sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, nostris aut prædecessorum nostrorum constitutionibus, aut sacris canonibus (non ergo huc pertinent censuræ latae a regularium superioribus aut capitulis sive provincialibus sive generalibus pro ordinis proprii subditis), præter eas quas recensimus, latae sunt atque hactenus in suo vigore perstiterunt, sive pro R. Pontificis electione, sive pro interno regimine quorumcumque ordinum et institutorum regularium, neconon quorumcumque collegiorum, congregationum, cœtuum, locorumq[ue] priorum, cujuscumque nominis aut generis sint, eas omnes firmas esse et in sno robore permanere volumus et declaramus."

TITULUS VII

DE PÆNIS VINDICATIVIS IN SPECIE

Pœnæ canonicæ, de quibus haetenus locuti sumus, ad hoc fuerunt constitutæ ut reus contumaciam deponat et ad meliorem frugem reducatur. Aliae sunt pœnæ ecclesiasticae quæ *directæ* et *immediate* intendunt ordinis læsi rationem, potius quam rei emendationem: ideoque *vindicativae* dicuntur.

Pœnæ vindicativæ sunt vel *spirituales*, vel *temporales*; spirituales sunt *irregularitus ex delicto*, eujus fuit sermo in volumine I, tit. I, num. 109 et seq., *privatio*, *depositio*, *degradatio*; temporales suut *infamia*, *mulcta pecuniaria*, *incarceratio*, *tortura*, *confiscatio*, *detrusio in monasterium*, *flagellatio*, *exsilium*.

Pœnæ temporales, ob non usum, recesserunt a foro ecclesiastico; ideoque de solis pœnis spiritualibus dicendum erit in sequentibus capitibus.

CAPUT I

DE PRIVATIONE

1236. **Privatio est pœna ecclesiastica** qua quis removetur absolute ab officio vel dignitate prius rite obtenta.

Differt 1^o a *suspensione*, qua clericus privatur quidem usu ordinis, jurisdictionis, administratione beneficii, sed non ipso beneficio.

Differt 2^o a *depositione*, qua clericus privatur suo beneficio et inhabilis declaratur ad beneficia in futurum obtainenda.

Differt 3^o a *degradatione*, qua clericus, ad conditionem laici redactus, amittit sua privilegia clericalia. Cf. vol. I, tit. XI, num. 599.

1237. *Infili nequit pœna privationis, nisi propter causam graveum, notoriam, et servato juris ordine.*

Constat ex canone *Inventum*, 38, caus. XVI, quæst. VII, in quo decernitur quoad presbyterum, qui aliquam ecclesiam adeptus est : "Quam si juste adeptus fuerit, hanc nonnisi gravi culpa sua, et coram episcopo, canonica severitate amittat." Ideem constat ex capite *Conquerente*, 7, tit. XIII, lib. II Decretalium. Hinc Fagnanas, in caput *Cum dilectus*, 22, De Rescriptis, referens sententiam communem, dicit : "Privatio beneficii est pœna ordinaria, quæ non imponitur nisi pro gravissimo crimine, previa citatione in judicio, et legitimis exceptionibus discussis. Adeo ut privatus a judice non servante ordinem judicarium, possit petere restitutioinem tanquam spoliatus."

Ordinarius non potest ad privationem beneficii procedere *ex informata conscientia*, ut suo loco probavimus.

1238. *Quandoque clericus, ratione delicti, privatur ipso jure officiis et beneficiis*, quando scilicet privatio annexa est perpetrationi delicti, ita ut, crimine admisso, privatio sequatur.

1º Crimina propter quæ beneficia ecclesiastica ipso jure amittuntur, sunt sequentia :

a) Haeresis et apostasia a fide. Cap. *Ad abolendum*, tit. VII, De Haereticis, lib. V.

b) Simonia realis aut confidentialis in adceptione aut permutatione beneficii. Const. *Intolerabilis* Pii V.

c) Percussio et realis offensio Cardinalium et Dilectorum. Cap. *Felicitis*, De Pœnis, in 6º.

d) Assassinum, seu cædes hominis alicui mandata, vel alieno mandato gesta ; item homicidium vel mutilatio clerici illius ecclesie in qua homicida vel mutilator beneficium obtinet. Cap. *Pro humano redemptione*, De Homicidio, in 6º.

e) Procuratio abortus, effectu secuto. Ex bulla *Effrenatam* Sixti V.

f) Falsificatio seu corruptio litterarum apostolicarum. Cap. *Ad falsiorum*, tit. XX, De crimine falsi, lib. V.

g) Duellum, sive solemne sive privatum, sive provocatum sive non provocatum, et etiam morte non secura. Const. *Ea que a predecessoribus Pii IV.*

h) Injusta bonorum cuiusunque ecclesie seu pii loci occupatio. Trid, sess. XXII, cap. 11, De Ref.

i) Alienatio bonorum ecclesiasticorum contra praescriptum bullae *Ambitiosæ*, De rebus Ecclesiae non alienandis. Cf. vol. I, num. 395.

2º In citatis casibus, privatio inducitur ipso jure; quod tamen non excludit necessitatem sententiae declaratoriae, præsenti si crimen non sit notorium, ut superior valeat ad exsecutionem penae procedere. Proinde reus citandus est et interrogandus an excusationem habeat contra factum quod ipsi objicitur.


3º Ea est vis sanctionis canonice privationem inducentis pleno jure, ut si superior disponerit de beneficio, v. g. illud alteri conferendo, valida esset collatio. Si e contra reus, patrato delicto et ante sententiam, beneficium resignaverit aut permutaverit, non valeret hujusmodi dispositio; revera nemo potest in alterum plus juris transferre quam sibi competere dignoscitur.

